craturus essem nisi hoc, ut mihi ipsi viderer inconstans esse adeoque ridiculus. Itaque mihi morem geras, quaeso, neque aliter facias. Quocirca Crito arcessi iussit carceris ministrum, qui poculum afferret. Quem quidem hominem intuens Socrates, age, inquit, o bone, quid facere me iam oportet? tu enim nosti. Quum hauseris, inquit ille, obambulabis, dum genua gravari sentias: tum vero in lecto recumbes. His dictis ei poculum porrexit. Quod quidem Socrates ita accepit, nihil ut timeret aut vultum mutaret. Quid vero? ait, licetne diis immortalibus de hoc poculo offerre libationem? Noli hoc facere, minister respondit; neque enim plus cicutae paramus, quam quantum satis esse videtur. Tum ille, at preces tamen, inquit, diis immortalibus facere ad hoc poculum licet, ut haec migratio mihi bene feliciterque eveniat. Itaque hoc a diis immortalibus precor ut mihi contingat. His dictis poculum hilari et tranquillo animo exhausit. Nos vero eum videntes bibentem, quum adhuc vix cohibuissemus lacrimas, tum vero non amplius potuimus nobis a lacrimis temperare. Fuerunt etiam qui magna voce eiularent et pectora tunderent prae mærore. Socrates autem, quid agitis, inquit, o boni? nam hanc ipsam ob causam mulieres amandavi: audivi enim bonis ominibus moriendum esse. Atque nos his auditis erubuimus et lacrimas repressimus. Ille vero quum paullisper obambulasset, crura sibi gravari sentiens, supinus in lectulo recubuit. Morti autem proximus, o Crito, inquit, Aesculapio debemus gallum: hunc igitur deo reddite. Quod quum Crito se facturum esse polliceretur eumque rogaret, num quid aliud vellet, ille leniter placideque animam exspiravit. Hic fuit vitae exitus, o Echecrates, quem habuit amicus noster, quo meliorem, prudentiorem atque iustiorem virum nec nos cognovimus nec unquam visuri sunt posteri*).

En habes argumentum dialogi, breviter quidem sed quam fidelissime relatum. Quo exposito etiam de consilio paucis disserere consultum videtur, quod scriptor in elaborando hoc opere potissimum sequutus sit. Neque enim, illo non perspecto, quisquam eo perveniat, ut om-

---

*) P. 115. B. — 118.

nem libri praestantissimi artem rationemque aut perspiciat aut recte aestimet. Videmur autem paucis aperire atque declarare posse quid rei sit, quandoquidem quae ea de re dicenda sunt, neutiquam longam requirunt disputationem aut copiosam argumentorum confirmationem desiderant, ut pote satis aperta ac propemodum in medio posita.

Etenim quod Plato *in plerisque omnibus dialogis* prope *constanter* sequutus est, ut materiam argumentorum, quae illustranda sumsit, partim ex ipsa vitae veritate, partim ex philosophiae disciplina repetierit idque salva et incolumi illa artis lege, quae unumquodque opus simplex duntaxat et unum iubet esse, de qua ipsius sollertia universe explicavimus Prolegom. ad Opera Platon. Vol. I. Part. I. p. XL. sqq. ed. 3.; idem etiam in Phaedone ab eo observatum esse certe nemo dubitet, qui omnis disputationis ordinem ac progressionem vel leviter animadverterit et consideraverit. Coniunxit enim philosophus in hoc sermone singulari quodam artificio Socratis morientis descriptionem, qua *perfecti sapientis in ipso* mortis *articulo constituti imago* ob oculos ponitur, cum explicatione argumentorum, quibus spes atque fides immortalitatis animorum confirmatur. Quod quidem sollertissime ita perfecit, ut etsi facile ambigas, utrum ipsi potius visum sit; tamen re accuratius considerata alterum alteri ita coniunctum esse intelligere queas, ut utrumque prorsus eodem pertineat, quandoquidem et imago sapientis placide ac tranquille, fortiter et constanter mortem obeuntis lucem suam accipit ex immortalitatis commentatione, et vicissim immortalitatis doctrina exemplo Socratis maxime confirmatur, quippe qui eius veritatem non modo verbis sed etiam factis comprobat ac tuetur. Nimirum ita pulcerrimo profecto concentu ratio et vita, doctrina et usus, denique ideale, quod dicitur, atque concretum *in unum coniunctum* videmus neque dubitari ullo modo potest, quin scriptor universum opus eo consilio composuerit, ut uno eodemque opere tam exemplo viri vere sapientis quam argumentis e philosophiae penetralibus repetitis immortalitatis spe confirmaretur, ideoque etiam, dum caussae et rationes propter quas animos immortales esse credi oporteret, ipsius Socratis admirabilis virtus in ipso mortis adventantis periculo demonstrata in illustriore luce poneretur. Quod quo clarius intelligatur age primum

quidem consideremus paullisper ea, quae ad personam Socratis pertinent; deinde paucis videamus, qua ratione philosophus in explicandis illustrandisque immortalitatis argumentis versatus sit.

Intuentes igitur Socratem, qualis in Phaedone adumbratus et expressus est, considerantesque eius mores, dicta atque facta, certe nullo negotio animadvertemus, esse eum ita informatum, ut perfectum sapientem cernere videamur, qui recte factorum conscientia sustentatus atque sapientiae disciplina ad spem et fiduciam futurae post mortem beatitatis erectus moriendi necessitatem ipsi iamiam imminentem non modo non horret, sed etiam laeto tranquilloque animo expectat, ita ut adeo lamentantes amicos amanter consoletur atque caussas et rationes, quibus immortalitatis spes nititur, admirabili ingenii acumine singularique disputationis subtilitate exponere, defendere, illustrare queat. Quamobrem ipso illo letali die, quo ei ultimum imminet supplicium, inter morientes amicos usque unus est, qui animi tranquillitatem et constantiam tueatur. Porro ille etiam is videtur esse, qui plenus pia erga deos fiducia (p. 60. C. — 61. D.) voluntati eorum per omnia obtemperare promtus et paratus sit, sapientia vero ea est imbutus, ut philosophum sibi persuaserit nihil aliud agere per totam vitam oportere, quam ut mori discat; philosophiam enim mortis esse commentationem, quandoquidem is, qui vel ad virtutis vel ad sapientiae laudem perventurus sit, nihil prius agere debeat, quam ut animum a rebus adspectabilibus, fluxis illis et caducis, avocet, eta corporis contagione, quantum fieri possit, abstrahat liberum que praestet, denique ad purae ac sincerae veritatis contemplationem et perfectae virtutis studium convertat, quod ipsum animi a corporis discessione, id est morte, effici. Nec vero ullo modo movetur dubitationibus illis, quas amici de immortalitate gravissimas in medium afferunt: imo eos lubenter audit rationes suas exponentes, auditosque admirabili cum tranquillitate et constantia meliora edocet, hilariter etiam subinde ridens atque seria iocis miscens. Denique etiam hausto mortifero poculo tam placidus, tam tranquillus, tam fortis et constans manet (p. 115. B. — 118.), ut quantumvis iam mortem adventantem sentiat, tamen pietatis adversus deos non immemor sit, atque placide exspirans in deorum immortalium socie-

tatem discessurus videatur. Quid igitur? ista legendo nonne ita afficimur animo, ut plane sentiamus Platonem ea scribentem nihil aliud spectavisse, quam ut philosophum, verum quidem illum atque germanum, depingeret, et quomodo idem vel inter moriendum suas partes tueretur, nobis ostenderet ac patefaceret? Enimvero est haec Socratis imago profecto tam grandis tamque excelsa, ut durus et inhumanus videatur necesse sit, qui ea intuenda non ad nobilioris, generosioris et excelsioris hominis cogitationem traducatur, qualem Plato utique in legentium animis excitare voluit.

Sed cum hac moribundi sapientis pictura coniuncta est arctissime explicatio argumentorum, quibus animorum immortalitas confirmatur. Quae quidem quoniam occupat maximam sermonis partem — pertinet enim inde a p. 70. A. usque ad p. 107 A. — facile existimari potest, quantum Plato ipse huic disputationis parti tribuerit. Nimirum etiamsi ipsi propositum fuit hoc, ut Socratis virtutem etiam in ipso mortis articulo prorsus admirabilem et prope incredibilem fuisse ostenderet, tamen sine dubio inprimis illud egit, ut animorum immortalitatem argumentis demonstraret quam firmissimis. Qua in re dignum est observatione quomodo versatus sit. Etenim quamquam ipse, sicuti postea ostendemus, pro ingenii sui acumine facile pervidit esse hunc locum eum, qui certam et evidentem demonstrationem non ferret, unam probabilitatis cuiusdam rationem caperet, tamen tantum certe, quantum rationis humanae viribus effici posset, tentandum experiendumque sibi esse iudicavit. Exposuit igitur argumenta gravissima, quibus videretur comprobari posse quod voluit. Quamquam non omnibus, quae hac in caussa suppeterent, philosophiae copiis usus est, quandoquidem in Timaeo, Phaedro, Legibus, Republica, etiam alia protulit, quae ad rationes immortalitatis confirmandas illustrandasque valeant. Nimirum prudenter philosophus, ne iustos sermonis fines ac terminos transgrederetur, nunc omisit quae dialogi angustiae non caperent, et ex omnibus, quae disputari possent, delegit ea, quae viderentur gravissima aut Socratis moribundi personae maxime convenientia, praesertim quum ita etiam sermone uti liceret maiore quadam eloquentiae laude conspicuo et illustri. Nam habet Phaedo Platonis hoc profecto vel maxime sibi proprium, quod non modo dignitate atque subtilitate rerum

quae in eo tractantur, excellit, sed etiam maximis eloquentiae dotibus, perspicuitate, suavitate, gravitate splendet, ut non tantum ad docendum, verum etiam ad delectandum atque movendum comparatus sit. Itaque Plato rem ita tractavit, ut in ea explicanda cum argumentorum subtilitate etiam admirabilem facundiae gratiam coniungeret; quo ipso evenit, ut hic liber ab omni antiquitate is habitus sit, in quo immortalitatis rationes pari eloquentia atque subtilitate expositae essent. Plurimum autem refert in cognoscendis iudicandisque argumentis, quae in medium afferuntur, ut artem philosophi animadvertamus, qua singula inter ipsa copulavit et ad maiorem quandam probabilitatem explicare conatus est. Continentur enim omnia atque singula ea necessitudine, ut alia cum aliis aptissime cohaereant et mutuam sibi lucem affundant. Ex cuius rei diligenti animadversione quoniam magnam partem pendet accuratior universae disputationis intelligentia, age paucis adhuc de hoc singularum argumentationum nexu et cohaerentia exponamus.

Exorditur igitur Socrates disputationem de immortalitate a considerando rerum contrariorum motu sive mutatione, quandoquidem contraria ostendit*) semper ex contrariis existere: unde denique effici vult, animum non interire, sed mutare tantum pristinum statum suum superioremque conditionem. Enimvero sapienter philosophus ante omnia animorum tanquam motum in disceptationem vocavit, quippe in quo conspiceretur quasi externa eorum vitae conditio. Quod si quis dubitet quamobrem ita fecerit, recordandum est, philosophum etiam iis, quae vi et natura sua constarent ac per se essent absoluta, quatenus essent *(ein Dasein hätten)*, relationis virtutem atque mutationem attribuisse. De qua re quoniam in Prolegomenis ad Parmenidem et ad Sophistam copiosius explicavimus, hoc loco paucis monuisse sufficiet. Tribuit igitur nunc animis duplicem tamquam motum. Duplex enim est eorum conditio; mors, quum corpore sunt soluti; vita, ubi cum corpore coniuncti vivunt. Itaque apparet, quaenam sit vis huius argumentationis. Etenim quum ei quoque, quod fiat et mutetur, in summa vicissitudine tamen constantia et aequabilitas, propria sit

*) P. 70 C_72. E.

ne animos quidem censuit morte absumi, quippe quae pariter atque vita terrestris nihil esset nisi status eorum atque conditionis permutatio, nunquam illa cessatura, nec tamen unquam animi vim vigoremque ablatura. Hanc vero esse vim huius argumentationis acrius etiam sentient, qui quae philosophus infra de animi natura exposuit, iam huc apud animum revocaverint atque cogitatione quasi praeceperint.

Sequitur deinde alia argumentatio, quae et ipsa ex iis est repetita, quae extrinsecus ad animum pertinent. Ostenditur enim animos iam ante hanc vitam olim viguisse, propterea quod idearum cognitionem non potuerint aliunde haurire, nisi ex rerum divinarum consideratione in vita superiore instituta*). Hic igitur nihil docetur aliud nisi hoc, animos iam ante hanc vitam terrestrem exstitisse; eosdem autem etiam in posterum esse mansuros, id vero ita demum apparet, si hanc disputationis partem cum iis, quae antea explicata sunt, in unum coniunxeris; id quod Plato ipse non obscure significavit**). Nam animus si olim viguit in rerum coelestium contemplatione, ex eadem illa lege, qua mortis et vitae subit vicissitudinem, post hanc vitam eodem rediturus est nec unquam interiturus.

His vero expositis progreditur philosophus ad virtutem animi propriam, quam quidem talem esse docet, ut ipse dissipari et interire non possit. Ostenditur enim animum per se spectatum, quia ideis sit cognatus, non esse compositum aut ex partibus conflatum, ideoque non posse dissolvi ac pessumdari***).

Igitur philosophus a reciproco statu animorum prudenter accessit ad idearum recordationem, quae cum illo arctissime nexa et coniuncta est; ab hoc vero transiit ad ipsius animi cum ideis, quarum recordatione pollet, cognationem, ut aliud argumentum ex alio nexum esse facile intelligatur.

Verumtamen postremi argumenti vis et gravitas ab ipso Platone rursus aliquantum minuitur, quandoquidem Simmiam facit disputantem fieri posse, ut animus harmoniae similis sit. Quo facto hanc disputationis partem

---

*) P. 72. E. — 77. A.
**) P. 77. A. — C.
***) P. 78. A. — 85. B.

rursus convellit adhibenda superiore argumentatione. Quod enim animos concessum est divinarum rerum notitias in vita superiore accepisse, id in harmoniam neutiquam convenire facile intelligitur*). Atque his deinde etiam alia adiiciuntur, unde animi et harmoniae discrepantia perspiciatur.

Jam vero refutata Simmiae dubitatione etiam Cebetis examinatur sententia, qui dubitari posse censuerat, num animi, etiamsi corporibus essent diuturniores, tamen pro immortalibus haberi possent. Ad quam dubitationem tollendam Socrates opus ait esse accurata eius, quod re vera sit, cognitione: putare autem sese res, quales natura sua sint, unice idearum vi et communione exsistere. Qua sententia probata denuo confirmatur, quod antea iudicaverat, animum non posse disperire propterea, quod maxima cum ideis intecederet ipsi cognatio et necessitudo**). Quippe ideae si rerum vim naturamque in se comprehendunt neque meris animi notionibus absolvuntur, consequens est, ut animus quoque in societatem et communionem veniat eius constantiae et perpetuitatis, quae ei, quod per se ipsum est et vi sua constat, propria censeri debet. Ex quibus sponte apparet, quam arcte haec quoque cum reliquis iuncta atque copulata sint.

Denique his omnibus subiungitur multo firmius etiam certiusque rei argumentum, utpote petitum ab ipsa animi indole atque natura, (conf. De Rep. I, p. 353. A. et Legg. X, p. 805.) atque ipsa doctrina idearum quasi in antecessum munitum et confirmatum, unde suum composuit Augustinus De Immortal. Animor. §. 14 sqq. Quidquid enim per se est, id Socrates natura sua nunquam contrarium suscipere aut pati arguit, sive illud per se seorsum constet, sive in rebus corporeis expressum cernatur. Iam vero animi vim naturamque (essentiam) in vita consistere arbitratur; ex quo effici vult, ut mors, quae animum corporis communione attingat, genus quoddam vitae iudicari debeat***). Quae si accurate perpenderis, eodem fere redire videbis, quo disputatio in Phaedro p. 245 sqq. instituta, quam Latinam fecit Tullius Tuscul. I, c. 25.

---

*) P. 85. C. — 86. D. P. 92—95. B.

**) P. 86. D. — 88. E. P. 95. A—100. A.

***) P. 100. A. — 107. A.

Itaque facile intelligitur, disputationem paullatim ab externis animorum rationibus traductam esse ad internam eorum vim naturamque exquirendam, quae posita est in cognatione cum ideis atque vita ipsis propria; singulas autem argumentationes ita inter se nexas et colligatas esse, ut alia aliam illustrare et confirmare existimanda sit.

Jam vero haec omnia considerantibus nobis et uno tamquam mentis obtutu contuentibus certe dubium esse non poterit, quodnam Platonis fecerit in hoc libro scribendo consilium et qua ratione in eo perficiendo usus sit. Spectant enim denique omnia eo, ut immortalitatis rationes explicentur atque illustrentur, ut manifestum esse debeat omnibus, id ipsum egisse philosophum, quum sermonem hunc perscriberet. Sed absolvit ille hoc opus suum sic, ut una eademque opera et philosophi in ipso mortis articulo constituti imaginem expresserit atque exemplo Socratis spem immortalitatis confirmaverit, et ipsam immortalitatis doctrinam exposuerit allatis rei argumentis subtilissimis iisque ad docendum pariter atque movendum accommodatis. Quo fit, ut et Socratis imago immortalitatis spem ac fiduciam in animis legentium excitet, augeat, communiat, et rationes immortalitatis in medium allatae eandem illam illustriorem reddant.

Verum satis haec de consilio philosophi. Argumenta ab eo in hoc libro exposita multi examinarunt, vel etiam confutare studuerunt ut de quo v. Tiedemannus Dialogorr. Platt. Argument. p. 19 sqq. Tennemannus in libro: Lehren und Meinungen der Sokratiker über Unsterblichkeit p. 323 sqq. System der Plat. Philosophie T. III. p. 98. sqq. Wyttenbach. Praef. ad Phaedon. p. XXXIV sqq. Gust. Fr. Wiggers in Examine Argumentorum Platonis pro immortalitate animi humani. Rostoch. 1803, 4. Franc. Pettavel: De argumentis, quibus apud Platonem animorum immortalitas defenditur. Berolin. 1815. 4. H. Kuhnhardt: Platons Phaedon mit besonderer Rücksicht auf die Unsterblichkeitslehre erläutert und beurtheilt. Lübeck. 1817. 8., ut alios taceam. Nec vero id cuiquam, ullo modo mirum accidet, totam caussam consideranti accuratius. Est enim locus de immortalitate in iis, qui eiusmodi demonstrationem, quae exploratam habeat eviden-

omnemque dubitationis fluctuationem excludat, neutiquam capiunt. Ex quo tamen minime id sequitur, ut omnino nihil, quod illuc referatur, probari queat. Imo coniuncta vis complurium argumentorum probabilium denique eo valet, ut si non sciri, at certe verisimiliter poni atque sumi posse sentiamus, quod ratione mathematica ad certae exploratae que veritatis perspicuitatem adduci non potest. Quod ipse quoque Plato sensit. Is enim rationi suae neutiquam tantum tribuit, ut eam nullis dubitationibus obnoxiam esse arbitretur. Imo quemadmodum nos, qui religionis Christianae luce sumus collustrati, argumenta ad spem immortalitatis confirmandam humana mente excogitata solemus sustentare quasi et adiuvare eo, quod Christi auctoritate freti credimus et confidimus immortales esse animos, ita Socrates apud Platonem disserendi subtilitati spem futurae felicitatis ac fiduciam religiosa pietate nitentem adiungit, quae fontem habet interiorem quandam animi persuasionem optimi cuiusque pectori tamquam divinitus iniectam firmissimeque inclusam. Cuius sententiae nostrae veritatem praeter alia testantur quae legimus p. 84. C. D. E. p. 85. C. p. 90. E. p. 91. A. B. C. p. 107 sqq. Atque hinc etiam illud explicationem habet, quod Plato in exitu sermonis mortuorum statum ita describit, ut fabularum utatur involucris, quibus ipsum constat fere ibi usum esse, ubi rerum tractandarum difficultas vel obscuritas maior videretur, quam ut omnino tolli posset. De qua re videquae disseruimus ad p. 107. D. Itaque praeclare Cicero Tuscul. I. 11. Evolve diligenter, inquit, Platonis eum librum, qui est de animo; amplius quod desideres nihil erit. Ad quae alter: Feci mehercule, et quidem saepius; sed nescio quo modo, dum lego, essentior: cum posui librum, et mecum de immortalitate animorum coepi cogitare, assensio illa omnis elabitur.

Quo tempore liber literis consignatus sit, viri docti vehementer dissentiunt. Schleiermacherus Praef. ad Phaedon. p. 6 sqq. ei medium locum inter Symposium et Philebum assignandum censet *). A quo dissentit

*) Putat enim virt summus Phaedonem et Symposium ea necessitudine contineri, ut utroque veri philosophi imaginem exprimi

Fr. Astius De Vita et Scriptis Platonis p. 157 sq., qui eum proxime post Protagoram, Phaedrum et Georgiam in lucem prodiisse suspicatur. Wyttenbachius p. 172, eum arbitratur a Platone iuniore scriptum esse, cuius rei et stylus faciat indicium, et decretum de terrae sede p. 109 A. propositum, quippe quod pugnet cum iis, quae aetate proveetior in Timaeo p. 40 B. scripserit. Socherus denique in libro De Scriptis Plat. p. 79 sqq. *ipsum non ita multo post Socratis* obitum *confectum esse statuit.* Nec vero in ipso opere *reperiuntur temporis* indicia certa aut evidentia. Nec *tamen nobis* persuadere possumus, librum statim post Socratis mortem scriptum esse. Nam primum quidem illo tempore verisimile est Critonem et Apologiam in lucem prodiisse, in quibus libris id ipsum egit philosophus, ut Socratis vel in iudicio vel in carcere versantis imaginem proponeret. Iam vero quis est quin largiatur Phaedonem his scriptis et argumenti gravitate et orationis elegantia adeo antecellere, ut vel hanc ob caussam aliquanto post scriptus videri debeat? Accedit quod philosophus illo quidem tempore *scriptis illis divulgatis pietatis officio* satisfecisse *videri potuit. Sed alia etiam sunt, unde* Phaedonem *haud paullo post* Socratis mortem editum esse coniicias. Explicatur enim in hoc libro locus de immortalitate ita, ut idearum doctrina ad eum illustrandum traducatur. Ea vero in Phaedone ita est perfecta, ita censummata et absoluta, ut in nullo alio libro magis. Quocirca suspicari licet hunc dialogum a Platone post primum demum iter in Italiam et Siciliam susceptum literis exaratum esse: nam illo tempore eum doctrinam suam, cognitis accuratius Eleaticorum, Megaricorum et Pythagoreorum placitis, et consummavisse et ad maximam subtilitatis perfectionem elaboravisse longe est verisimillimum. Cui doctrinae quam dissimilis ratio Platonis fuerit quo tempore Socrates iudicii periculum *subibat, evidenter apparet e loco Menonis p. 81 A. sqq. et p. 80 A.*, ubi quum *item* de *animorum immortalitate* disseratur, tamen idearum doctrinae nulla reperiuntur vestigia; v. Prolegg. ad Politic., p. 31–37. Ad hoc accedit, quod Plato in

---

statuendum sit: in Symposio enim philosophum depingi, qualem se in vita exhibeat: in Phaedone autem philosophi morientis declarari virtutem; v. Praef. ad Sympos.

huius argumenti explicatione Pythagoreorum opiniones respexisse videtur, inprimis Philolai, cuius scripta ferturin Italia inferiore coëmisse, v. Boeckh. Philol. p. 18 sqq. p. 22. Quin universa doctrina de immortalitate animorum, qualem Plato informavit, Pythagoricae fuit originis, de quo v. Car. Frid. Hermann. Hist. Philos. Plat. p. 167. 290. 527. 684. Ac sunt etiam singularia quaedam, quae redolent Pythagoreorum sapientiam, veluti Orphica placita etiam Pythagoreis probata (v. Lobeck, Aglaoph. p. 796.) p. 62. 15. in. harmoniae mentio p. 86. B. coll. Macrob. in Somn. Scip. I. 14. et p. 88. D. migratio animorum p. 81. E. sqq. numerorum et magnitudinum comparatio p. 102. A. et si quae sunt id genus alia. Ad Philolaum autem inprimis illud spectat, quod Simmias et Cebes a Socrate interrogantur, audiverintne Philolaum, quo tempore Thebis sit commoratus, de his rebus disserentem. Eodemque fortasse pertinet, quod Echecrates loquens inducitur, quem Pythagoreum fuisse Iamblichus aliique testantur. Nimirum ita philosophus callido artificio subobscure indicavit, ex quonam potissimum fonte doctrinae suae rationes duxisset et quos maxime respexisset. Cui sententiae nostrae minime officit, quod Philolaus narratur iam ante Socratis obitum Thebis commoratus esse ibique scholas habuisse. Nam primum quidem non sine caussa ab ipso Platone notatur viri in disserendo obscuritas, quae impedivisse videtur, quominus ratio eius tum recte perciperetur; deinde philosophus satis aperte significat Athenis quidem illo tempore sententiam viri nondum fuisse notam; denique illud ipsum, quod Plato narratur in itineribus suis accuratiorem placitorum Pythagoreorum notitiam sibi comparare studuisse adeoque sedulo conquisivisse eorum scripta, sane eiusmodi est, ut, si non temere confictum sit, quod nemo facile statuat, certissime arguat, eum antea parum subtili Pythagoricae doctrinae notitia instructum fuisse. Sed satis haec de re nobis quidem non iam amplius dubia, de qua v. etiam Commentar. ad Phaedon. p. 61. C. D. et Prolegg. ad Politic. p. 31. sqq. Prolegg. ad Opp. Plat. Vol. I. p. XXII sqq. Ceterum non inutile aut supervacaneum erit addidisse, ipsum Platonem libro decimo De Republ. p. 611. B. ad argumenta immortalitatis in Phaedone et Phaedro explicata respicere videri, omninoque totum illum locum non pauca habere, quae cum Phaedone, inprimis nobilissimo eius loco p. 114. B. sqq., mirifice

consentiunt. Ex quo non temere videmur colligere, Phaedonem aliquanto tante Rempublicam in lucem emissum esse.

DE CODICIBUS MANUSCRIPTIS.

Codicum ad hunc librum exactorum duo sunt genera. Alii enim *diligenter* excussi sunt seduloque in singulis partibus comparati; alii vel inspecti negligentius vel *rarius* ad usum criticum revocati. Itaque illorum potissimum ducenda ratio fuit, neque his magnum momentum tribuendum, nisi sicubi dubiam aliquam lectionem suffragio suo confirmarent.

Diligenter excussi et ad usum criticum revocati sunt codd. hi: Bodleianus sive Clarkianus. Coislin. Γ. Vat. Λ. (quem et Bekkerus et Bastius contulerunt). Ven. ΛΞΠ. Vind. Υ. Φ. (nobis in Apologia et Critone numeris 2. etc. 6. signati). Par. CEGHIL. et quem Bastius excussit Paris. 1808. a *nobis litera* A signatus. *Ambrosianus. Hi omnes praeter Clarkianum, qui* a Gaisfordo examinatus est, et praeter Par. A., a Bekkero collati sunt, numero quindecim. Ad hos accedunt Florentini a. b. c. d. i. m., quorum varias lectiones diligentissime enotatas viri clarissimi de Furiae sollertiae debemus. Vicesimus secundus est Zittaviensis, quem Rudolphus exploravit; vicesimus tertius et quartus Tubingensis et Augustanus, unde varietatem lectionis Fischerus cum eruditis communicavit.

Ex his libris primas tenent Bodleianus, Coislinianus, Vaticanus, Tubingensis, Veneti ΞΠ. Vindobonensis Φ. Parisinus G. Florentinus d. Nec multum iis postponendi sunt Ambrosianus, Augustanus, Zittaviensis. Ven. Λ. Vindob. Υ., *sed illis tamen tribuendum est plurimum.*

Minus auctoritatis et utilitatis habent codices Vindobonenses 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8., propterea quod eorum lectiones a Wyttenbachio paucis tantum locis memoratae sunt, licet is a Bastio eadem diligentia enotatas accepisset, qua nos ad Apologiam et Critonem. Sed compensavit hanc iacturam aliquatenus diligentia Bekkeri, qui secundum atque sextum, quos literis Υ et Φ insignivit, accuratissime examinavit. Non maiorem Wyt-

tenbachius diligentiam praestitit in enarrandis lectionibus codicum Venetorum c. d., quarum usum Morellio debuit. Itaque his quoque in critica factitanda non nisi paucis locis aliquid pretii est.

Ceterum Ven. a. et b., unde Bastius varias lectiones excerpsit, iidem videntur esse, quos Bekkerus appellavit ΞΠ. De Ven. b. id non est dubium. Sed Ven. a non esse eum, quem Bekkerus signavit Σ., ex iis colligo, quae hic Praef. p. XIII. de codice n. 189. narrat. Itaque Bastius fasciculum variarum lectionum ad Critonem, Apologiam et Phaedonem errore videtur numero codicis 189. inscripsisse, quum vellet 184. Qui error etiam ad Apologiam et Critonem notandus fuit. Maximam autem consensionem esse Ven. Ξ et eius, quem falso n. 189. inscriptum putaveramus, vel ex iis intelligi poterit, quae ad Apologiam et Critonem inde enotavimus.

Restat ut narrandam sit, Christophorum Eberh. Finckhium nuper novo sibi munere homines litterarum Graecarum studiosos devinxisse, quippe qui tandem ex bibliothecarum latebris in publicam lucem protraxit: Olympiadori Scholia in Platonem, atque doctis commentariis instructa edidit, Heilbronnae sumtibus J. Ulr. Sandherr 1847. 8. Quem quidem librum Phaedonis lectoribus omni, qua par est, observantia et humanitate legendum commendamus.

Virum claudantur aliquando rivuli; sat prata biberunt. Plura, si Deus voluerit, alio tempore opportuniore.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΕΧΕΚΡΑΤΗΣ, ΦΑΙΔΩΝ, ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΚΕΒΗΣ, ΣΙΜΜΙΑΣ, ΚΡΙΤΩΝ,

Ο ΤΩΝ ΕΝΔΕΚΑ ΥΠΗΡΕΤΗΣ.

Cap. I. *Αὐτός, ὦ Φαίδων, παρεγένου Σω-* 57
κράτει ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ἢ τὸ φάρμακον ἔπιεν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, ἢ ἄλλου του ἤκουσας; ΦΑΙΔ. Αὐτός,

Cap. I. *Αὐτός, ὦ Φαίδων*] Phaedo fuit Elidensis, quandoquidem patria eius fuit Elis, urbs Elidis, regionis Peloponnesi. Is quum nobili ortus familia esset, adolescens una cum patria captus et in servitutem coniectus magnam fortunae indignitatem expertus est, usque dum eum Socratis hortatu Alcibiades, aut, ut alii narrant, Crito *vel Cebes Socraticus redimeret et in libertatem vindicaret.* v. *Gell. N. A. II. 18. Diog. L. II.* 31. Ex quo tempore philosophiae studiis operam dedit atque Socratis usus est institutione ac disciplina. v. Diog. L. II. 31. 105. Quemadmodum autem ipse Socrati inprimis carus fuit, id quod praeter alios etiam Plato ipse Phaed. p. 89 — 91 testatur, quippe magistrum narrans ita cum eo confabulatum esse, ut caput eius amanter demulceret; ita ipse quoque videtur magistri fuisse amantissimus, cuius rei indicium hoc est, quod apud Platonem nihil quidquam ait sibi esse gratius aut iucundius, quam Socratis renovare memoriam, quodque p. 117. C. vehementissimo dolore affectus est, ubi Socrati iamiam mortem imminere videt. Extitit postea auctor novae familiae, quae dicta est *Eliaca, ac multa habuit cum schola Megaricorum communia.* v. Diog. L. II. 105. Strabo IX. p. 602 B. ed. Almel. Hesychius III. p. 39. ed. Meurs. et Suidas. v. *Φαίδων.* Numeratur tamen a Diogene II. 47. inter Socraticos. Et certe dialogos scripsit, qui Socraticum morem rationemque exprimerent v. Diog. l. c. Quamquam in iis componendis videtur versatus esse liberius atque suo ipsius ingenio ac doctrinae

nonnihil indulsisse. Ex quo originem duxit perversum nonnullorum iudicium, qui Panaetium Stoicum putaverunt Phaedonis Platonici fidem atque auctoritatem in controversiam vocasse, in quorum numero fuit inprimis Leonidas Alexandrinus in Epigrammate Anthol. Gr. X. 358. = I. 44, 4. Nimirum Panaetius neutiquam librum Platonis in dubium vocavit, sed Phaedonis et Euclidis dialogi num pro Socraticis probandi essent, ambigendum statuit. Nam ita intelligenda putamus quae de eo narrantur Diog. L. II. 64. coll. III. 37. *πάντων μέντοι τῶν Σωκρατικῶν διαλόγων Παναίτιος ἀληθεῖς εἶναι δοκεῖ τοὺς Πλάτωνος, Ξενοφῶντος, Ἀντισθένους, Αἰσχίνου· διστάζει δὲ περὶ τῶν Φαίδωνος καὶ Εὐκλείδου· τοὺς δὲ ἄλλους ἀναιρεῖ πάντας*, h. e. omnium vero Socraticorum dialogorum Panaetius censet solos Platonis, Xenophontis, Antisthenis atque Aeschinis germanam referre Socratis rationem ac disciplinam; de Phaedonis autem et Euclidis libris ambigit; ceteros omnes numero Socraticorum eximit. Hunc igitur Phaedonem Plato in hoc sermone iussit ea narrare et exponere, quae Socrates ultimo vitae die fecisset ac disputavisset, adeoque nomine ipsius librum inscriptum voluit. In quo cum Gellio N. A. II. 18. et Macrobio Lat. I. 11. agnoscimus honoris cuiusdam testificationem, unde facile coniicias, etiam Platoni cum eo arctiorem quandam amicitiam ac necessitudinem intercessisse, quo tempore hic dialogus litteris exaratus est, fortasse contractam illam arctius aut renovatam, quam philosophus Peloponnesum per itinerum post Socratis mortem susceptorum opportunitatem inviseret. Ceterum quod Athenaeus XI. 15. p. 505. E. narrat, Phaedonem, lecto Platonis dialogo, negavisse sese unquam tale quiddam exposuisse, id sicuti nemini cuiquam mirum accidet qui morem et consuetudinem dialogorum meminerit, ita etiam eo valere debet, ut quae in Phaedone exponuntur, ea uni maxime Platoni deberi certius nobis persuadeamus. — Narrat autem Phaedo sermonem Echecrati, apud quem hospes devertit, atque aliis eius familiaribus. Nam praeter Echecratem etiam *κωφὰ πρόσωπα* fingi praesentia ipsum Dialogi exordium docet. Eum habitasse Phliunte ipse Plato indicat. Et vocatur etiam a Diogene Laërt. VIII. 46. et Iamblicho Vit. Pythag. §. 250 sq. Phliasius. Quamquam huius hominis ratio alia est, quam alicui primo adspectu videatur, siquidem intelligitur Pythagoreus ille Echecrates, quem Diogenes et Iamblichus memorant; de qua re nostro quidem iudicio nulla potest esse controversia. Etenim audias Ciceronem De Fin. V. 29. ita scribentem: — cur Plato Tarentum ad Archytam, cur ad reliquos Pythagoreos, Echecratem, Timaeum, Acrionem, *Locros* etc., quocum facit etiam Valer. Max. VIII. c. 7, 3. extern. Oriundus igitur Echecrates Locris fuit. Sed cognomen Phliasii inde, opinor, accepit, quod postea relicta Italia inferiore rerum suarum sedem ac domicilium transtulit Phliuntem, urbem Sicyoniae, non procul ab Isthmo sitam, cui fortasse ideo aliquid necessitudinis cum Pythagoreis intercedebat, quod Pausania II. 14. testante ibi natus erat Hippasus, Pythagorae proavus, quem ipsum tamen relicta patria Samum migrasse memoriae proditum est. conf. etiam Diog. L.

VIII. 1. ibique intpp. Quid commoverit Echecratem, ut patria relicta in Peloponnesum migraret, non obscure intelligitur ex Iamblich. Vit. Pythagor. §. 250 sq., ubi de Pythagoreis illorum temporum narrantur haec: οἱ δὲ λοιποὶ τῶν Πυθαγορείων ἀπέστησαν τῆς Ἰταλίας, πλὴν Ἀρχύτου τοῦ Ταραντίνου· ἀθροισθέντες δὲ εἰς τὸ Ῥήγιον ἐκεῖ διέτριβον μετ' ἀλλήλων, καὶ τῶν πολιτευμάτων ἐπὶ τὸ χεῖρον προβαινόντων, i. e. dum etiam civitates in peius ruebant (quae verba male sollicitavit Kusterus). ἦσαν δὲ οἱ σποδαιότατοι Φάντων τε καὶ Ἐχεκράτης καὶ Πολύμναστος καὶ Διοκλῆς, Φλιάσιοι, Ξενόφιλος δὲ Χαλκιδεύς, τῶν ἀπὸ Θράκης Χαλκιδέων. ἐφύλαξαν μὲν οὖν τὰ ἐξ ἀρχῆς ἤθη καὶ τὰ μαθήματα, καίτοι ἐκλειπούσης τῆς αἱρέσεως, ἕως εὐγενῶς ἠφανίσθησαν. ταῦτα μὲν οὖν Ἀριστόξενος διηγεῖται. Ex quibus apertum est pravam rerum civilium conditionem extitisse causam, cur homines sapientissimi Italiam deserendam putarent, quamquam cuius generis illa fuerit, in obscuro latet. Rem ipsam confirmat etiam Diog. L. VIII. 46. τελευταῖοι γὰρ ἐγένοντο τῶν Πυθαγορείων, οὓς καὶ Ἀριστόξενος εἶδε, Ξενόφιλός τε ὁ Χαλκιδεὺς ἀπο Θράκης, καὶ Φάντων ὁ Φλιάσιος, καὶ Ἐχεκράτης καὶ Διοκλῆς καὶ Πολύμναστος, Φλιάσιοι καὶ αὐτοί. ἦσαν δὲ ἀκροαταὶ Φιλολάου καὶ Εὐρύτου τῶν Ταραντίνων. Quo loco quod scriptor etiam narrat Pythagorae rationem ac disciplinam viguisse μέχρι γενεῶν ἑπτὰ ἢ καὶ δέκα, ratio sibi constat, si inde ab Olymp. LX. repetas et singulas generationes annis XX. absolvas, id quod dudum docuerunt Iust. Lipsius Manud. ad Philos. Stoic. Diss. 6. et Rich. Bentleius Diss. de Epist. Phalar. p. 81. Inter τοὺς τελευταίους Pythagoricos etiam Diodor. Sic. XV. 76. eos refert, qui Platonis, Xenophontis, Isocratis et Epaminondae aetate vivebant, cogitans sine dubio de iisdem illis, quos Diogenes et Iamblichus nominatim memorant. Nimirum videtur tum utique secta Pythagoreorum exolevisse, usque dum aliquot saeculis post denuo revivisceret. Iam vero haec si probabi iter disputavimus, facile apparet sermonem Phaedonis nomini inscriptum neutiquam statim post Socratis obitum enarratum fingi, in qua sententia praeter alios etiam Wyttenbachius fuit, qui Phaedonem voluit paucis post obitum Socratis diebus cum Echecrate loquentem induci. Enimvero isto quidem tempore Echecrates nondum Phliunte habitavit, sed versatus est adhuc in Italia inferiore, ubi eum Plato, teste Cicerone, praeter alios Pythagoreos salutavit, quum Socrate mortuo longinquiora suscepisset itinera. Ex quo consequitur, ut dialogum interiecto aliquo temporis intervallo post Socratis mortem habitum putare debeamus. Quod quidem tempus quodnam aut quale sit, si quaerimus diligentius, Plato ipse rem non ita obscure significavit. Indicat enim verbis clarissimis, quo tempore colloquium habitum sit, iam diutius dicens nec quemquam civium Phliasiorum Athenas profectum esse, neque vicissim Athenis hospitem aliquem venisse Phliuntem, qui certius quiddam de ultimis Socratis dictis factisque narrare potuerit. Ex quibus verbis intelligitur, eo tempore, quo sermo habitus est, commercium inter Phliuntem atque Athenas valde impeditum fuisse ac tantum non interclusum. Quod quidem ubi quaerimus quando ita accidere potuerit, ultro deferimur ad tempora belli Corinthii, de quo v. Cornel. Nep. Ages. c. 5. Diodor.

ὦ Ἐχέκρατες. EX. Τί οὖν δή ἐστιν ἅττα εἶπεν ὁ ἀνὴρ πρὸ τοῦ θανάτου; καὶ πῶς ἐτελεύτα; ἡδέως

P. 57. *ἡδέως γὰρ ἂν ἀκούσαιμι*] Bodl. Vat. Ambr. Flor. d. et rec. Ven. *II. ἐγὼ* ante *ἀκούσαιμι* interponunt, quod tamen

Sic. XIV. 83. Isocrat. Panegyr. c. 33. et 40. Demosth. adv. Leptin. §. 41. ibique intpp. Quippe post pugnam ad Coroneam, ut ait Nepos l. c., omne bellum collatum est circa Corinthum. Quod ita evenit inde ab Olymp. 96. 3. = 394. a. Chr. n. Itaque circa hoc tempus, i. e. quinque sexve annis post Socratis obitum, colloquium Phliunte habitum fingi putamus. Enimvero tum Echecrates recens in eam urbem venisse existimandus est, adeoque curiose anquisivisse, ecquid certius de ultimis viri sapientissimi dictis atque factis resciscere posset. Quod quum belli tumultus diutius prohibuissent, opportune cecidit, quod tandem recentem Peloponnesi incolam Phaedo invisit Eleus, qui ei narravit, quae accuratius audire dudum avide concupivisset. Cuius sententiae nostrae etiam has caussas et rationes habemus. Etenim primum quidem colloquium aliquanto post Socratis condemnationem habitum fingi verisimile fit ex postrema Phaedonis parte c. 67. p. 118., ubi Phaedo Socratem praedicat tanquam virum omnium optimum, quos *tum*, *quum viveret*, usu cognoverint. Quod quis est quin sponte videat ita dictum esse, ut iam longius temporis spatium inde ab eius obitu effluxisse significetur? Nimirum in magno profecto opinionis errore versati sunt qui eum locum putarunt vitio affectum esse, quem longe esse sincerissimum, nunc tandem disputatione nostra evidentissime demonstravisse videmur. Deinde quod Echecrates p. 58. A. curiose sciscitatur de solemnibus inter Delia Athenis usitatis, certe non potuerunt illa ei ignota esse, qui iam diutius in Sicyonia habitavisset aut ibi natus esset atque educatus. Ex quo colligimus Echecratem, quo tempore sermo habitus est, recentem in Peloponneso fuisse advenam, quem Atheniensium sacra, quamvis ceteroquin satis nota ac celebrata, adhuc laterent. Atque haec si probabiliter disputavimus, certius iam opinor etiam de tempore habiti colloquii constabit. Quod si quaeris, cur Plato in Olymp. 96. 3. vel 4. transtulerit, caussas rei videmur satis idoneas in medium afferre posse. Nam primum quidem ita Socratis ultima facta atque verba narrantur viro haudquaquam vulgari, sed gravi philosopho eique Pythagoreo. Cui quid tandem suavius aut iucundius esse potuisse putabimus, quam Socraticam de immortalitate animorum disputationem, quippe quae id argumentum attingeret, quod multiplicem haberet cum Pythagorica doctrina et ratione coniunctionem et necessitudinem? Quin etiam si vera sunt quae supra e Iamblicho et Diogene de Pythagoreis retulimus, totum sermonem coram Pythagoreis Phliunte versantibus narratum fingi admodum verisimile est. Nam quum apud Echecratem, quo tempore Phaedo ei de ultimis Socratis rebus exposuit, etiam hospites praesentes affuisse appareat ex p. 57. B. 58. A. D. (*ὡς σαφέστατα ἡμῖν ἀπαγγεῖλαι,*

E οὔτε τις ξένος ἀφῖκται χρόνου συχνοῦ ἐκεῖθεν, ὅστις ἂν ἡμῖν σαφές τι ἀγγεῖλαι οἷός τ' ἦν περὶ τούτων, πλήν γε δὴ ὅτι φάρμακον πιὼν ἀποθάνοι· τῶν δὲ ἄλλων οὐδὲν εἶχε φράζειν. ΦΑΙΔ. Οὐδὲ τὰ περὶ
59 τῆς δίκης ἄρα ἐπύθεσθε ὃν τρόπον ἐγένετο; ΕΧ. Ναί, ταῦτα μὲν ἡμῖν ἤγγειλέ τις, καὶ ἐθαυμάζομέν γε, ὅτι, πάλαι γενομένης αὐτῆς, πολλῷ ὕστερον φαίνεται ἀποθανών. τί οὖν ἦν τοῦτο, ὦ Φαίδων;

ἀγγεῖλαι οἷος τ' ἦν] ἀπαγγεῖλαι Vat. Ambr. Vind. Φ. Pro ἦν, quod firmant Bodl. Ven. Π. Vat. Tub. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. Par. G. Ambr., vett. editt. ᾖ scriptum habent.

P. 58. Οὐδὲ τὰ περὶ τῆς δ.] Vat. om. τά male.

ἡμῖν ἤγγειλέ τις] Ald. Bas. 1. 2. ἤγγελε: unde Steph. fecit ἤγγελλε, invitis codicibus omnibus.

τί οὖν ἦν, τοῦτο] Deest οὖν in Coisl. Ven. Α. Par. A. CEHI. Flor. a. c. m. Zitt. et paucis aliis.

noph. Ages. I. 10. τὰς ἐν τῇ Δωρίᾳ πόλεις Ἑλληνίδας, h. e. scilicet *Graecienses*. Herodot. I. 64. ἡ νῆσος Δῆλος, quod cave mutandum putes. Pausan. I. 10, 5. τῆς γυναικὸς Ὀδρυσιάδος. I. 13, 4. τῇ νήσῳ Σφακτηρίᾳ. Ibid. III. τὴν πηγὴν Πελλανίδα. Verba Platonis affert etiam Grammaticus Bekker. Anecdot. I. p. 352, 25. unde receptae scripturae novum robur ac firmamentum accedit. Neque istud Φλιασίων ullo modo attrectandum fuit. Quod qui eliminari voluerunt, hi non satis apud animum suum reputarunt ista ratione remotum iri id vocabulum, quo uno legentes maxime monentur scenam dialogi Phliunte esse constitutam, quorsum Phaedo Elidensis nuper visendi Echecratis caussa profectus erat. Deinde verbo ἐπιχωριάζειν, commorari, additur Ἀθήναζε, Athenas, per illam loquendi consuetudinem, quam illustravimus ad Euthyphron. p 96. Solent enim Graeci vocibus motum in locum significantibus adiungere verba quietem et statum significantia, ita, ut binas sententias una eademque verborum comprehensione complectantur. Itaque sensus hic est: nam nemo civium Phliasiorum nunc Athenas venit ibique commoratur. Xenoph. Anab. I. 2, 2. παρῆσαν εἰς Σάρδεις, h. e. Sardes venerunt ibique fuerunt. Exempla plura si quis desideret, is adeat Valckenar. ad Herodot. I. 21, 4. Marklandum ad Tyr. Maxim. Dissert. XLI. §. 5. al. Itaque perperam Henr. Stephanus Thes. IV. p. 663. ἐπιχωριάζειν interpretatur ventitare, quamvis probante Heindorfio: neque melius explicat Wyttenbachius peregre venire et abire in locum.

ὅστις ἂν ἡμῖν — οἷός τ' ἦν] Quum dicat hoc, neminem potuisse certi quidquam ea de re narrare, recte videtur Heindorf. edidisse οἷός τ' ἦν, comprobante etiam Hermanno praefat. ad Eurip. Suppl. p. XIII frustra repugnante Wolfio Scholar. in Platon. Phaedon. p. 8. Reisigius commentat. de

ΦΑΙΔ. Τύχη τις αὐτῷ, ὦ Ἐχέκρατες, συνέβη· ἔτυχε γὰρ τῇ προτεραίᾳ τῆς δίκης ἡ πρύμνα ἐστεμμένη τοῦ πλοίου, ὃ εἰς Δῆλον Ἀθηναῖοι πέμπουσιν. ΕΧ. Τοῦτο δὲ δὴ τί ἐστιν; ΦΑΙΔ. Τοῦτό ἐστι τὸ πλοῖον, ὥς φασιν Ἀθηναῖοι, ἐν ᾧ Θησεύς ποτε εἰς Κρήτην τοὺς δὶς ἑπτὰ ἐκείνους ᾤχετο ἄγων B *καὶ ἔσωσέ τε καὶ αὐτὸς ἐσώθη. τῷ οὖν Ἀπόλλωνι εὔξαντο, ὡς λέγεται, τότε, εἰ σωθεῖεν, ἑκάστου*

Ἀθηναῖοι πέμπουσιν] Quod vulgo post πέμπουσιν additur κατ' ἔτος, cum Bodl. Coisl. Ven. ΑΞΙΙΥ. Tubing. Aug. Flor. a. b. c. d. i. Par. CEIHL. Zitt. omisimus. In Bodl. tamen teste Gaisfordio margini adscriptum legitur. Sed nimirum res accuratius in sequentibus declaratur.

Θησεύς ποτε] Vat. Par. G. Ambr. ποτε Θησεύς. Mox Par. E. Flor. b. ἀγαγών.

ἄν particula p. 113. ὅστις ἄν — ἦν minus eleganter poni iudicabat propter antegressum tempus perfectum, ἀφῖκται. Quod tamen vide ne hoc modo explicandum sit: οὔτε τις ἔστι τῶν ξένων τῶν ἐκεῖθεν ἀφικομένων, ὅστις — οἷός τ' ἦν. Prorsus eodem modo Euripid. Medea v. 1306. οὐκ ἔστιν ἥτις τοῦτ' ἂν Ἑλληνὶς γυνὴ ἔτλη ποθ'. Et videntur hanc rationem confirmare etiam proxima: πλήν γε δὴ ὅτι φάρμακον πιὼν ἀποθάνοι.

B. Οὐδὲ τὰ περὶ τῆς δίκης ἄρα ἐπ.] In his ne quis τὰ περὶ τὴν δίκην requirat, scite ostendit Fischerus περὶ cum secundo casu esse coniunctum propter verbum ἐπύθεσθε. v. ad Apolog. Socrat. cap. XX. p. 32. B. et infra ad cap. XXII. p. 76. D. coll. Matthiae §. 595. 5. ad b.

P. 58. ταῦτα μὲν ἡμῖν ἤγγειλέ τις] Quod μὲν ponitur non sequente δέ, eius rei caussam declaravimus ad Criton. p. 43. D. ἀλλὰ δοκεῖ μέν μοι ἥξειν.

πολλῷ ὕστερον] tringinta diebus post, id quod satis docet locus Xenoph. Mem. IV. 8, 2. conf. Epistol. Socrat. 14. Seneca Epist. 70.

τί οὖν ἦν τοῦτο] h. e. cur id ita factum est?

ἡ πρύμνα ἐστ. τ. πλοίου — πέμπουσι] De hac re v. quae narravimus ad Criton. cap. I. extr.

ἐστεμμένη] h. e. lauro ornata, quae sacra erat Apollini.

πέμπουσι] sollemniter mittunt. Proprium hac in re vocabulum. vid. Spanh. ad Callimach. Hymn. in Del. v. 279.

ἐν ᾧ Θησεύς —] „Nimirum Minos, rex Cretae, necis Androgei, filii sui, vindicandae caussa, v. Plutarch. vit. Thesei p. 6. Pausan. I. 27 extr., Athenienses oppugnatum venerat: sed discessit tandem hac lege, ut ipsi nono quoque anno tributi loco Cretam mitterent septenas virgines totidemque pueros (ἡϊθέους ἑπτὰ καὶ παρθένους τοσαύτας Plutarch., παρθένους ἑπτὰ καὶ παῖδας ἴσους Pausan.), qui devorarentur a Minotauro in Labyrintho. Hi sunt οἱ δὶς ἑπτὰ ἐκεῖνοι. The-

ἔτους θεωρίαν ἀπάξειν εἰς Δῆλον· ἣν δὴ ἀεὶ καὶ νῦν ἔτι ἐξ ἐκείνου κατ' ἐνιαυτὸν τῷ θεῷ πέμπουσιν. ἐπειδὰν οὖν ἄρξωνται τῆς θεωρίας, νόμος ἐστὶν αὐτοῖς ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ καθαρεύειν τὴν πόλιν

B. *καθαρεύειν τὴν πόλιν*] Sic Bodl. Vat. Coisl. Vindobonenses, Veneti, Par. ACGHL. Ambr. Flor. a. c. d. m. Zitt. pro vulg. *καθαριεύειν*.

εἰς Δῆλόν τε ἀφίκηται] *τε* cum Bekkero addidimus e Vat.

seus, quum tertia tributi periodo (*ποτὲ*) hoc in numero esset, occidit Minotaurum, rediitque cum comitibus salvus, h. e. *καὶ ἔσωσέ τε καὶ αὐτὸς ἐσώθη*. v. Plutarch vit. Thesei p. 6 sqq. Pausan. I. 27 p. 67. Meursius Thes 16." FISCHER. Conf. Plat Legg. IV. p. 70. Catullus Epithal. Pelei et Thetid v. 76. Virgil. Aen. VI. 20 Ovid. Metamorph. VIII 170.

B. *θεωρίαν ἀπάξειν*] *θεωρίαι* sunt sacrae legationes, quales quum in alia loca tum etiam in Delum insulam festorum dierum tempore solemniter mittebantur auctoritate publica. De iis dixerunt praeter alios Spanhem. ad Callimach. hymn. in Delum. 314. Duker. ad Thucyd. III. 104. V. 6. Morus ad Isocr. Paneg. c. 48. Boeckh. Oeconom. Att. I. p. 230 sqq Meier. De sacris legationibus Commentat. Halis Sax. 1837. 4. Hermann in libro: Gottesdienst. Alterthümer der Griechen §. 31. Nominis sic usurpati origo repetenda videtur a *θεός* et *ὥρα*, cura, *ὠρεύω*, curo, tueor, vel *ὠρέω*, quod Suidas memorat, ita ut eo rerum sacrarum curatio designetur: unde etiam ipsi legati dicti sunt *θεωροί*, et navis, qua vehebantur, *θεωρίς*. Quamquam alii, in quibus Meierus est, illud a *θεᾶσθαι* deducunt, parum quidem verisimiliter. v. Valcken. ad Ammon. p. 92 coll. ann. ad Herodot. I. 155. et Ruhnken. Epist. crit. p. 100. — De Deliis praeter Meursium in Theseo. 16. Petitum ad Legg. Attic. p. 50 Taylorum ad Marmor Sandwic. Spanhem. ad Callimach. l. c. consulendi sunt inprimis Boeckh. in libro: Abhandlungen d. Berlin. Akadem. d. Wissenschaften a. 1834. p. 1 — 22. Hoeck. De Creta insula Vol. II. p. 133 sqq. Boeckh. Oeconom. Att. Vol. II. p. 217 sqq. Bergk. Comoed. Att. Reliq. p. 35 sqq. C. Fr. Hermann in opere: Gottesdienstliche Alterthümer d. Griechen §. 60 et §. 65. atque in Commentat. De theoria Deliaca Gotting. a. 1847. 4. emissa. Distinguenda autem sunt Delia duplicis generis, altera quinquennalia (*ἡ πεντετηρίς*), altera anniversaria. Quinquennalia erant inter celeberrimos Graecorum festos panegyricos, in honorem Apollinis ac Dianae antiquitus instituta, ad quae concelebranda non modo incolae circumiectarum insularum, inprimis Iones, confluebant, musica et gymnica certamina spectaturi atque etiam mercatum cum illis coniunctum frequentaturi; sed etiam Athenae, Ionicae stirpis metropolis, solemnem legationem mittebant, quo et ipsae in sacrorum pervenirent societatem. Et postremum quidem teste Thucydide III. 104. Athenis ita institutum est inde ab Olymp. 88. s. 426. a. Chr, quo tempore facta est ce-

καὶ δημοσίᾳ μηδένα ἀποκτιννύναι, πρὶν ἂν εἰς Δῆλόν τε ἀφίκηται τὸ πλοῖον καὶ πάλιν δεῦρο· τοῦτο δ' ἐνίοτε ἐν πολλῷ χρόνῳ γίγνεται, ὅταν τύχωσιν ἄνεμοι ἀπολαβόντες αὐτούς. ἀρχὴ δ' ἐστὶ τῶς θεω- C

Tubing. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Ambr.

ὅταν τύχωσιν ἄνεμοι] Articulum *οἱ* vulgo ante *ἄνεμοι* interpositum Bodl. Coisl. et plerique omnes omittunt; tuetur Par. E., quem Stephanus est secutus.

lebratissima illa Deli lustratio, quam is luculente descripsit. Quamquam etiam dudum antea inter Athenienses ac Deli incolas similis certe obtinuit coniunctio et necessitudo, quandoquidem Thucydides narrat insulam iam olim a Pisistrato fuisse lustratam, omninoque conventus istos lonum et insulanorum circumcirca habitantium fuisse antiquissimos. v. Thucyd. l. c. Philochor. ap. Schol. ad Soph. Oed. Col. v. 1043. Dorvill. in Miscell. Obss. VII. p. 44. Boeckh. Corp. Inscriptt. II. p. 225. et quae disputat Hermannus l. c §. 65. Ab his autem sacris quinquennalibus diversa fuerunt *Δήλια* annua. Ea enim ab Atheniensibus celebrabantur in memoriam eorum temporum, quibus ipsi per Theseum liberati erant a saevissimo servitutis iugo iis a Cretibus imposito, quo victimas humanas vectigalis instar quotannis in Cretam mittere coacti erant; de qua re modo explicatum est. Quamquam haec quoque sacra pertinuerunt ad cultum Apollinis Delii, atque eodem fere tempore videntur peracta esse, h. e. die Apollinis natali, qui fuit dies sextus vel septimus mensis Thargelionis. v. Diog. L. II. 44. Plutarch. Quaest. Symp. VIII. 1. 2. coll. Spanhem. ad h. in Del. v. 251. Plutarch. Vit. Niciae c. 3. ubi pompa solemnis usitata describitur; Boeckh. Occon. Att. T. II. p. 218. Müller De Dorien-sibus. T. I p. 243. Ex his igitur manifestum est apud Platonem annua Delia intelligi, non quinquennalia.

ἀεὶ καὶ νῦν ἔτι] Servatus hic mos est usque ad tempora Demetrii Phalerei, teste Plutarcho in vita Thesei p. 10. C. c. 23. coll. Boeckh. Urkunden des Attischen Seewesens p. 77.

Ἐπειδὰν οὖν ἄρξωνται—] h. e. postquam puppis navis corona laurea ornata est, ut Phaedo ipse docet. Deinde quod vulgo legebatur *καθαριεύειν*, id ferri nullo modo potest. Quum enim hoc verbum, si quidem usitatum fuit, quod vehementer dubitamus, descendat a *καθάριος*, munditiei studiosus, de qua voce v. Valcken. ad Xenoph. Mem. II. 1, 23., nil aliud potest significare nisi munditiei studiosum esse; quod nemo est quin videat ab hoc loco prorsus abhorrere. Itaque verissime codd. meliores *καθαρεύειν*, h. e. purum esse neque suppliciis pollui, exhibent, quod ab interpretibus recentioribus omnibus probatum est. Additur autem *τὴν πόλιν*, quo indicetur hanc legem pertinere ad universam rempublicam, nec tantum ad singulos cives; ut non exputemus, cur Astius hoc additamentum in fraudis suspicionem vocaverit. Ceterum v. Criton. p. 43. C.

ὅταν — ἄνεμοι ἀπολ.] Quod vulgo *οἱ ἄνεμοι* scriptum

ρίας, ἐπειδὰν ὁ ἱερεὺς τοῦ Ἀπόλλωνος στέψῃ τὴν πρύμναν τοῦ πλοίου· τοῦτο δ' ἔτυχεν, ὥςπερ λέγω, τῇ προτεραίᾳ τῆς δίκης γεγονός. διὰ ταῦτα καὶ πολὺς χρόνος ἐγένετο τῷ Σωκράτει ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὁ μεταξὺ τῆς δίκης τε καὶ τοῦ θανάτου.

Ἆρ' οὐ — καὶ ἡ ὀνομαζομένη ἀνδρεία] Tria potissimum distinxit Plato virtutis genera. Praestantissimum enim illius genus philosophus duxit illud, quod duce et magistra ratione coleretur et ex veritatis scientia atque cognitione tamquam sponte efflorescceret. Quam quidem virtutem unis philosophis voluit esse propriam, utpote in veritatis indagatione atque contemplatione studiosissime versantibus. Quorsum spectant maxime etiam ea, quae hic de philosophorum virtute disseruntur; spectant item illa, quae Theaet. p. 173. C sqq. p. 176. B. sqq. disputantur, ubi praeclara sapientis imago proponitur in huius virtutis studio, quod ad τὴν ὁμοίωσιν τῷ θεῷ perducit, unice occupati. v. etiam De Rep. V. p. 473. B. sqq. VI. p 484 sqq. Huic vero praestantissimae virtutis generi tamquam e regione posuit alterum, quod disciplina acquireretur atque adsuetudine potissimum et obedientia bonis legibus et institutis praestita contineretur. Quam virtutem dixit δημοτικὴν καὶ πολιτικὴν, popularem et civilem. Eam autem censuit a scientiae et cognitionis laude aliquanto esse remotiorem, utpote in uno usu maxime positam, adeoque coniunctam esse et posse et solere cum illiberali et inhonesto commodorum et utilitatum studio, mendacem ac fraudulentam verae germanaeque virtutis imitatricem. Id quod Socrates h. l. docet. Quamobrem nec dubitavit eos, qui illi uni dediti essent, τῶν φαύλων generi adscribere infra p. 87. D et p. 82. A. sq. coll. p. 69. B., ubi iis ἀρετῆς σκιαγραφία tribuitur. Quamquam hoc virtutis genus neutiquam negligendum aut contemnendum censuit. Cui etsi per se spectato facile intellexit deesse firmitatem illam et constantiam, quae ab exploratae veritatis scientia et interiore mentis animique persuasione proficisceretur, tamen, quoniam vulgus vix altius educi posset, hanc ei laudem tribuendam statuit, ut ad publicam pariter atque privatam salutem plane necessarium esse plurimumque ad eam valere existimandum esset. Quocirca eos omnes in

τοῖς οὕτω διακειμένοις μάλιστα προσήκει; Πάντως δήπου, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ ἡ σωφροσύνη, ἣν καὶ οἱ πολλοὶ ὀνομάζουσι σωφροσύνην, τὸ περὶ τὰς ἐπιθυμίας μὴ ἐπτοῆσθαι, ἀλλ' ὀλιγώρως ἔχειν καὶ κοσμίως,

D. *Εἰ γὰρ ἐθέλεις*] V. *ἐθελήσεις*, quod e Coisl. Tub. Par. CHI. Aug. Flor. a. b. c. d. i. m. et pr. Ven. *II.* mutatum. Turicenses tamen servarunt vulgatum. v. ann.

magno honore habendos esse ac praeclare de communi salute mereri iudicavit, qui civitates bonis legibus temperarent eaque ratione homines ad morum honestatem et officiorum sanctitatem colendam perducerent. De qua re v. Symp. p. 209. A. D. Reip. VI. p. 500. D. VII. p. 518. D. Atque hanc ob caussam etiam ipse, quum olim finxisset eam rempublicam, in qua nullus legibus locus esset et perfectorum sapientium ratio tamquam *νόμος ἔμψυχος* (De Rep. IV. p. 423. D. sqq. Politic. p. 294. A.) unice valeret, postea faciendum statuit, ut opus Legum componeret, in quo optimae leges proponerentur, quae essent mentis rationisque tamquam vicariae, ideoque ad iuvandam stabiliendamque communem omnium civium salutem saluberrimae. v. Legg. IV. p. 713. E. 715. B. XII. p. 957. Sed haec de virtute civili et populari. Tertium praeterea virtutis genus Plato quasi fortuitum esse voluit, quippe quod contineretur naturae et ingenii quadam felicitate, quae quid verum, bonum atque utile esset, mira facilitate et celeritate reperiret, ideoque illud tribuit *θείᾳ τινὶ μοίρᾳ*. Nititur igitur illud maxime recte opinandi feliciterque divinandi facultate, quam *εὐδοξίαν* vocat, (v. Menon. p. 96. D. — 100. D.) habetque rectam opinionem (*δόξαν ὀρθήν*) sociam et adiutricem. Quod quidem virtutis genus etsi philosophus propterea, quod una opinione nititur longiusque distat a philosophorum virtute, quae a scientia et cognitione (*ἐπιστήμῃ*) proficiscitur, subinde urbane cavillatur, ridens videlicet viros civiles, aliosque id genus homines, tali virtute fastuose superbientes, sicuti fit Men. p. 99. C. D. E. 89. B. Apol. p. 21. C. Politic. p. 297. B. sqq., tamen ne illud quidem sua laude carere arbitratur. Nimirum similem esse vult huius virtutis rationem atque rectae opinionis. Opiniones enim (*δόξας*) etsi ad scientiae firmitatem et constantiam comparatas parvi sane aestimavit, ita ut non dubitaverit De Rep. VI. p. 506. C. Men. 97. C. D. eas coecas dicere et vel praestantissimas earum turpitudine affectas iudicare; tamen illas per se spectatas item iusta ponderavit lance, quandoquidem facile intellexit vitam humanam non una scientia, sed etiam opinione atque ingenii bonitate regi atque gubernari v. Phaedon. p. 85. C. ibique ann. Itaque nec tertium hoc genus virtutis, in singulari quadam recte opinandi facultate positum, per se spernendum sed in divinis beneficiis numerandum iudicavit, atque *θείαν φύσιν* subinde cum admiratione commemoravit, ut De Rep. II. p. 366. C. VI. p. 493. A. coll. p. 492. A. 499. B. Legg. I. p. 642. C. ubi adeo Atheniensium laudes ita praedicat, ut *αὐτοφυῶς θείᾳ μοίρᾳ ἀγαθοὶ* extitisse dicantur. Sed

ἆρ' οὐ τούτοις μόνοις προσήκει, τοῖς μάλιστα τοῦ σώματος ὀλιγωροῦσί τε καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ ζῶσιν; Ἀνάγκη, ἔφη. Εἰ γὰρ ἐθέλεις, ἡ δ' ὅς, ἐννοῆσαι D τήν γε τῶν ἄλλων ἀνδρείαν τε καὶ σωφροσύνην, δόξει

τῶν ἄλλων ἀνδρείαν] Bodl. Tub. Flor. b. c. i. m. Iambl. cum Ald. et Bass. ἀνδρίαν.

haec de re ad Phaedonem recte intelligendum multipliciter utilissima. Ceterum aliter de virtutum gradibus statuisse Platonicos recentiores, disces ex iis, quae disserunt Fabricius ad Marini. Vit. Procl. p. XLI. sqq. ed. Boiss. Salmasius ad Simplic. in Epictet. p. 13 sqq. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 216. et Olympiodor. p. 36 sqq. ed. Finckh. etc. p. 88 sq. ibid. Propius ad Platonis rationem accesserunt Stoici, qui officium voluerunt esse vel perfectum (κατόρθωμα), quod Cicero rectum interpretatur, vel commune sive medium (προσῆκον). Nam officia media s. communia teste Cicerone De Offic. III. 4. censuerunt esse quasi secunda honesta, non sapientum modo propria, sed cum omni hominum genere communia. v. etiam De Fin. III. 17. Recta autem sive perfecta officia secundum eorum sententiam non alia sunt quam quae cadunt in unum sapientem. conf. etiam Cic. Offic. I. 3. Latuit tamen, opinor, haec doctrinae Stoicae cum Platonica cognatio adhuc viros doctos, digna illa, quae aliquando animadvertatur diligentius. Omnino dignum est animadvertere, Stoicos in multis ex Platonis ratione profecisse.

τοῖς οὕτω διακειμένοις] videl. iis, qui student animum seiungere a corpore atque sperant se sapientiam esse assecuturos, ubi venerint ad inferos.

οἱ πολλοί] vulgus, h. e. ii, qui non possunt in numero verorum philosophorum haberi. Mox vocantur οἱ ἄλλοι. — De verbo πτοεῖσθαι, summa cupiditate ad aliquid ferri, maximo desiderio alicuius rei teneri, v. Gataker. ad Antonin. IV. 195. Ernestius ad Callimach. h. in Dian. v. 191. Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. Prom. v. 881. et de simili usu verbi Lat. trepidare interpp. ad Liv. XXVII. 1, 8. — ἐν φιλοσοφίᾳ ζῆν, versari in sapientiae studio, ut διάγειν ἐν φιλοσοφίᾳ. Theaet. p. 174. A.

D. εἰ γὰρ ἐθέλεις — δόξει σοι] Ne cui haec structurae ratio molesta sit; alia eius exempla adscripsit Heindorf., quibus addimus haec: Herodot. II. 15. εἰ βουλόμεθα γνώμῃσι τῇσι Ἰώνων χρᾶσθαι —, ἀποδεικνύοιμεν ἄν κ. τ. λ. ubi Benedictus coni. βουλοίμεθα, probante Schweighaeusero. Platon. Sympos. p. 208. C. εἰ ἐθέλεις εἰς τὴν φιλοτιμίαν βλέψαι, θαυμάζοις ἄν κ. τ. λ. Alcibiad. I. p. 122. C. εἰ ἐθέλεις τοὺς Λακεδαιμονίων πλούτου ἰδεῖν, γνώσει ὅτι κ. τ. λ. Protagor. p. 324. A. Itaque recte ab Heindorfio repudiatum est vulg. ἐθελήσεις.

τήν γε τῶν ἄλλων ἀνδρείαν] „Has simulatas et ve-

σοι εἶναι ἄτοπος. Πῶς δή, ὦ Σώκρατες; Οἶσθα, ἢ δ' ὅς, ὅτι τὸν θάνατον ἡγοῦνται πάντες οἱ ἄλλοι τῶν μεγάλων κακῶν εἶναι; Καὶ μάλα, ἔφη. Οὐκοῦν φόβῳ μειζόνων κακῶν ὑπομένουσιν αὐτῶν οἱ ἀνδρεῖοι τὸν θάνατον, ὅταν ὑπομένωσιν; Ἔστι ταῦτα. Τῷ δεδιέναι ἄρα καὶ δέει ἀνδρεῖοί εἰσι πάντες πλὴν οἱ φιλόσοφοι. καίτοι ἄτοπόν γε δέει τινὰ καὶ δειλίᾳ
E ἀνδρεῖον εἶναι. Πάνυ μὲν οὖν. Τί δέ; οἱ κόσμιοι αὐτῶν οὐ ταὐτὸν τοῦτο πεπόνθασιν; ἀκολασίᾳ τινὶ σώφρονές εἰσι; καίτοι φαμέν γέ που ἀδύνατον εἶναι· ἀλλ' ὅμως αὐτοῖς συμβαίνει τούτῳ ὅμοιον εἶναι τὸ πάθος τὸ περὶ ταύτην τὴν εὐήθη σωφροσύνην· φοβούμενοι γὰρ ἑτέρων ἡδονῶν στερηθῆναι καὶ ἐπιθυ-

μεγάλων κακῶν] V. μεγίστων, invitis Bodl. Ven. *II.* Par. A. Tub. Stobaeo et Iambl. In Bodl. et Par. μεγίστων marginibus adscriptum.

καὶ δειλίᾳ] Sic Bodl. Coisl. Vat. Aug. Flor. d. i. Vind. *Φ.* Par. G. Ambr. Vett. editt. ἢ δειλίᾳ.

E. ὅμοιον εἶναι τὸ πάθος] εἶναι om. a pr. m. Bodl. Ven. *II.*

rarum virtutum imitatrices virtutes postea exagitavit Epicurus, cuius de hoc argumento doctrinam a Cicerone expositam De Fin. I., 10. 14. 15. II., 14. 15. comparare operae pretium." Wyttenbach.

ὅταν ὑπομένωσιν] Euthyphron. p. 7. D. οὐ δυνάμενοι ἐπὶ ἱκανὴν κρίσιν αὐτῶν ἐλθεῖν ἐχθροὶ ἀλλήλοις γιγνόμεθα, ὅταν γιγνώμεθα. Phileb. p. 31. B. δεῖ δὴ τὸ μετὰ τοῦτο ἐν ᾧ τέ ἐστιν ἑκάτερον αὐτοῖν καὶ διὰ τί πάθος γίγνεσθον, ὁπόταν γίγνησθον, ἰδεῖν ἡμᾶς, ubi vide quae alia collegimus huius usus exempla.

E. Τί δέ, οἱ κόσμιοι —] Κόσμιοι et σώφρονες hoc loco sunt fere synonyma. v. Perizon. ad Aelian. V. H. XIV. 7. — Ante ἀκολασίᾳ Turnebus et Stephanus καὶ inserendum putarunt. Perperam. Illustravimus hanc loquendi rationem ad Apolog. Socrat. c. VII. — De proximis, καίτοι φαμέν γέ που — ἀλλ' ὅμως, compares Euthyphr. p. 3. C. καίτοι οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἀληθὲς εἴρηκα ὧν προεῖπον· ἀλλ' ὅμως φθονοῦσιν ἡμῖν πᾶσι τοῖς τοιούτοις. Parmenid. p. 128. C. καίτοι ὥςπερ γε αἱ Λάκαιναι σκύλακες εὖ μεταθεῖς τε καὶ ἰχνεύεις τὰ λεχθέντα· ἀλλὰ πρῶτον μέν σε τοῦτο λανθάνει κ. τ. λ. Demosthen. in Mid. p. 41. ed. Buttm. καίτοι φασὶν Ἰφικράτην — ἐλθεῖν εἰς ἔχθραν· ἀλλ' ὅμως πολλοὺς μὲν ἔχων φίλους —, πολλὰ δὲ χρήματα — οὐκ ἐβάδιζεν ἐπὶ τὰς τῶν χρυσοχόων οἰκίας. Ceterum haec brevitate dicta sunt, quum potuerint etiam sic enuntiari: ἀλλ' ὅμως τὸ πάθος τὸ περὶ ταύτην τὴν εὐήθη σωφροσύνην, ὃ αὐτοῖς συμβαίνει, τούτῳ ὅμοιόν ἐστιν.

μοῦντες ἐκείνων, ἄλλων ἀπέχονται ὑπ' ἄλλων κρατούμενοι. καίτοι καλοῦσί γε ἀκολασίαν τὸ ὑπὸ τῶν 69
ἡδονῶν ἄρχεσθαι· ἀλλ' ὅμως ξυμβαίνει αὐτοῖς κρατουμένοις ὑφ' ἡδονῶν κρατεῖν ἄλλων ἡδονῶν. τοῦτο δ' ὅμοιόν ἐστιν ᾧ νῦν δὴ ἐλέγετο, τῷ τρόπον τινὰ δι' ἀκολασίαν αὐτοὺς σεσωφρονίσθαι. Ἔοικε γάρ. Ω μακάριε Σιμμία, μὴ γὰρ οὐχ αὕτη ἡ ὀρθὴ πρὸς ἀρετὴν ἀλλαγή, ἡδονὰς πρὸς ἡδονὰς καὶ λύπας πρὸς λύπας καὶ φόβον πρὸς φόβον καταλλάττεσθαι, καὶ μείζω πρὸς ἐλάττω, ὥςπερ νομίσματα, ἀλλ' ἦ ἐκεῖνο μόνον τὸ νόμισμα ὀρθόν, ἀνθ' οὗ δεῖ ἅπαντα ταῦτα καταλλάττεσθαι, φρόνησις, καὶ τούτου μὲν πάντα καὶ B
μετὰ τούτου ὠνούμενά τε καὶ πιπρασκόμενα τῷ ὄντι

P. 69. μὴ γὰρ οὐχ αὕτη ἦ] γὰρ additum e Bodl. Tub. Ven. *II.* Vind. *Φ.* Par. G. Ambr. Flor. d.

πρὸς ἀρετὴν ἀλλαγή] Voc. ἀλλαγὴ additum e Vat. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Par. C. Ambr. Flor. a. b. d. m. Dein Bodl. Tub. ἀλλὰ ἡδονὰς πρὸς ἡδονάς. Sed v. ad p. 70. C.

ἅπαντα ταῦτα] Sic Bodl. Ven. *II* Tub. Vett. editt. πάντα ταῦτα.

P. 69. μὴ γὰρ οὐχ αὕτη —] Particula γὰρ refertur ad sententiam ex orationis serie eruendam. Possis intelligere: Noli hanc sentiendi agendique rationem probare: vide enim, ne haec non sit recta ad virtutem quod attinet permutatio, ut voluptates cum voluptatibus — commutemus. v. Lambertus Bos. Elips. p. 809 sqq. ed. Schaefer. Wyttenbachius, quum res non viam virtutis, sed virtutem ipsam requirere videretur, pro vet. lect. ἡ ὀρθὴ πρὸς ἀρετήν, ἡδονὰς πρ. ἡδ. scribendum censuit ἡ ὀρθὴ ἀρετή, ἡδονὰς πρὸς ἡδ. κ. τ. λ. Quod etiamsi accuratius dictum foret, ferri tamen vulgatum posset, si libri omnes illud constanter tuerentur. Nunc vero, quum multi codd. optimae notae post ἀρετὴν addant ἀλλαγή, quod ipsum etiam Iamblichus in libro suo habuit; non dubitavimus recipere, quod sententiae rationibus optime convenire, ab librariis autem multo facilius deleri quam addi potuisse videbatur. Ceterum verbi καταλλάττεσθαι usum exemplis illustravit Wyttenbach. ad h. l. De praepositione ἀντὶ cum huiusmodi verbis coniuncta v. Pierson. ad Moer. p. 155 sq. Ceterum ridetur, opinor, hoc loco sententia Aristippi Cyrenaici, multis tum, ut videtur, probata, quae virtutem referebat ad prudentiam quandam tranquille beateque vivendi, ideoque sapientem iubebat quam maxime sectari vitae suavitatem atque iucunditatem. v. Protag. p. 354 .C. 356. B. Phlleb. p. 53. C. 54. D. ibique ann.

B. ὠνούμενά τε καὶ πιπρασκόμενα τ. ὄ. ἦ] h. e.

ἢ, καὶ ἀνδρεία καὶ σωφροσύνη καὶ δικαιοσύνη, καὶ ξυλλήβδην ἀληθὴς ἀρετὴ ἢ μετὰ φρονήσεως, καὶ προσγιγνομένων καὶ ἀπογιγνομένων καὶ ἡδονῶν καὶ φόβων καὶ τῶν ἄλλων πάντων τῶν τοιούτων· χωριζόμενα δὲ φρονήσεως καὶ ἀλλαττόμενα ἀντὶ ἀλλήλων, μὴ σκιαγραφία τις ᾖ ἡ τοιαύτη ἀρετὴ καὶ τῷ

B. *καὶ ἀνδρεία*] Bodl. Tub. Flor. a. b. c. d. i. m. Zittav. Ven. *ΞΠ.* cum Ald. Bass. *ἀνδρία.*

ἀρετὴ ἢ μετὰ φρονήσεως] Vulgo *ἢ* abest. Tub. Ven. *Π.* Par. *ἀρετὴ ἡ μετὰ φρ.*, unde cum Heindorfio et Bekkero *ἢ* inseruimus.

οὐδ' ἀληθὲς ἔχουσα] Sic dedi e Vat. Vind. *Φ.* Par. G. Ambr. Flor. d. et marg. Ven. *Π.* Editt. omnes *ἔχῃ.*

et vereor, ne quae hoc numismate emuntur venduntur que, ea demum re vera sint etc. In his mirum accidit istud *ὠνούμενα* passive dictum. Vitium leni mutatione sustuleris, scribendo: *ἐωνημένα*, nisi malueris etiam *ὠνητά*, quod propter seq. *πιπρασκόμενα* in *ὠνούμενα* mutatum est. Heindorf., quum videret in cod. Aug. scriptum exstare *ὠνούμεθά τε καὶ πιπρασκόμεθα*, in eam suspicionem incidit, ut scribendum putaret: *καὶ μετὰ τούτου ἃ ὠνούμεθά τε καὶ πιπράσκομεν, τῷ ὄντι ἢ.* Fortasse tamen nihil mutandum, quandoquidem Grammaticus in Bekkeri Anecdot. I. 95. e Lysia affert formam perfecti *ἐωνηκώς*, atque proximum *πιπρασκόμενα* paene efflagitat *ὠνούμενα*. Praeterea etiam imperfectum verbi tempus apud Xenoph. De re equestri VIII. 2. passive positum: *ὅτε μὲν γὰρ ἐωνεῖτο, πειρᾶσθαι ἐκελεύομεν, εἰ δύναιτο ὁ ἵππος ταῦτα ποιεῖν.* — Quae deinde nominantur quatuor virtutis formae: prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia, eas philosophus memorat item De Republ. IV. p. 428 sqq. p. 433. ss. p. 441. E. sqq. VI. p. 487. B. p. 604. B. Legg. III. p. 688. p. 963. B. al. Nimirum ducta est haec divisio virtutum ex Pythagoreorum doctrina, ut apparet ex fragmentis ap. Stobaeum Florileg. I. c. g. Theagis p. 8 — 12. Metopi p. 7. Cliniae p. 8. Indidem sumsit Aristoteles, dissentiens tamen a Platonis ratione, quam postea Stoici vindicarunt. v. Wyttenbach. ad h. l. et Carol. Beier. ad Cic. Offic. I. 5, 15. Excurs. In dialogis quibusdam quod Plato etiam quintam virtutem memorat primariam, pietatem, de eo v. Prolegg. ad Protagor. p. 32 sq. ed. 2.

καὶ προσγ. καὶ ἀπογ.] h. e. sive adsint sive absint.

χωριζόμενα δὲ φρονήσεως —] Refer ad *ἡδονάς*, *φόβους* et *τἆλλα πάντα*, ut sententia haec sit: disiuncta autem haec a sapientia et invicem commutata vide ne nihil sint nisi adumbratio quaedam virtutis. Plutarchus adv. Epicur. p. 1091. D. *Πλάτων — ἀπηγόρευε τὰς λυπῶν καὶ πόνων ἀπαλλαγὰς ἡδονὰς μὴ νομίζειν, ἀλλ' οἷόν τινα σκιαγραφίαν ἢ μίξιν οἰκείου καὶ ἀλλοτρίου, καθάπερ λευκοῦ καὶ μέλανος.* — Deinde *οὐδ' ἀληθὲς ἔχουσα* quod ex codd.

ὄντι ἀνδραποδώδης τε καὶ οὐδὲν ὑγιές, οὐδ' ἀληθὲς ἔχουσα, τὸ δ' ἀληθὲς τῷ ὄντι ἦ κάθαρσίς τις C τῶν τοιούτων πάντων, καὶ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία καὶ αὐτὴ ἡ φρόνησις μὴ καθαρμός τις ᾖ. καὶ κινδυνεύουσι καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν οὗτοι καταστήσαντες οὐ φαῦλοί τινες εἶναι,

C. τῷ ὄντι ἦ κάθαρσις] κάθαρσις ᾖ Vat. Vind. Φ. Flor. d. Par. G. Ambr. et corr. Bodl.

αὐτὴ ἡ φρόνησις] V. αὖτη. Mutatum e Bodl. Coisl. Ven. ΔΠ. Vind. Φ. Par. CG. Ambr. Flor. b. m. aliis.

καὶ κινδυνεύουσι] Hoc firmant Vat. Par. G. Flor. d. i. et pr. Ven. Π. qui habet κινδυνεύσουσι. Olim κινδυνεύωσι legebatur.

melioribus recepimus, tum vocula τε suadebat, tum loquendi consuetudini minime adversari videbatur. v. quae infra ad p. 100. D. annotavimus.

τὸ δ' ἀληθὲς τῷ ὄντι] Haec posita esse ἐκ παραλλήλου putant. v. p. 66. C. Sed recte Schleiermacherus vertit: das Wahre aber Reinigung von dergleichen allen ist, und Besonnenheit und Gerechtigkeit und Tapferkeit selbst Reinigungen sind. Nam τὸ ἀληθὲς opponitur τῇ σκιαγραφίᾳ.

C. τῶν τοιούτων πάντων] Intell. ἡδονῶν, φόβων κ. τ. λ.

μὴ καθαρμός τις ᾖ] Narrat Theo Smyrnaeus Mathem. p. 18. ed. Paris. a. 1614. quinque fuisse gradus μυήσεως, quorum primus fuerit καθαρμός, secundus ἡ τῆς τελετῆς παράδοσις, tertius ἐποπτεία, quartus ἀνάδεσις καὶ στεμμάτων ἐπίθεσις, quintus τὸ θεοφιλὲς καὶ θεοῖς συνδίαιτος εὐδαιμονία. v. Bullialdus ad l. c. Apulei. Metamorph. lib. XI. Meursii Eleusin. c. VII sq. Creuzerus Symbol. IV. p. 500 sq. Quae si vera sunt, facile intelligitur, quorsum referenda sint, quae deinde sequuntur, ἐκεῖσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν οἰκήσει. Cf. p. 81. A. ὡς ἀληθῶς τὸν λοιπὸν χρόνον μετὰ θεῶν διάγουσα. Neque omnino universi loci sententia obscura est. Docet enim philosophus veram sapientiam ac virtutem unam esse, quae animum a vitiis purgatum participem facere queat futurae post mortem felicitatis. Id vero significasse ait iam priscos mysteriorum conditores, quippe qui prodiderint, eos, qui non initiati in Orcum venerint, coactos fore, ut in coeno iaceant. Scilicet initiationem philosophus vult esse animi a corporis labe purgationem. Quod convenit sane cum iis, quae Theo de primo gradu memoriae prodidit. Sed de gradibus mysteriorum v. quae disseruit Lobeck. Aglaopham. T. I. p. 38 sqq. qui Theonem de privatis loqui censet mysteriis, non de Eleusiniis.

καὶ κινδυνεύουσι — οὗτοι καταστήσαντες] In his οὗτοι est noti illi, celebrati illi, ut Legg. III. p. 677. A. IV. p. 705. E. VII. p. 790. E. Menon. p. 80. A. καὶ δοκεῖς μοι παντελῶς — ὁμοιότατος εἶναι τό τε εἶδος καὶ τἆλλα ταύτῃ τῇ πλατείᾳ νάρκῃ τῇ θαλαττίᾳ. Xenoph. Anab. I. 5, 8. ἔχοντες τούτους τε τοὺς πολυτελεῖς

ἀλλὰ τῷ ὄντι πάλαι αἰνίττεσθαι, ὅτι, ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς Ἅιδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται, ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος ἐκεῖσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν οἰκήσει. εἰσὶ γὰρ δή, φασὶν οἱ περὶ τὰς τελετάς, ναρθηκοφόροι μὲν πολλοί, βάκ-
D *χοι δέ τε παῦροι· οὗτοι δ' εἰσὶ κατὰ τὴν ἐμὴν δό-*

βάκχοι δέ τε παῦροι] Unus Ambr. *παῦροι δέ τε βάκχοι.* Vulgo *δέ γε*, praeter librorum fidem.

D. *ὧν δὴ καὶ ἔγωγε*] *ἐγὼ* Bodl. Ven. *II.* Flor. d. quod cum Bekkero Turicc. dederunt. Voculam *γε* post *κατὰ* e Bodl. Vat. Tub. Ven. *II.* Vind. *Φ.* Par. G. Ambr. Flor. d. inseruimus.

χιτῶνας καὶ τὰς ποικίλας ἀναξυρίδας, ubi v. Zeunius. Aristophanes Rann. 429., ubi schol. *ὧν πάντες ἴσασι δηλονότι.* Ibid. 720. Cf. Lexic. Xenophont. III. d. 366. Pro *καταστήσαντες* Matthiae ad Hom. Hymn. in Cerer. 473. p. 419. *καταδείξαντες* coniiciebat. Sed vulgatam tuitus est Schaefer. ibid. Praefat. p. VII. Eurip. Bacch. 22. *καὶ καταστήσας ἐμὰς τελετάς.* Pausan. XIII. 31. *καταστήσασθαι — τὴν τελετήν.* conf. Pierson. Verisim. p. 123.

ἀλλὰ τῷ ὄντι π. αἰν., ὅτι —] Narrat Olympiodorus ista: *ἐν βορβορῷ κεῖσεσθαι τοὺς ἀμυήτους*, sumta esse ex formula carminis mystici, cuius auctor habebatur Orpheus. v. Fragment. Orph. p. 509. Herm. Hymn. in Cerer. 485. *ὄλβιος, ὅς τάδ' ὄπωπεν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων· ὃς δ' ἀτελὴς ἱερῶν, ὅς τ' ἄμμορος, οὔποθ' ὁμοίων αἶσαν ἔχει, φθίμενός περ ὑπὸ ζόφῳ εὐρώεντι.* Plato de Rep. II. p. 363. D. *Μουσαῖος - καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ — τοὺς ἀνοσίους καὶ ἀδίκους εἰς πηλόν τινα κατορύττουσιν ἐν Ἅιδου*, ubi quae deinceps sequuntur, digna sunt quae cum hoc loco conferantur. Plotin. Ennead. I. 6. p. 55. A *αἱ τελεταὶ ὀρθῶς αἰνίττονται τὸν μὴ κεκαθαρμένον εἰς* (leg. *ἐν*) *Ἅιδου κεῖσεσθαι ἐν βορβόρῳ, ὅτι τὸ μὴ καθαρὸν βορβόρῳ διὰ κακίαν φίλον.* Plura dabunt Meursius Eleusin. c. XVIII. Isaacus Casaubon. Exercitt. Baron. p. 390 sqq. Valcken. ad Eurip. Hippolyt. 25. Wyttenbach. ad Plutarchi Moral. T. I. p. 222 = p. 161. ed. Lips. et in commentar. ad h. l.

εἰσὶ γὰρ δή, φ. οἱ π. τ. τ.] Olympiodorus: *παρῳδεῖ ἔπος Ὀρφικὸν τὸ λέγον, ὅτι, ὅστις δ' ἡμῶν ἀτέλεστος, ὥςπερ ἐν βορβόρῳ κείσεται· τελετὴ γάρ ἐστιν ἡ τῶν ἀρετῶν βακχεία· καί φησιν· πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι· ναρθηκοφόρους, οὐ μὴν βάκχους τοὺς πολιτικοὺς καλῶν, ναρθηκοφόρους δὲ βάκχους τοὺς καθαρτικούς.* Enimvero *βάκχοι* nominati sunt sacerdotes et ministri orgiorum. Schol. ad Aristoph. Equit. 406. *βάκχον οὐ τὸν Διόνυσον ἐκάλουν μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς τελοῦντας τὰ ὄργια βάκχους ἐκάλουν*, quem locum laudavit Forsterus. Cicero de Legg. II. 14. quid ergo aget Iacchus Eumolpidaeque vestri et augusta illa mysteria, si quidem sacra nocturna tollimus? ubi Turnebus Iacchum intelligi censet extremam initiationis partem. Praeterea consulendus Lobeck. Aglaopham. p. 806 sqq. et p. 813. — *ναρθηξ* est fe-

ξαν οὐκ ἄλλοι ἢ οἱ περιλοσοφηκότες ὀρθῶς. ὧν δὴ καὶ ἔγωγε κατά γε τὸ δυνατὸν οὐδὲν ἀπέλιπον ἐν τῷ βίῳ ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ προὐθυμήθην γενέσθαι. εἰ δὲ ὀρθῶς προὐθυμήθην καί τι ἠνυσάμην, ἐκεῖσε ἐλθόντες τὸ σαφὲς εἰσόμεθα, ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ, ὀλίγον ὕστερον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ.

Repetitio vocis videtur effecisse, ut grammatici eam alterutro loco delerent.

ὀρθῶς προὐθυμήθην] V. *προὐθυμούμην*, praeter fidem codicum.

καί τι ἠνυσάμην] Sic unus August. Vett. editt. et reliqui codd. *ἠνύσαμεν*, quod primus sprevit Heindorf.

rula in orgiis gestari solita. vid. Fischer. Indic. ad Palaephat. s. v. et Barnes ad Euripid. Bacch. 145 sqq., quo loco poeta *ναρθηκοφόρους* ita describit: *ὁ Βακχεὺς δ' ἔχων πυροώδη φλύγα πεύκας ἐκ νάρθηκος αἴσσει, δρόμῳ καὶ χοροῖς ἐρεθίζων πλανάτας, ἰαχαῖς τ' ἀναπάλλων, τρυφερὸν πλόκαμον εἰς αἰθέρα ῥίπτων. τ. τ. λ.* Ceterum loci sententiam recte ita declaravit Fischerus: multi prae se ferunt amorem et studium philosophiae, sed pauci sunt vere philosophi.

D. *ὧν δὴ καὶ ἔγωγε* —] Genitivus cohaeret cum verbo *γενέσθαι*, hoc sensu: in quorum societatem ut pervenirem, nihil intentatum reliqui, sed omni studio elaboravi. v. Lobeck. ad Aiac. p. 295. — Mox de constructione verborum: *ἀπολείπων — οὐ χαλεπῶς φέρω*, v. Matth. §. 551.

καί τι ἠνυσάμην] aliquid *mihi* profecerim, et in meam utilitatem comparaverim. Id enim verbo medio significatur quod eodem modo positum Aristoph. Plut. v. 196. *κἂν ταῦτ' ἀνύσηται* (sibi paraverit), *τετταράκοντα βούλεται.* Aeschyl. Prom. 706. *τὴν πρίν γε χρείαν ἠνύσασθ' ἐμοῦ πάρα κούφως.* Soph. Trachin. 996. *οἷαν ἀνθ' οἵων θυοιῶν ἐπί μοι μελέῳ χάριν ἠνύσω.* Theocrit. V. extr. *ὅττι πόκ' ἤδη ἀνυσάμαν τὸν ἀμνόν.* Id. XVIII. 16. *ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοι — ὡς ἀνύσαιο.* Pluralem *ἠνύσαμεν* qui defenderunt Astius, Bernhardy Syntax. p. 416. C. Fr. Hermannus: Abhandlungen u. Beiträge etc. p. 72. ii voluerunt esse communicativum, atque personarum numerum crebro ita variari monuerunt. In quo tamen uno certe nomine falsi sunt. Nam quod statuerunt istam numerorum variationem etiam in binis membris copula connexis locum habere, eius loquendi consuetudinis nullum usquam investigari exemplum poterit. Ex quo consequens est, ut *ἠνυσάμην* unice verum putandum sit. Quod si quaerimus, cur male depravatum fuerit, causa rei in promtu est. Nam primum quidem scribis notius fuit activum *ἀνύτειν*, quum medium verbum usurpetur rarius. Quamquam illud nec a prosae orationis consuetudine alienum fuisse evincunt quae notarunt Toup Add. ad Theocr. p. 400. et Baehr. ad Plutarch. Alcib. p. 214. Deinde corruptionis opportunitatem dedit, quod conti-

ἢ ἐκεῖ. εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, ὅπερ ἄρτι ἔλεγον, οὐ πολλὴ ἂν ἀλογία εἴη, εἰ φοβοῖτο τὸν θάνατον ὁ τοιοῦτος;

Cap. XIII. *Πολλὴ μέντοι νὴ Δία, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν ἱκανόν σοι τεκμήριον, ἔφη, τοῦτο ἀνδρός, ὃν*

C. ἢ καὶ ἀμφότερα] καὶ e Vat. et Flor. d. a nobis unis additum.

Πάνυ γ', ἔφη, ἔχει] γ' insertum e Vat. Vind. Φ. Ambr. Ven. II. c. d.

Cap. XIII. *Οὐκοῦν ἱκανόν σοι τ. — τοῦτο ἀνδρός —*] Verissime Heindorf. τοῦτο explicari censet verbis sqq. ὃν ἂν ἴδῃς ἀγ. Nimirum etiam talibus in locis ὅς ἄν fere idem est, quod ἐάν τις, de qua re vide ad Euthyphron. p. 3. C. Itaque etiam sic scribi poterat: οὐκοῦν ἱκανόν σοι τεκμήριον τοῦτο, ὅτι οὐχ ἅρ' ἦν φιλόσοφος, ἐάν τινα ἴδῃς ἀγ. μ. ἀπ. Pertinent huc praeter ea, quae collegit Heindorfius ad Sophist. p. 388., Legg. II. p. 653. Λ. εὐτυχές, ὅτῳ καὶ πρὸς τὸ γῆρας παρεγένετο. Herodot. I. 136. ἀνδραγαθίη δ' αὕτη ἀποδέδεκται μετὰ τὸ μάχεσθαι εἶναι ἀγαθόν, ὃς ἂν πολλοὺς ἀποδέξῃ παῖδας, h. e. ἐάν τις π. ἀπ. π. Xenoph. Hellen. II. 3, 51. ἐγὼ — νομίζω προστάτου ἔργον εἶναι οἵου δεῖ, ὃς ἂν ὁρῶν τοὺς φίλους ἐξαπατωμένους· μὴ ἐπιτρέπῃ, h. e. ἐάν τις ὁρῶν τ. φ. κ. τ. λ., ut Weiskius frustra ὡς ἄν coniecerit. Xenoph. Anabas. II. 6, 6. ταῦτα οὐ φιλοπολέμου δοκεῖ ἀνδρὸς ἔργον εἶναι, ὅστις — αἱρεῖται πολεμεῖν, h. e. εἴ τις αἱρ. π. Thucyd. II. 62. καταφρόνησις δὲ (ἐγγίγνεται), ὃς ἂν καὶ γνώμῃ πιστεύῃ τῶν ἐναντίων προέχειν. Eurip. Phoeniss. 519. ἀνανδρία γὰρ τὸ πλέον ὅστις ἀπολίσας τοὔλασσον ἕλαβε. Iphig. T. 610. τὰ τῶν φίλων αἴσχιστον ὅστις καταβαλὼν εἰς ξυμφορὰς αὐτὸς σέσωσται. Aristoph. Thesmoph. v. 184. Plato Hipp. mai. p. 283. B. Theaet. p. 205. E. conf. Schaefer. ad Demosth. p. 566. 10. et 877. ed. Reisk. ad Poët. Gnom. p. 186. Matthiae Gr. §. 481. 2. Eodem modo Plautus Menaech. V. 6, 1. spectamen bono servo id est, qui rem herilem procurat. conf. ann. ad Hipp. mai. p. 283. B. Veram autem esse nostram explicationem huius loquendi formae talia evincunt: Eurip. Hecub. v. 306. ed. Pors. ἐν τῷδε γὰρ κάμνουσιν αἱ πολλαὶ πόλεις, ὅταν τις ἐσθλὸς καὶ πρόθυμος ὢν ἀνὴρ μηδὲν φέρηται τῶν κακιόνων πλέον. — Deinde notabis istud ἆρ' ἦν, quo Graeci sic utuntur, ut spem aut opinionem frustra susceptam significet. Ita iam parens literarum Graecarum Odyss. XVI. v. 418 sqq. Ἄντινο', ὕβριν ἔχων, κακομήχανε, καὶ δέ σέ φασιν ἐν δήμῳ Ἰθάκης μεθ' ὁμήλικας ἔμμεν' ἄριστον βουλῇ καὶ μύθοισι· σὺ δ' οὐκ ἄρα τοῖος ἔησθα. Aristoph. Pac. v. 677. ποῖός τις οὖν δοκεῖ τὰ πολεμικὰ ὁ Κλεώνυμος; Tryg. ψυχήν γ' ἄριστος, πλήν γ' ὅτι οὐκ ἦν ἄρ' οὐπέρ φησιν εἶναι τοῦ πατρός. Ibid. v. 817. οὐκ ἦν ἄρ' οὐδ' ἃ λέγουσι κατὰ τὸν ἀέρα. Sophocl. Philoct. v. 975. ὅδ' ἦν ἄρα ὁ ξυλλαβών με. Sed ingentem numerum lo-

ἂν ἴδῃς ἀγανακτοῦντα μέλλοντα ἀποθανεῖσθαι, ὅτι οὐκ ἄρ' ἦν φιλόσοφος, ἀλλά τις φιλοσώματος; ὁ αὐτὸς δέ που οὗτος τυγχάνει ὢν καὶ φιλοχρήματος C καὶ φιλότιμος, ἤτοι τὰ ἕτερα τούτων ἢ καὶ ἀμφότερα. Πάνυ γ', ἔφη, ἔχει οὕτως, ὡς λέγεις. Ἆρ' οὖν, ἔφη, ὦ Σιμμία, οὐ καὶ ἡ ὀνομαζομένη ἀνδρεία

ὀνομαζομένη ἀνδρεία] Ven. AΞ. Par. CHI. Flor. a. c. c. d. i. m. Zitt. cum Bass. et Ald. ἀνδρία, quod et hic et postea plausum tulit Bekkeri et Turicenss. Nos cur constanter ἀνδρεία scripserimus, alibi satis videmur exposuisse.

corum, in quibus ἆρ' ἦν ita positum est, dudum collegerunt Heindorf. ad h. l. et Schaeferus ad Sophocl. Oed. Col. v. 1697. ad Apollon. Rhod. II. p. 161., quibus accedant quae nuper in editione Phaedonis Wyttenbachii Lipsiensi notata sunt p. 171.

C. ἤτοι τὰ ἕτερα τούτων ἢ καὶ ἀμφότερα] De hac constructione dictum est ad Apolog. Socrat. p 22. D.

Ἆρ' οὖ — καὶ ἡ ὀνομαζομένη ἀνδρεία] Tria potissimum distinxit Plato virtutis genera. Praestantissimum enim illius genus philosophus duxit illud, quod duce et magistra ratione coleretur et ex veritatis scientia atque cognitione tamquam sponte efflorescceret. Quam quidem virtutem unis philosophis voluit esse propriam, utpote in veritatis indagatione atque contemplatione studiosissime versantibus. Quorsum spectant maxime etiam ea, quae hic de philosophorum virtute disseruntur; spectant item illa, quae Theaet. p. 173. C sqq. p. 176. B. sqq. disputantur, ubi praeclara sapientis imago proponitur in huius virtutis studio, quod ad τὴν ὁμοίωσιν τῷ θεῷ perducit, unice occupati. v. etiam De Rep. V. p. 473. B. sqq. VI. p 484 sqq. Huic vero praestantissimae virtutis generi tamquam e regione posuit alterum, quod disciplina acquireretur atque adsuetudine potissimum et obedientia bonis legibus et institutis praestita contineretur. Quam virtutem dixit δημοτικὴν καὶ πολιτικὴν, popularem et civilem. Eam autem censuit a scientiae et cognitionis laude aliquanto esse remotiorem, utpote in uno usu maxime positam, adeoque coniunctam esse et posse et solere cum illiberali et inhonesto commodorum et utilitatum studio, mendacem ac fraudulentam verae germanaeque virtutis imitatricem. Id quod Socrates h. l. docet. Quamobrem nec dubitavit eos, qui illi uni dediti essent, τῶν φαύλων generi adscribere infra p. 87. D et p. 82. A. sq. coll. p. 69. B., ubi iis ἀρετῆς σκιαγραφία tribuitur. Quamquam hoc virtutis genus neutiquam negligendum aut contemnendum censuit. Cui etsi per se spectato facile intellexit decsse firmitatem illam et constantiam, quae ab exploratae veritatis scientia et interiore mentis animique persuasione proficisceretur, tamen, quoniam vulgus vix altius educi posset, hanc ei laudem tribuendam statuit, ut ad publicam pariter atque privatam salutem plane necessarium esse plurimumque ad eam valere existimandum esset. Quocirca eos omnes in

τοῖς οὕτω διακειμένοις μάλιστα προσήκει; Πάντως δήπου, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ ἡ σωφροσύνη, ἣν καὶ οἱ πολλοὶ ὀνομάζουσι σωφροσύνην, τὸ περὶ τὰς ἐπιθυμίας μὴ ἐπτοῆσθαι, ἀλλ' ὀλιγώρως ἔχειν καὶ κοσμίως,

D. *Εἰ γὰρ ἐθέλεις*] V. *ἐθελήσεις*, quod e Coisl. Tub. Par. CHI. Aug. Flor. a. b. c. d. i. m. et pr. Ven. *Π.* mutatum. Turicenses tamen servarunt vulgatum. v. ann.

magno honore habendos esse ac praeclare de communi salute mereri iudicavit, qui civitates bonis legibus temperarent eaque ratione homines ad morum honestatem et officiorum sanctitatem colendam perducerent. De qua re v. Symp. p. 209. A. D. Reip. VI. p. 500. D. VII. p. 518. D. Atque hanc ob caussam etiam ipse, quum olim finxisset eam rempublicam, in qua nullus legibus locus esset et perfectorum sapientium ratio tamquam *νόμος ἔμψυχος* (De Rep. IV. p. 423. D. sqq. Politic. p. 294. A.) unice valeret, postea faciendum statuit, ut opus Legum componeret, in quo optimae leges proponerentur, quae essent mentis rationisque tamquam vicariae, ideoque ad iuvandam stabiliendamque communem omnium civium salutem saluberrimae. v. Legg. IV. p. 713. E. 715. B. XII. p. 957. Sed haec de virtute civili et populari. Tertium praeterea virtutis genus Plato quasi fortuitum esse voluit, quippe quod contineretur naturae et ingenii quadam felicitate, quae quid verum, bonum atque utile esset, mira facilitate et celeritate reperiret, ideoque illud tribuit *θείᾳ τινὶ μοίρᾳ*. Nititur igitur illud maxime recte opinandi feliciterque divinandi facultate, quam *εὐδοξίαν* vocat, (v. Menon. p. 96. D. — 100. D.) habetque rectam opinionem (*δόξαν ὀρθήν*) sociam et adiutricem. Quod quidem virtutis genus etsi philosophus propterea, quod una opinione nititur longiusque distat a philosophorum virtute, quae a scientia et cognitione (*ἐπιστήμῃ*) proficiscitur, subinde urbane cavillatur, ridens videlicet viros civiles, aliosque id genus homines, tali virtute fastuose superbientes, sicuti fit Men. p. 99. C. D. E. 89. B. Apol. p. 21. C. Politic. p. 297. B. sqq., tamen ne illud quidem sua laude carere arbitratur. Nimirum similem esse vult huius virtutis rationem atque rectae opinionis. Opiniones enim (*δόξας*) etsi ad scientiae firmitatem et constantiam comparatas parvi sane aestimavit, ita ut non dubitaverit De Rep. VI. p. 506. C. Men. 97. C. D. eas coecas dicere et vel praestantissimas earum turpitudine affectas iudicare; tamen illas per se spectatas item iusta ponderavit lance, quandoquidem facile intellexit vitam humanam non una scientia, sed etiam opinione atque ingenii bonitate regi atque gubernari v. Phaedon. p. 85. C. ibique ann. Itaque nec tertium hoc genus virtutis, in singulari quadam recte opinandi facultate positum, per se spernendum sed in divinis beneficiis numerandum iudicavit, atque *θείαν φύσιν* subinde cum admiratione commemoravit, ut De Rep. II. p. 366. C. VI. p. 493. A. coll. p. 492. A. 499. B. Legg. I p. 642. C. ubi adeo Atheniensium laudes ita praedicat, ut *αὐτοφυῶς θείᾳ μοίρᾳ ἀγαθοὶ* extitisse dicantur. Sed

ἆρ' οὐ τούτοις μόνοις προσήκει, τοῖς μάλιστα τοῦ σώματος ὀλιγωροῦσί τε καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ ζῶσιν; Ἀνάγκη, ἔφη. Εἰ γὰρ ἐθέλεις, ἦ δ' ὅς, ἐννοῆσαι D τήν γε τῶν ἄλλων ἀνδρείαν τε καὶ σωφροσύνην, δόξει

τῶν ἄλλων ἀνδρείαν] Bodl. Tub. Flor. b. c. i. m. Iambl. cum Ald. et Bass. ἀνδρίαν.

haec de re ad Phaedonem recte intelligendum multipliciter utilissima. Ceterum aliter de virtutum gradibus statuisse Platonicos recentiores, disces ex iis, quae disserunt Fabricius ad Marini. Vit. Procl. p. XLI. sqq. ed. Boiss. Salmasius ad Simplic. in Epictet. p. 13 sqq. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 216. et Olympiodor. p. 36 sqq. ed. Finckh. etc. p. 88 sq. ibid. Propius ad Platonis rationem accesserunt Stoici, qui officium voluerunt esse vel perfectum (κατόρθωμα), quod Cicero rectum interpretatur, vel commune sive medium (προσῆκον). Nam officia media s. communia teste Cicerone De Offic. III. 4. censuerunt esse quasi secunda honesta, non sapientum modo propria, sed cum omni hominum genere communia. v. etiam De Fin. III. 17. Recta autem sive perfecta officia secundum eorum sententiam non alia sunt quam quae cadunt in unum sapientem. conf. etiam Cic. Offic. I. 3. Latuit tamen, opinor, haec doctrinae Stoicae cum Platonica cognatio adhuc viros doctos, digna illa, quae aliquando animadvertatur diligentius. Omnino dignum est animadvertere, Stoicos in multis ex Platonis ratione profecisse.

τοῖς οὕτω διακειμένοις] videl. iis, qui student animum seiungere a corpore atque sperant se sapientiam esse assecuturos, ubi venerint ad inferos.

οἱ πολλοί] vulgus, h. e. ii, qui non possunt in numero verorum philosophorum haberi. Mox vocantur οἱ ἄλλοι. — De verbo πτοεῖσθαι, summa cupiditate ad aliquid ferri, maximo desiderio alicuius rei teneri, v. Gataker. ad Antonin. IV. 195. Ernestius ad Callimach. h. in Dian. v. 191. Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. Prom. v. 881. et de simili usu verbi Lat. trepidare interpp. ad Liv. XXVII. 1, 8. — ἐν φιλοσοφίᾳ ζῆν, versari in sapientiae studio, ut διάγειν ἐν φιλοσοφίᾳ. Theaet. p. 174. A.

D. εἰ γὰρ ἐθέλεις — δόξει σοι] Ne cui haec structurae ratio molesta sit; alia eius exempla adscripsit Heindorf., quibus addimus haec: Herodot. II. 15. εἰ βουλόμεθα γνώμῃσι τῇσι Ἰώνων χρᾶσθαι —, ἀποδεικνύοιμεν ἄν κ. τ. λ. ubi Benedictus coni. βουλοίμεθα, probante Schweighaeusero. Platon. Sympos. p. 208. C. εἰ ἐθέλεις εἰς τὴν φιλοτιμίαν βλέψαι, θαυμάζοις ἄν κ. τ. λ. Alcibiad. I. p. 122. C. εἰ ἐθέλεις τοὺς Λακεδαιμονίων πλουτουῖδεῖν, γνώσει ὅτι κ. τ. λ. Protagor. p. 324. A. Itaque recte ab Heindorfio repudiatum est vulg. ἐθελήσεις.

τήν γε τῶν ἄλλων ἀνδρείαν] „Has simulatas et ve-

σοι εἶναι ἄτοπος. Πῶς δή, ὦ Σώκρατες; Οἶσθα, ἢ δ' ὅς, ὅτι τὸν θάνατον ἡγοῦνται πάντες οἱ ἄλλοι τῶν μεγάλων κακῶν εἶναι; Καὶ μάλα, ἔφη. Οὐκοῦν φόβῳ μειζόνων κακῶν ὑπομένουσιν αὐτῶν οἱ ἀνδρεῖοι τὸν θάνατον, ὅταν ὑπομένωσιν; Ἔστι ταῦτα. Τῷ δεδιέναι ἄρα καὶ δέει ἀνδρεῖοί εἰσι πάντες πλὴν οἱ φιλόσοφοι. καίτοι ἄτοπόν γε δέει τινὰ καὶ δειλίᾳ
E ἀνδρεῖον εἶναι. Πάνυ μὲν οὖν. Τί δέ; οἱ κόσμιοι αὐτῶν οὐ ταὐτὸν τοῦτο πεπόνθασιν; ἀκολασίᾳ τινὶ σώφρονές εἰσι; καίτοι φαμέν γέ που ἀδύνατον εἶναι· ἀλλ' ὅμως αὐτοῖς συμβαίνει τούτῳ ὅμοιον εἶναι τὸ πάθος τὸ περὶ ταύτην τὴν εὐήθη σωφροσύνην· φοβούμενοι γὰρ ἑτέρων ἡδονῶν στερηθῆναι καὶ ἐπιθυ-

μεγάλων κακῶν] V. μεγίστων, invitis Bodl. Ven. *II.* Par. A. Tub. Stobaeo et Iambl. In Bodl. et Par. μεγίστων marginibus adscriptum.

καὶ δειλίᾳ] Sic Bodl. Coisl. Vat. Aug. Flor. d. i. Vind. *Φ.* Par. G. Ambr. Vett. editt. ἢ δειλίᾳ.

E. ὅμοιον εἶναι τὸ πάθος] εἶναι om. a pr. m. Bodl. Ven. *II.*

rarum virtutum imitatrices virtutes postea exagitavit Epicurus, cuius de hoc argumento doctrinam a Cicerone expositam De Fin. I., 10. 14. 15. II., 14. 15. comparare operae pretium." Wyttenbach.

ὅταν ὑπομένωσιν] Euthyphron. p. 7. D. οὐ δυνάμενοι ἐπὶ ἱκανὴν κρίσιν αὐτῶν ἐλθεῖν ἐχθροὶ ἀλλήλοις γιγνόμεθα, ὅταν γιγνώμεθα. Phileb. p. 31. B. δεῖ δὴ τὸ μετὰ τοῦτο ἐν ᾧ τέ ἐστιν ἑκάτερον αὐτοῖν καὶ διὰ τί πάθος γίγνεσθον, ὁπόταν γίγνησθον, ἰδεῖν ἡμᾶς, ubi vide quae alia collegimus huius usus exempla.

E. Τί δέ, οἱ κόσμιοι —] Κόσμιοι et σώφρονες hoc loco sunt fere synonyma. v. Perizon. ad Aelian. V. H. XIV. 7. — Ante ἀκολασίᾳ Turnebus et Stephanus καὶ inserendum putarunt. Perperam. Illustravimus hanc loquendi rationem ad Apolog. Socrat. c. VII. — De proximis, καίτοι φαμέν γέ που — ἀλλ' ὅμως, compares Euthyphr. p. 3. C. καίτοι οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἀληθὲς εἴρηκα ὧν προεῖπον· ἀλλ' ὅμως φθονοῦσιν ἡμῖν πᾶσι τοῖς τοιούτοις. Parmenid. p. 128. C. καίτοι ὥςπερ γε αἱ Λάκαιναι σκύλακες εὖ μεταθεῖς τε καὶ ἰχνεύεις τὰ λεχθέντα· ἀλλὰ πρῶτον μέν σε τοῦτο λανθάνει κ. τ. λ. Demosthen. in Mid. p. 41. ed. Buttm. καίτοι φασὶν Ἰφικράτην — ἐλθεῖν εἰς ἔχθραν· ἀλλ' ὅμως πολλοὺς μὲν ἔχων φίλους —, πολλὰ δὲ χρήματα — οὐκ ἐβάδιζεν ἐπὶ τὰς τῶν χρυσοχόων οἰκίας. Ceterum haec brevitate dicta sunt, quum potuerint etiam sic enuntiari: ἀλλ' ὅμως τὸ πάθος τὸ περὶ ταύτην τὴν εὐήθη σωφροσύνην, ὃ αὐτοῖς συμβαίνει, τούτῳ ὅμοιόν ἐστιν.

μοῦντες ἐκείνων, ἄλλων ἀπέχονται ὑπ' ἄλλων κρατούμενοι. καίτοι καλοῦσί γε ἀκολασίαν τὸ ὑπὸ τῶν 69
ἡδονῶν ἄρχεσθαι· ἀλλ' ὅμως ξυμβαίνει αὐτοῖς κρατουμένοις ὑφ' ἡδονῶν κρατεῖν ἄλλων ἡδονῶν. τοῦτο δ' ὅμοιόν ἐστιν ᾧ νῦν δὴ ἐλέγετο, τῷ τρόπον τινὰ δι' ἀκολασίαν αὐτοὺς σεσωφρονίσθαι. Ἔοικε γάρ. Ω μακάριε Σιμμία, μὴ γὰρ οὐχ αὕτη ᾖ ἡ ὀρθὴ πρὸς ἀρετὴν ἀλλαγή, ἡδονὰς πρὸς ἡδονὰς καὶ λύπας πρὸς λύπας καὶ φόβον πρὸς φόβον καταλλάττεσθαι, καὶ μείζω πρὸς ἐλάττω, ὥςπερ νομίσματα, ἀλλ' ᾖ ἐκεῖνο μόνον τὸ νόμισμα ὀρθόν, ἀνθ' οὗ δεῖ ἅπαντα ταῦτα καταλλάττεσθαι, φρόνησις, καὶ τούτου μὲν πάντα καὶ Β
μετὰ τούτου ὠνούμενά τε καὶ πιπρασκόμενα τῷ ὄντι

P. 69. μὴ γὰρ οὐχ αὕτη ᾖ] γὰρ additum e Bodl. Tub. Ven. *II.* Vind. *Φ.* Par. G. Ambr. Flor. d.

πρὸς ἀρετὴν ἀλλαγή] Voc. ἀλλαγὴ additum e Vat. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Par. C. Ambr. Flor. a. b. d. m. Dein Bodl. Tub. ἀλλὰ ἡδονὰς πρὸς ἡδονάς. Sed v. ad p. 70. C.

ἅπαντα ταῦτα] Sic Bodl. Ven. *Π* Tub. Vett. editt. πάντα ταῦτα.

P. 69. μὴ γὰρ οὐχ αὕτη —] Particula γὰρ refertur ad sententiam ex orationis serie eruendam. Possis intelligere: Noli hanc sentiendi agendique rationem probare: vide enim, ne haec non sit recta ad virtutem quod attinet permutatio, ut voluptates cum voluptatibus — commutemus. v. Lambertus Bos. Elips. p. 809 sqq. ed. Schaefer. Wyttenbachius, quum res non viam virtutis, sed virtutem ipsam requirere videretur, pro vet. lect. ἡ ὀρθὴ πρὸς ἀρετήν, ἡδονὰς πρ. ἡδ. scribendum censuit ἡ ὀρθὴ ἀρετή, ἡδονὰς πρὸς ἡδ. κ. τ. λ. Quod etiamsi accuratius dictum foret, ferri tamen vulgatum posset, si libri omnes illud constanter tuerentur. Nunc vero, quum multi codd. optimae notae post ἀρετὴν addant ἀλλαγή, quod ipsum etiam Iamblichus in libro suo habuit; non dubitavimus recipere, quod sententiae rationibus optime convenire, ab librariis autem multo facilius deleri quam addi potuisse videbatur. Ceterum verbi καταλλάττεσθαι usum exemplis illustravit Wyttenbach. ad h. l. De praepositione ἀντὶ cum huiusmodi verbis coniuncta v. Pierson. ad Moer. p. 155 sq. Ceterum ridetur, opinor, hoc loco sententia Aristippi Cyrenaici, multis tum, ut videtur, probata, quae virtutem referebat ad prudentiam quandam tranquille beateque vivendi, ideoque sapientem iubebat quam maxime sectari vitae suavitatem atque iucunditatem. v. Protag. p. 354 .C. 356. B. Phlleb. p. 53. C. 54. D. ibique ann.

B. ὠνούμενά τε καὶ πιπρασκόμενα τ. ὄ. ᾖ] h. e.

ἢ, καὶ ἀνδρεία καὶ σωφροσύνη καὶ δικαιοσύνη, καὶ ξυλλήβδην ἀληθὴς ἀρετὴ ἢ μετὰ φρονήσεως, καὶ προσγιγνομένων καὶ ἀπογιγνομένων καὶ ἡδονῶν καὶ φόβων καὶ τῶν ἄλλων πάντων τῶν τοιούτων· χωριζόμενα δὲ φρονήσεως καὶ ἀλλαττόμενα ἀντὶ ἀλλήλων, μὴ σκιαγραφία τις ἢ ἡ τοιαύτη ἀρετὴ καὶ τῷ

B. *καὶ ἀνδρεία*] Bodl. Tub. Flor. a. b. c. d. i. m. Zittav. Ven. *Ξ Π.* cum Ald. Bass. *ἀνδρία.*

ἀρετὴ ἢ μετὰ φρονήσεως] Vulgo ἢ abest. Tub. Ven. *Π.* Par. *ἀρετὴ ἡ μετὰ φρ.*, unde cum Heindorfio et Bekkero ἢ inseruimus.

οὐδ' ἀληθὲς ἔχουσα] Sic dedi e Vat. Vind. *Φ.* Par. G. Ambr. Flor. d. et marg. Ven. *Π.* Editt. omnes ἔχῃ.

et vereor, ne quae hoc numismate emuntur venduntur que, ea demum re vera sint etc. In his mirum accidit istud *ὠνούμενα* passive dictum. Vitium leni mutatione sustuleris, scribendo: *ἐωνημένα*, nisi malueris etiam *ὠνητά*, quod propter seq. *πιπρασκόμενα* in *ὠνούμενα* mutatum est. Heindorf., quum videret in cod. Aug. scriptum exstare *ὠνούμεθά τε καὶ πιπρασκόμεθα*, in eam suspicionem incidit, ut scribendum putaret: *καὶ μετὰ τούτου ἃ ὠνούμεθά τε καὶ πιπράσκομεν, τῷ ὄνιι ἦ.* Fortasse tamen nihil mutandum, quandoquidem Grammaticus in Bekkeri Anecdot. I. 95. e Lysia affert formam perfecti *ἐωνηκώς*, atque proximum *πιπρασκόμενα* paene efflagitat *ὠνούμενα*. Praeterea etiam imperfectum verbi tempus apud Xenoph. De re equestri VIII. 2. passive positum: *ὅτε μὲν γὰρ ἐωνεῖτο, πειρᾶσθαι ἐκελεύομεν, εἰ δύναιτο ὁ ἵππος ταῦτα ποιεῖν.* — Quae deinde nominantur quatuor virtutis formae: prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia, eas philosophus memorat item De Republ. IV. p. 428 sqq. p. 433. ss. p. 441. E. sqq. VI. p. 487. B. p. 604. B. Legg. III. p. 688. p. 963. B. al. Nimirum ducta est haec divisio virtutum ex Pythagoreorum doctrina, ut apparet ex fragmentis ap. Stobaeum Florileg. I. c. g. Theagis p. 8 — 12. Metopi p. 7. Cliniae p. 8. Indidem sumsit Aristoteles, dissentiens tamen a Platonis ratione, quam postea Stoici vindicarunt. v. Wyttenbach. ad h. l. et Carol. Beier. ad Cic. Offic. I. 5, 15. Excurs. In dialogis quibusdam quod Plato etiam quintam virtutem memorat primariam, pietatem, de eo v. Prolegg. ad Protagor. p. 32 sq. ed. 2.

καὶ προσγ. καὶ ἀπογ.] h. e. sive adsint sive absint.

χωριζόμενα δὲ φρονήσεως —] Refer ad *ἡδονάς, φόβους* et *τἆλλα πάντα*, ut sententia haec sit: disiuncta autem haec a sapientia et invicem commutata vide ne nihil sint nisi adumbratio quaedam virtutis. Plutarchus adv. Epicur. p. 1091. D. *Πλάτων — ἀπηγόρευε τὰς λυπῶν καὶ πόνων ἀπαλλαγὰς ἡδονὰς μὴ νομίζειν, ἀλλ' οἷόν τινα σκιαγραφίαν ἢ μίξιν οἰκείου καὶ ἀλλοτρίου, καθάπερ λευκοῦ καὶ μέλανος.* — Deinde *οὐδ' ἀληθὲς ἔχουσα* quod ex codd.

ὄντι ἀνδραποδώδης τε καὶ οὐδὲν ὑγιές, οὐδ' ἀληθὲς ἔχουσα, τὸ δ' ἀληθὲς τῷ ὄντι ᾖ κάθαρσίς τις C
τῶν τοιούτων πάντων, καὶ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία καὶ αὐτὴ ἡ φρόνησις μὴ καθαρμός τις ᾖ. καὶ κινδυνεύουσι καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν οὗτοι καταστήσαντες οὐ φαῦλοί τινες εἶναι,

C. *τῷ ὄντι ᾖ κάθαρσις*] *κάθαρσις ᾖ* Vat. Vind. *Φ.* Flor. d. Par. G. Ambr. et corr. Bodl.

αὐτὴ ἡ φρόνησις] V. *αὕτη.* Mutatum e Bodl. Coisl. Ven. *ΔΠ.* Vind. *Φ.* Par. CG. Ambr. Flor. b. m. aliis.

καὶ κινδυνεύουσι] Hoc firmant Vat. Par. G. Flor. d. i. et pr. Ven. *Π.* qui habet *κινδυνεύσουσι.* Olim *κινδυνεύωσι* legebatur.

melioribus recepimus, tum vocula *τε* suadebat, tum loquendi consuetudini minime adversari videbatur. v. quae infra ad p. 100. D. annotavimus.

τὸ δ' ἀληθὲς τῷ ὄντι] Haec posita esse *ἐκ παραλλήλου* putant. v. p. 66. C. Sed recte Schleiermacherus vertit: das Wahre aber Reinigung von dergleichen allen ist, und Besonnenheit und Gerechtigkeit und Tapferkeit selbst Reinigungen sind. Nam *τὸ ἀληθὲς* opponitur *τῇ σκιαγραφίᾳ.*

C. *τῶν τοιούτων πάντων*] Intell. *ἡδονῶν, φόβων κ. τ. λ.*

μὴ καθαρμός τις ᾖ] Narrat Theo Smyrnaeus Mathem. p. 18. ed. Paris. a. 1614. quinque fuisse gradus *μυήσεως*, quorum primus fuerit *καθαρμός*, secundus *ἡ τῆς τελετῆς παράδοσις*, tertius *ἐποπτεία*, quartus *ἀνάδεσις καὶ στεμμάτων ἐπίθεσις*, quintus *τὸ θεοφιλὲς καὶ θεοῖς συνδιαιτος εὐδαιμονία.* v. Bullialdus ad l. c. Apulei. Metamorph. lib. XI. Meursii Eleusin. c. VII sq. Creuzerus Symbol. IV. p. 500 sq. Quae si vera sunt, facile intelligitur, quorsum referenda sint, quae deinde sequuntur, *ἐκεῖσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν οἰκήσει.* Cf. p. 81. A. *ὡς ἀληθῶς τὸν λοιπὸν χρόνον μετὰ θεῶν διάγουσα.* Neque omnino universi loci sententia obscura est. Docet enim philosophus veram sapientiam ac virtutem unam esse, quae animum a vitiis purgatum participem facere queat futurae post mortem felicitatis. Id vero significasse ait iam priscos mysteriorum conditores, quippe qui prodiderint, eos, qui non initiati in Orcum venerint, coactos fore, ut in coeno iaceant. Scilicet initiationem philosophus vult esse animi a corporis labe purgationem. Quod convenit sane cum iis, quae Theo de primo gradu memoriae prodidit. Sed de gradibus mysteriorum v. quae disseruit Lobeck. Aglaopham. T. I. p 38 sqq. qui Theonem de privatis loqui censet mysteriis, non de Eleusiniis.

καὶ κινδυνεύουσι — οὗτοι καταστήσαντες] In his *οὗτοι* est noti illi, celebrati illi, ut Legg. III. p. 677. A. IV. p. 705. E. VII. p. 790. E. Menon. p. 80. A. *καὶ δοκεῖς μοι παντελῶς — ὁμοιότατος εἶναι τό τε εἶδος καὶ τἆλλα ταύτῃ τῇ πλατείᾳ πάρχῃ τῇ θαλαττίᾳ.* Xenoph. Anab. I. 5, 8. *ἔχοντες τούτους τε τοὺς πολυτελεῖς*

ἀλλὰ τῷ ὄντι πάλαι αἰνίττεσθαι, ὅτι, ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς Ἅιδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται, ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος ἐκεῖσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν οἰκήσει. εἰσὶ γὰρ δή, φασὶν οἱ περὶ τὰς τελετάς, ναρθηκοφόροι μὲν πολλοί, βάκ-
D *χοι δέ τε παῦροι· οὗτοι δ' εἰσὶ κατὰ τὴν ἐμὴν δό-*

βάκχοι δέ τε παῦροι] Unus Ambr. *παῦροι δέ τε βάκχοι.* Vulgo *δέ γε.* praeter librorum fidem.

D. *ὧν δὴ καὶ ἔγωγε*] *ἐγὼ* Bodl. Ven. *II.* Flor. d. quod cum Bekkero Turicc. dederunt. Voculam *γε* post *κατὰ* e Bodl. Vat. Tub. Ven. *II.* Vind. *Φ.* Par. G. Ambr. Flor. d. inseruimus.

χιτῶνας καὶ τὰς ποικίλας ἀναξυρίδας, ubi v. Zeunius. Aristophanes Rann. 429., ubi schol. *ὧν πάντες ἴσασι δηλονότι.* Ibid. 720. Cf. Lexic. Xenophont. III. d. 366. Pro *καταστήσαντες* Matthiae ad Hom. Hymn. in Cerer. 473. p. 419. *καταδείξαντες* coniiciebat. Sed vulgatam tuitus est Schaefer. ibid. Praefat. p. VII. Eurip. Bacch. 22. *καὶ καταστήσας ἐμὰς τελετάς.* Pausan. XIII. 31. *καταστήσασθαι — τὴν τελετήν.* conf. Pierson. Verisim. p. 123.

ἀλλὰ τῷ ὄντι π. αἰν., ὅτι —] Narrat Olympiodorus ista: *ἐν βορβορῳ κείσεσθαι τοὺς ἀμυήτους*, sumta esse ex formula carminis mystici, cuius auctor habebatur Orpheus. v. Fragment. Orph. p. 509. Herm. Hymn. in Cerer. 485. *ὄλβιος, ὅς τάδ' ὄπωπεν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων· ὃς δ' ἀτελὴς ἱερῶν, ὅς τ' ἄμμορος, οὔποθ' ὁμοίων αἶσαν ἔχει, φθίμενός περ ὑπὸ ζόφῳ εὐρώεντι.* Plato de Rep. II. p. 363. D. *Μουσαῖος - καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ — τοὺς ἀνοσίους καὶ ἀδίκους εἰς πηλόν τινα κατορύττουσιν ἐν Ἅιδου*, ubi quae deinceps sequuntur, digna sunt quae cum hoc loco conferantur. Plotin. Ennead. I. 6. p. 55. A *αἱ τελεταὶ ὀρθῶς αἰνίττονται τὸν μὴ κεκαθαρμένον εἰς* (leg. *ἐν*) *Ἅιδου κείσεσθαι ἐν βορβόρῳ, ὅτι τὸ μὴ καθαρὸν βορβόρῳ διὰ κακίαν φίλον.* Plura dabunt Meursius Eleusin. c. XVIII. Isaacus Casaubon. Exercitt. Baron. p. 390 sqq. Valcken. ad Eurip. Hippolyt. 25. Wyttenbach. ad Plutarchi Moral. T. I. p. 222 = p. 161. ed. Lips. et in commentar. ad h. l.

εἰσὶ γὰρ δή, φ. οἱ π. τ. τ.] Olympiodorus: *παρῳδεῖ ἔπος Ὀρφικὸν τὸ λέγον, ὅτι, ὅστις δ' ἡμῶν ἀτέλεστος, ὥσπερ ἐν βορβόρῳ κείσεται· τελετὴ γάρ ἐστιν ἡ τῶν ἀρετῶν βακχεία· καί φησιν· πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι· ναρθηκοφόρους, οὐ μὴν βάκχους τοὺς πολιτικοὺς καλῶν, ναρθηκοφόρους δὲ βάκχους τοὺς καθαρτικούς.* Enimvero *βάκχοι* nominati sunt sacerdotes et ministri orgiorum. Schol. ad Aristoph. Equit. 406. *βάκχον οὐ τὸν Διόνυσον ἐκάλουν μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς τελοῦντας τὰ ὄργια βάκχους ἐκάλουν*, quem locum laudavit Forsterus. Cicero de Legg. II. 14. quid ergo aget Iacchus Eumolpidaeque vestri et augusta illa mysteria, si quidem sacra nocturna tollimus? ubi Turnebus Iacchum intelligi censet extremam initiationis partem. Praeterea consulendus Lobeck. Aglaopham. p. 806 sqq. et p. 813. — *νάρθηξ* est fe-

ξαν οὐκ ἄλλοι ἢ οἱ πεφιλοσοφηκότες ὀρθῶς. ὧν δὴ καὶ ἔγωγε κατά γε τὸ δυνατὸν οὐδὲν ἀπέλιπον ἐν τῷ βίῳ ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ προὐθυμήθην γενέσθαι. εἰ δὲ ὀρθῶς προὐθυμήθην καί τι ἠνυσάμην, ἐκεῖσε ἐλθόντες τὸ σαφὲς εἰσόμεθα, ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ, ὀλίγον ὕστερον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ.

Repetitio vocis videtur effecisse, ut grammatici eam alterutro loco delerent.

ὀρθῶς προὐθυμήθην] V. *προὐθυμούμην*, praeter fidem codicum.

καί τι ἠνυσάμην] Sic unus August. Vett. editt et reliqui codd. *ἠνύσαμεν*, quod primus sprevit Heindorf.

rula in orgiis gestari solita. vid. Fischer. Indic. ad Palaephat. s. v. et Barnes ad Euripid. Bacch. 145 sqq., quo loco poeta *ναρθηκοφόρους* ita describit: *ὁ Βακχεὺς δ' ἔχων πυροώδη φλόγα πεύκας ἐκ νάρθηκος ἀΐσσει, δρόμῳ καὶ χοροῖς ἐρεθίζων πλανάτας, ἰαχαῖς τ' ἀναπάλλων, τρυφερὸν πλόκαμον εἰς αἰθέρα ῥίπτων. τ. τ. λ.* Ceterum loci sententiam recte ita declaravit Fischerus: multi prae se ferunt amorem et studium philosophiae, sed pauci sunt vere philosophi.

D. *ὧν δὴ καὶ ἔγωγε* —] Genitivus cohaeret cum verbo *γενέσθαι*, hoc sensu: in quorum societatem ut pervenirem, nihil intentatum reliqui, sed omni studio elaboravi. v. Lobeck. ad Aiac. p. 295. — Mox de constructione verborum: *ἀπολείπων — οὐ χαλεπῶς φέρω*, v. Matth. §. 551.

καί τι ἠνυσάμην] aliquid *mihi* profecerim, et in meam utilitatem comparaverim. Id enim verbo medio significatur quod eodem modo positum Aristoph. Plut. v. 196. *κἂν ταῦτ' ἀνύσηται* (sibi paraverit), *τετταράκοντα βούλεται*. Aeschyl. Prom. 706. *τὴν πρίν γε χρείαν ἠνύσασθ' ἐμοῦ πάρα κούφως*. Soph. Trachin. 996. *οἵαν ἀνθ' οἵων θυοιῶν ἐπί μοι μελέῳ χάριν ἠνύσω*. Theocrit. V. extr. *ὅττι πόκ' ἤδη ἀνυσάμαν τὸν ἀμνόν*. Id. XVIII. 16. *ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοι — ὡς ἀνύσαιο*. Pluralem *ἠνύσαμεν* qui defenderunt Astius, Bernhardy Syntax. p. 416. C. Fr. Hermannus: Abhandlungen u. Beiträge etc. p. 72. ii voluerunt esse communicativum, atque personarum numerum crebro ita variari monuerunt. In quo tamen uno certe nomine falsi sunt. Nam quod statuerunt istam numerorum variationem etiam in binis membris copula connexis locum habere, eius loquendi consuetudinis nullum usquam investigari exemplum poterit. Ex quo consequens est, ut *ἠνυσάμην* unice verum putandum sit. Quod si quaerimus, cur male depravatum fuerit, caussa rei in promtu est. Nam primum quidem scribis notius fuit activum *ἀνύτειν*, quum medium verbum usurpetur rarius. Quamquam illud nec a prosae orationis consuetudine alienum fuisse evincunt quae notarunt Toup Add. ad Theocr. p. 400. et Baehr. ad Plutarch. Alcib. p. 214. Deinde corruptionis opportunitatem dedit, quod conti-

Ταῦτ' οὖν ἐγώ, ἔφη, ὦ Σιμμία τε καὶ Κέβης, ἀπολογοῦμαι, ὡς εἰκότως ὑμᾶς τε ἀπολείπων καὶ τοὺς ἐνθάδε δεσπότας οὐ χαλεπῶς φέρω οὐδ' ἀγανακτῶ,
E *ἡγούμενος κἀκεῖ οὐδὲν ἧττον ἢ ἐνθάδε δεσπόταις τε ἀγαθοῖς ἐντεύξεσθαι καὶ ἑταίροις· τοῖς δὲ πολλοῖς ἀπιστίαν παρέχει. εἴ τι οὖν ὑμῖν πιθανώτερός εἰμι ἐν τῇ ἀπολογίᾳ ἢ τοῖς Ἀθηναίων δικασταῖς, εὖ ἂν ἔχοι.*

Cap. XIV. *Εἰπόντος δὴ τοῦ Σωκράτους ταῦτα, ὑπολαβὼν ὁ Κέβης ἔφη· Ὦ Σώκρατες, τὰ μὲν ἄλλα ἔμοιγε δοκεῖ καλῶς λέγεσθαι, τὰ δὲ περὶ τῆς*
B. *καὶ μὴ ἀνακάμπτοι*] Ald. Steph. cum Par. E. *ἀνακάμπτῃ*. Dein Coisl. *εἰς τὸ ἕτερον*. Pro *μηδὲ καμπὴν ποιοῖτο* Coisl. Ven. *ΑΞ*. Par. HL. Aug. Flor. c. et pr. Vind. *Y*. Par. G. Flor. *μ. κ. ποιοῖ*.

recte, non temere dicere, c. XVIII. pro quo c. XX. dicitur *ὀρθῶς*. — Mox *ἀνταποδοῦναι* positum est intransitive, de quo usu v. Viger. p. 186. Nam sensus hic est: si res contrariae sibi non ita responderent, ut mutua esset earum origo; si generatio non nisi recta esset et simplex, ut mortis e vita, moriundo, non contra.

B. *καὶ μὴ ἀναν.* — *καμπὴν ποιοῖτο*] Demonstraturus Socrates contraria fieri ex contrariis, ut, si horum alterum gignat alterum, hoc iterum fiat principium alterius, eaque ratione disiuncta quasi in orbem redeant, non autem recta linea procedant, utitur verbis a cursoribus et aurigis desumtis. Dicitur autem *ἀνακάμπτειν* qui circa metam currum flectit; *καμπὴν ποιεῖσθαι* vero qui retro deinde stadium recurrit. Etenim exacta una stadii parte currus flectebantur circa metam (*καμπτῆρα*), quo altera conficeretur. Qualis cursus appellatus est *δρόμος ὁ ἐν καμπῇ*. Interdum vero decursa tantum una stadii parte currus retro vehebantur, qualis cursus dicebatur *δρόμος ἀκάμπτος*, *ἁπλοῦς*, vel etiam *εὐθύς*. v. Pollux On. III. 147. et Hesychius v. *ἀκαμπτόδρομοι*. De ipsa hac Platonis sententia conf. Aristot. De gener. et corrupt. Libr. I. 3. et II. c. 10. 11., ubi Stagirites eadem fere in hac caussa usus est argumentatione. Fuit autem omnino pervulgata apud veteres philosophos opinio, qua statuerunt, omnes res perpetuo tamquam in orbem revolvi; de quo v. Gataker. in Anton. p. 167. 301. al.

ποιοῖτο, οἶσθ' ὅτι πάντα τελευτῶντα τὸ αὐτὸ σχῆμα ἂν σχοίη καὶ τὸ αὐτὸ πάθος ἂν πάθοι καὶ παύσαιτο γιγνόμενα; Πῶς λέγεις; ἔφη. Οὐδὲν χαλεπόν, ἢ δ' ὅς, ἐννοῆσαι ὃ λέγω· ἀλλ' οἷον εἰ τὸ καταδαρθάνειν μὲν εἴη, τὸ δ' ἀνεγείρεσθαι μὴ ἀνταποδιδοίη γιγνόμενον ἐκ τοῦ καθεύδοντος, οἶσθ' ὅτι
C τελευτῶντα πάντ' ἂν λῆρον τὸν Ἐνδυμίωνα ἀποδείξειε καὶ οὐδαμοῦ ἂν φαίνοιτο διὰ τὸ καὶ τἆλλα πάντα ταὐτὸν ἐκείνῳ πεπονθέναι, καθεύδειν· κἂν εἰ ξυγκρίνοιτο μὲν πάντα, διακρίνοιτο δὲ μή, ταχὺ ἂν τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου γεγονὸς εἴη, ὁμοῦ πάντα χρήματα. ὡσαύτως δέ, ὦ φίλε Κέβης, καὶ εἰ ἀποθνήσκοι μὲν

τελευτῶντα πάντ' ἄν λ.] ἄν, quod in libris omnibus deest, cum Heindorfio et Bekkero addidi de coniectura Fischeri. Vulgatum nuper tueri conatus est Bernhardy Syntax. p. 409. Sed quem comparavit vir doctus locum Dinarchi contra Philocl. p. 110. extr. εἰδότες, ὅτι μετὰ μὲν δικαιοσύνης ῥᾳδίως ἀμυνούμεθα, — μετὰ δὲ δωροδοκίας — οὐδεμία πόλις σωθείη, is diversi est generis.

τελευτῶντα] tandem; vid. Matth. §. 558. De οἶσθ' ὅτι, h. e facile intelligis et sponte concedis, v. Sophist. p. 235. E. Phaedr. p. 73. D. Men. p. 85. D. 95. D. 96. A. Gorg. p. 486. A. De Rep III. p. 393. D. VI. p. 505. A X. p. 605. D. al.

πάντ' ἂν λῆρον τὸν Ἐνδυμίωνα ἀποδείξειε] Recte Stephanus: omnia tandem facerent, ut quae de Endymione dicuntur nugae esse viderentur. Enimvero tum non unus Endymion per longam annorum seriem dormivisse videretur, sed omnia, quae in hac rerum universitate reperiuntur, perpetuo premerentur somno. Dictionem copiose et eleganter illustravit Wyttenbach. ad h. l, cuius exemplis ex ipso Platone addas Sympos. c. 7. ἀποδεῖξαί τινα ἀλλότριον ὄντα. Phaedr. p. 278. C. τὰ γεγραμμένα φαῦλα ἀποδεῖξαι. Menex. p. 237. B. ἀποφηναμένη μετοικοῦντας. Sed idem vir doctus quod verba: καὶ οὐδαμοῦ ἂν φαίνοιτο, vertit: et (omnia) nusquam apparerent, in eo a recta via videtur declinasse, quandoquidem verbi φαίνοιτο subiectum non est πάντα, sed ὁ Ἐνδυμίων, ut bene monuit Heindorf, comparans ille Euthydem. p. 275. B. Nec profecto rara est repentina haec nominativi s. subiecti mutatio. vid. Gorg. p 510. B. Theaet. p. 148. A. Xenoph. Anabas. I. 4, 5. IV. 2, 19. Memorab. II. 2, 14. al. Formulae οὐδαμοῦ φαίνεσθαι, nullo loco numerari, nihili putari, pro nihilo haberi, haec testimonia habeto. Gorg. p. 456. C. οὐδαμοῦ ἂν φανῆναι τὸν ἰατρόν. Demosthen. de Coron. p. 328. ed. Reisk. ἐν οἷς οὐδαμοῦ σὺ φανήσει, οὐ πρῶτος, οὐ δεύτερος, οὐ τρίτος, οὐ τέταρτος, οὐ πέμπτος, οὐχ

πάντα, ὅσα τοῦ ζῆν μεταλάβοι, ἐπειδὴ δὲ ἀποθάνοι, μένοι ἐν τούτῳ τῷ σχήματι τὰ τεθνεῶτα καὶ μὴ πάλιν ἀναβιώσκοιτο, ἆρ' οὐ πολλὴ ἀνάγκη τελευτῶντα πάντα τεθνάναι καὶ μηδὲν ζῆν; εἰ γὰρ ἐκ μὲν τῶν ἄλλων τὰ ζῶντα γίγνοιτο, τὰ δὲ ζῶντα D
θνήσκοι, τίς μηχανὴ μὴ οὐχὶ πάντα καταναλωθῆναι εἰς τὸ τεθνάναι; Οὐδὲ μία μοι δοκεῖ, ἔφη ὁ Κέβης, ὦ Σώκρατες, ἀλλά μοι δοκεῖς παντάπασιν ἀληθῆ λέγειν. Ἔστι γάρ, ἔφη, ὦ Κέβης, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, παντὸς μᾶλλον οὕτω, καὶ ἡμεῖς αὐτὰ ταῦτα οὐκ ἐξαπατώμενοι ὁμολογοῦμεν, ἀλλ' ἔστι τῷ ὄντι καὶ τὸ ἀναβιώσκεσθαι καὶ ἐκ τῶν τεθνεώτων τοὺς

καὶ εἰ ἀποθνήσκοι] καὶ om. Bodl. Tub. et pr. *Π*

D. καὶ ἡμεῖς αὐτὰ ταῦτα] Sic Bodl. Ven. *Π*. Tub. Vett. editt. καὶ ἡμεῖς τὰ αὐτά.

ἔστι τῷ ὄντι καὶ τ.] Sic Cois!. Vat. Tub. Ven. *Π*. Vind *Φ*. Par. GH. Flor. d. Legebatur olim ἔστι καὶ τῷ ὄντι καὶ τ.

ἕκτος, οὐχ ὁποστοςοῦν. Id. de Fals. Legat. p. 376. οὐδαμοῦ γὰρ ἂν φανῆναι καθ' ἑαυτὸν ἐκεῖνον. Plura dabunt Wyttenbach. ad h. l. Bergler. ad Aristoph. Ecclesiaz. 144 — Denique de Endymione v. Cicer. Tusc. I. 38. ibique Davis. Schol. Apollon. Rhod. I. IV. v. 57.

C. ταὐτὸν ἐκείνῳ πεπονθέναι, καθεύδειν] Fallitur Dobraeus Adversar. T. I. p. 151. καθεύδειν delendum putans. Prorsus eodem modo p. 73. B. p. 74. A. p. 78. C. p. 68. E.

ταχὺ ἂν τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου γεγονὸς εἴη] Anaxagoras Clazomenius putavit omnes quondam res earumque elementa fuisse inter se confusa, sed deinde distincta et digesta a mente. De qua re librum scripserat, cuius hoc erat initium: ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν, τοῦς δὲ αὐτὰ διῆρε καὶ διεκόσμησε. Diog. Laert. II. 6. ibique Menag. Valcken. Diatr. in Eurip. Fragm. p. 40.

D. καταναλωθῆναι εἰς τὸ τεθνάναι] H. e. morte absumi. Quoniam autem τίς μηχανὴ idem est quod οὐδεμία μηχανή, recte μὴ οὐ dicitur, quod solet ita post negationem usurpari. v infra p. 88. A. B. Aeschyl. Prom. 628. Soph. Oed. Tyr. 13. 221. 283. 1065. Eurip. Troad. 792. al. — Deinde οὐδὲ μία noli dictum putare pro οὐδεμία: hoc enim simpliciter significat nulla; illud est ne una quidem, h. e. prorsus nulla. v. infra p. 100. C. et ann. ad Symp. p. 214. D.

καὶ τὸ ἀναβιώσκεσθαι] Articulum τὸ pertinere etiam ad seqq. γίγνεσθαι et εἶναι, vix est quod moneamus. De comparativis ἄμεινον et κάκιον v. ad Criton. c. XVI.

ζῶντας γίγνεσθαι καὶ τὰς τῶν τεθνεώτων ψυχὰς
E εἶναι, καὶ ταῖς μέν γ' ἀγαθαῖς ἄμεινον εἶναι, ταῖς
δὲ κακαῖς κάκιον.

Cap. XVIII. *Καὶ μήν, ἔφη ὁ Κέβης ὑπολαβών, καὶ κατ' ἐκεῖνόν γε τὸν λόγον, ὦ Σώκρατες, εἰ ἀληθής ἐστιν, ὃν σὺ εἴωθας θαμὰ λέγειν, ὅτι ἡμῖν ἡ μάθησις οὐκ ἄλλο τι ἢ ἀνάμνησις τυγχάνει οὖσα, καὶ κατὰ τοῦτον ἀνάγκη που ἡμᾶς ἐν προτέρῳ τινὶ χρόνῳ μεμαθηκέναι ἃ νῦν ἀναμιμνησκόμεθα. τοῦτο δὲ ἀδύνατον, εἰ μὴ ἦν που ἡμῶν ἡ ψυχή,*
73 *πρὶν ἐν τῷδε τῷ ἀνθρωπίνῳ εἶδει γενέσθαι· ὥστε καὶ ταύτῃ ἀθάνατόν τι ἔοικεν ἡ ψυχὴ εἶναι. Ἀλλ', ὦ Κέβης, ἔφη ὁ Σιμμίας ὑπολαβών, ποῖαι τούτων αἱ ἀποδείξεις; ὑπόμνησόν με· οὐ γὰρ σφόδρα ἐν τῷ*

ταῖς μέν γ' ἀγαθαῖς] γ' additum e Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Par. G. Ambr. Flor. d.

E. *καὶ κατὰ τοῦτον*] V. *τοῦτο*, quod e Bodl. Tub. Vat. Ven. *Ξ Π.* Vind. *Φ.* Ambr. Flor. d. emendatum.

P. 73. *ποῖαι τούτων αἱ ἀπ.*] *ποῖαι εἰσὶ τ.* Steph., quod e lectione Ald. *ποιῆσαι* et Bas. 1. 2. *ποῖαι σοι τ.* finxisse videtur.

Cap. XVIII. E. *Καὶ μήν, ἔφη ὁ Κ. —*] Cebes Socrati de iis, quae adhuc disputavit, prorsus assentiens aliam etiam affert rationem, qua illius sententia confirmari videatur. Quod enim ille docere solebat, omnem scientiam esse recordationem, et totum illud, quod discere homines vocare solerent, nil aliud esse nisi reminisci, id ei videtur esse eiusmodi, quo luculenter demonstrari possit animum in hoc corpus attulisse rerum notitias ideoque viguisse, priusquam homo nasceretur. Unde, si vera sunt quae de mutua rerum contrariarum origine disputarunt, sponte consequitur animum esse immortalem. Et huius quidem rationis Socrates deinceps accuratiorem instituit disputationem. De vita animorum superiore et ante vitam hanc terrestrem una cum diis peracta, unde idearum origo a Platone repetitur, v. Phaedrum p. 249. C sqq.

καὶ κατὰ τοῦτον ἀν.] Propter longiorem orationis intercapedinem iteratur quod paullo ante dixerat, *καὶ κατ' ἐκεῖνόν γε τὸν λόγον*, ut Menex. p. 237. D. et alibi. Itaque male vulgo *τοῦτο* scribebatur.

P. 73. *ὅτι ἐρωτώμενοι οἱ ἄνθρωποι —*] Res nota est ex Menone p. 81. B. sqq. Ciceron. Tuscul. I. 24., ad quem locum Davisius recensuit patres ecclesiasticos, qui hanc Platonis sententiam refutare studuerunt.

B. *Ἔπειτα ἴσμεν τις —*] Corruptum esse istud *Ἔπειτα* dubitari non potest. Neque enim novum aliquod argumentum additur, sed res antea paucis (*ἐν λόγῳ*) exposita exemplo aliquo illustratur. Quocirca haud scio

παρόντι μέμνημαι. Ἐνὶ μὲν λόγῳ, ἔφη ὁ Κέβης, καλλίστῳ, ὅτι ἐρωτώμενοι οἱ ἄνθρωποι, ἐάν τις καλῶς ἐρωτᾷ, αὐτοὶ λέγουσι πάντα ἢ ἔχει· καίτοι εἰ μὴ ἐτύγχανεν αὐτοῖς ἐπιστήμη ἐνοῦσα καὶ ὀρθὸς λόγος, οὐκ ἂν οἷοί τ' ἦσαν τοῦτο ποιήσειν. ἔπειτα ἐάν τις ἐπὶ τὰ διαγράμματα ἄγῃ ἢ ἄλλο τι τῶν B τοιούτων, ἐνταῦθα σαφέστατα κατηγορεῖ, ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει. Εἰ δὲ μὴ ταύτῃ γε, ἔφη, πείθει, ὦ Σιμμία, ὁ Σωκράτης, σκέψαι, ἐὰν τῇδέ πῃ σοι σκοπουμένῳ συνδόξῃ. ἀπιστεῖς γὰρ δή, πῶς ἡ καλουμένη μάθησις ἀνάμνησίς ἐστιν; Ἀπιστῶ μὲν ἔγωγε, ἢ δ' ὃς ὁ Σιμμίας, οὔ, αὐτὸ δὲ τοῦτο, ἔφη, δέομαι παθεῖν, περὶ οὗ ὁ λόγος, ἀναμνησθῆναι· καὶ σχεδόν γε ἐξ ὧν Κέβης ἐπεχείρησε λέγειν ἤδη μέμνη-

οἷοί τ' ἦσαν τοῦτο ποιήσειν] Hoc nunc primum e Bodl. Tub. Ven. *II.* restitui. Legebatur *ποιεῖν*. v. ann.

B. δέομαι παθεῖν] Libri *μαθεῖν*. v. ann. Schleiermacherus *παθεῖν s. μαθεῖν* delendum censet, in quo viro docto non possumus assentiri. *Δέομαι* ita positum tetigit Schaefer. ad Plutarch. T. V. p. 420.

an cum Heindorfio corrigendum sit *ἐπεί τοι*. In codd. tamen mss. nullum exstat melioris lectionis vestigium. Respici autem videtur ad Menonis locum p. 81 sqq. Ibi enim Socrates pusionem quendam geometrica quaedam de dimensione quadrati interrogat, ad quae sic ille respondet, ut puer: et tamen ita faciles interrogationes sunt, ut gradatim respondens eo perveniat, quo si geometrica didicisset. Ex quo effici vult Socrates, ut discere nihil aliud sit nisi recordari. Ceterum infinitivum futuri *ποιήσειν* ne mireris, conf. ad Remp. V. p. 459. C. et Lobeck. ad Phrynich. p. 748.

κατηγορεῖ] res ipsa ostendit, apparet. v. de hoc usu tertiae personae ad p. 93. B. Nisi forte malueris intelligere *ὁ ἄγων ἐπὶ τὰ διαγράμματα*. Ceterum *διαγράμματα* sunt figurae geometricae ut Menon. l. c., quas Cicero descriptiones vocavit.

ἀπιστεῖς γὰρ δή, πῶς ἡ καλ.] H. e. dubitas enim, quo modo etc Habet enim *ἀπιστεῖν* adiunctam dubitationis notionem.

δέομαι παθεῖν, — ἀναμνησθῆναι] Quanquam codices omnes tuentur, quod in vett. editt. scriptum exstat, *μαθεῖν*, tamen dubium non est, quin cum Serrano *παθεῖν* legendum sit. Sententia haec est: sed hoc ipsum, de quo sermo est, (h. e. *τὴν ἀνάμνησιν*), cupio experiri, hoc est, commonefieri a vobis, *πῶς ἡ καλουμένη μάθησις ἀνάμνησίς ἐστι*. Ludit igitur in verbi *ἀναμνησθῆναι* ambiguitate. De infinitivo *ἀναμνησθῆναι* pro

μαι καὶ πείθομαι· οὐδὲν μέντ' ἂν ἧττον ἀκούοιμι
C νῦν, σὺ πῇ ἐπεχείρησας λέγειν. Τῇδε ἔγωγε, ἦ δ' ὅς. ὁμολογοῦμεν γὰρ δήπου, εἴ τίς τι ἀναμνησθήσεται, δεῖν αὐτὸν τοῦτο πρότερόν ποτε ἐπίστασθαι. Ἥκιστά γε, ἔφη. Ἆρ' οὖν καὶ τόδε ὁμολογοῦμεν, ὅταν ἐπιστήμη παραγίγνηται τρόπῳ τοιούτῳ, ἀνάμνησιν εἶναι; λέγω δὲ τίνα τρόπον; τόνδε· ἐάν τίς τι πρότερον ἢ ἰδὼν ἢ ἀκούσας ἤ τινα ἄλλην αἴσθησιν

C. οὐδὲν μέντ' ἂν ἧττον] Sic Vat. Vind. Φ. 1. 4. Par. GL. Ambr. Flor. b. d. m. et rec. em. Bodl. Coisl. Ven. Π. Vett. editt. οὐδὲν μὲν ἂν ἧττον.

λέγω δὲ τίνα τρόπον] Vulgo: λέγω δέ τινα τρόπον τοῦτον· ἐάν τις κ. τ. λ. Bodl. Tub. Vat. Par. AE. Ambr. Aug. Zitt. alii, τίνα: quod restitui. Praeterea τόνδε dedi e Bodl. Tub. Ven. Π. emendata etiam interpunctione. Ita locum satis expeditum esse arbitramur. Tur. veteri errore servato: λέγω δέ τινα τρόπον τόνδε. Wexius Comment. De loco mathem. in Plat. Menon. p. 42. paullo ante scribendum censebat: τρόπῳ τῳ (i. e. τινὶ) τοιού-

epexegesin adiecto v. supra c. XVII. B. mox p. 74. A. τοῦτο προπάσχειν, ἐννοεῖν. Gorg. p. 505. D.

οὐδὲν μέντ' ἂν ἧττον ἀκούοιμι] Wyttenbachius: „μέντοι ἂν est tamen. Tum ἀκούοιμι germana vi optativi i. e. optandi accipiendum: nihilo tamen minus audire velim.“ Erravit vir egregius. Nam ἂν non ad μέντοι, sed ad ἀκούοιμι pertinet, ut recte monuit Schaeferus ad Gregor. Corinth. p. 1015. Quam particulae rationem Heindorf. quum bene perspexisset, Ficini auctoritate deceptus in alium errorem incidit, post ἧττον existimans excidisse ἡδέως. Nimirum οὐδὲν ἧττον ἂν ἀκούοιμι est: nihilo minus audiam, quod prope accedit ad futuri vim et significationem, nisi quod ὑποθετικῶς dictum est.

C. λέγω δὲ τίνα τρόπον; τόνδε·] H. e. quemnam autem dico modum istum? Qua quaestione proposita continuo ad rei explicationem accedit inde a verbis τόνδε· ἐάν τις κ. τ. λ. nimirum huncce; si enim aliquis etc. Prorsus eodem modo De Rep. II. p. 360. E. τίς οὖν δὴ ἡ διάστασις; ἥδε· μηδὲ ἀφαιρῶμεν κ. τ. λ. Solent enim apud Platonem qui disputantes inducuntur haud raro suum ipsi sermonem eiusmodi interrogationibus distinguere. v. Heusdii Specim. Crit. d. 87. et nostra ad Protagor. p. 343. B.

ἐάν τίς τι πρότερον ἢ ἰδὼν] Quod in locum inepti istius et molesti ἕτερον, quod vulgo scribebatur, substituimus πρότερον, lectionem librorum praestantissimorum, id scrupulum iniecit C. Fr. Hermanno in libro: Abhandlungen und Beiträge zur klassischen Phil. p. 74., qui ne πρότερον quidem sententiae convenire arbitratur ideoque voc. plane eiiciendum censet. In quo viro praestantissimo minime assentimur. Nam apte interponitur πρότερον, ut

λαβὼν μὴ μόνον ἐκεῖνο γνῷ, ἀλλὰ καὶ ἕτερον ἐννοήσῃ, οὗ μὴ ἡ αὐτὴ ἐπιστήμη, ἀλλ' ἄλλη, ἆρ' οὐχὶ τοῦτο δικαίως λέγομεν ὅτι ἀνεμνήσθη, οὗ τὴν ἔννοιαν ἔλαβε; Πῶς λέγεις; Οἷον τὰ τοιάδε· ἄλλη που D ἐπιστήμη ἀνθρώπου καὶ λύρας. Πῶς γὰρ οὔ; Οὐκοῦν οἶσθα, ὅτι οἱ ἐρασταί, ὅταν ἴδωσι λύραν ἢ ἱμάτιον ἤ τι ἄλλο, οἷς τὰ παιδικὰ αὐτῶν εἴωθε χρῆσθαι, πάσχουσι τοῦτο· ἔγνωσάν τε τὴν λύραν

τῳ, ut haec esset verborum sententia: quem autem nunc ipsum commemorabam modum, eum hunc dico.

ἐὰν τίς τι πρότερον ἢ ἰδὼν] Sic Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Par. G. Ambr. Flor. a. d. et supra versum Par. C. in marg. Flor. i. Editt. omnes *ἕτερον* habent loco voc. *πρότερον*, quod vel ob librorum auctoritatem recipiendum fuit. Nec putamus *ἕτερον* recte ab Heindorfio defensum esse eo, quod sit aliquid, quod diversum sit ab alio quodam, ut lyra a domino.

δικαίως λέγομεν] *ἐλέγομεν* Bodl. Ven. *Π.* Tub.

D. *ἤ τι ἄλλο*] Bodl. Ven. *Π.* Vind. *ἄλλο τι.*

significetur, perceptionem rerum, per quas aliam quampiam rem vel personam admoneamur, utique antecedere huius ipsius recordationi. Nihil offenderemus, si scriptum legeretur: *λαβὼν εἶτα μὴ μόνον ἐκεῖνο γνῷ*; quo tamen non opus est.

ἤ τινα ἄλλην αἴσθησιν λαβών] h. e. vel alio sensu perceperit. Infra p. 76. A. *ἢ ἰδόντα ἢ ἀκούσαντα ἤ τινα ἄλλην αἴσθησιν λαβόντα.*

ἆρ' οὐχὶ τοῦτο δ. λ.] intell. *τὸ καὶ ἕτερον ἐννοῆσαι, οὗ μὴ ἡ αὐτὴ ἐπιστήμη.* Non opus videtur, ut scribatur cum Heindorfio *τοῦτον*, quanquam id etiam Heusdio placuit Initt. Plat. Vol. II. P. I. p. 31.

D. *Οὐκοῦν οἶσθα, ὅτι οἱ ἐρασταί* —] Maxim. Tyr. Diss. XVI. 7. p. 185. *ἤδη τις καὶ λύραν ἰδὼν ἐμνήσθη τῶν χρησαμένων τῇ λύρᾳ· κοῦφον γάρ τι χρῆμα ἀνάμνησις καὶ εὔκολον.* Idem. VIII. 10. *αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ τῶν ἐρώντων πάθος, οἷς ἥδιστον μὲν θέαμα οἱ τῶν παιδικῶν τύποι, ἡδὺ δὲ εἰς ἀνάμνησιν καὶ λύρα καὶ πᾶν ἁπλῶς τὸ ἐπεγεῖρον τὴν μνήμην τοῦ ἐρωμένου.*

τὰ παιδικά] De uno intelligitur, ut fere semper intelligendum est. Sic in Parmenide ab initio Zeno Eleates narratur fuisse *παιδικὰ τοῦ Παρμενίδου*: in Lyside §. 3. Ctesippus dicitur *τὰ παιδικὰ ἄδειν*, quod illic non nisi de uno intelligi potest: in Phaedro p 292. Lysias *τὰ παιδικὰ* Phaedri audit. Pertinet huc etiam Phaedr. p. 240. A. *Ἔτι τοίνυν ἄγαμον, ἄπαιδα, ἄοικον ὅ τι πλεῖστον χρόνον παιδικὰ ἐραστὴς εὔξαιτ' ἂν γενέσθαι.* — De verbis: *ἔγνωσάν τε τὴν λ. κ. τ. λ. ἀσυνδέτως* additis v. ad Apolog. Socrat. c. VII. et Phaedon, p. 68. E. Aoristi indicant rem identidem vel extemplo fieri solitam. Accuratius paullo post dicitur *πολλάκις Κέβητος ἀνεμνήσθη*, in quibus verbis istud *πολλάκις* aoristi vim et significationem su-

καὶ ἐν τῇ διανοίᾳ ἔλαβον τὸ εἶδος τοῦ παιδός, οὗ ἦν ἡ λύρα; τοῦτο δ' ἐστὶν ἀνάμνησις· ὥσπερ γε καὶ Σιμμίαν τις ἰδὼν πολλάκις Κέβητος ἀνεμνήσθη, καὶ ἄλλα που μυρία τοιαῦτ' ἂν εἴη. Μυρία μέντοι νὴ Δί', ἔφη ὁ Σιμμίας. Οὐκοῦν, ἦ δ' ὅς, τὸ τοιοῦτον ἀνάμνησίς τίς ἐστι; μάλιστα μέντοι, ὅταν τις τοῦτο πάθῃ περὶ ἐκεῖνα, ἃ ὑπὸ χρόνου καὶ τοῦ μὴ ἐπισκοπεῖν ἤδη ἐπελέλητο; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Τί δέ; ἦ δ' ὅς· ἔστιν ἵππον γεγραμμένον ἰδόντα καὶ λύραν γεγραμμένην ἀνθρώπου ἀναμνησθῆναι, καὶ Σιμμίαν ἰδόντα γεγραμμένον Κέβητος ἀναμνησθῆναι; Πάνυ γε. Οὐκοῦν καὶ Σιμμίαν ἰδόντα γεγραμμένον αὐτοῦ Σιμμίου ἀναμνησθῆναι; Ἔστι μέντοι, ἔφη.

Cap. XIX. Ἆρ' οὖν οὐ κατὰ πάντα ταῦτα ξυμβαίνει τὴν ἀνάμνησιν εἶναι μὲν ἀφ' ὁμοίων, εἶναι

E. ἤδη ἐπελέλητο] Ven. Π. Par. I. ἐπιλέλητο, augmento more Atticorum omisso, conf. p. 68. A. Editt. ante Bekk. ἤδη ἐπελ. Dein Bekk. e Coisl. Vind. Φ. dedit. τί δαί;

P. 74. τὴν ἀνάμνησιν εἶναι μὲν ἀφ' ὁμ.] Steph. cum Par. E. εἶναι τὴν μὲν ἀφ' ὁμοίων, τὴν δὲ καὶ ἀπ' ἀν. Pessime.

οὐ ξύλον λέγω ξύλῳ] Steph. cum Par. E. οὐ ξύλον ξύλῳ λέγω. Dein e Bodl. Vat. Vind. Φ. Par. G. Ambr. Flor. d. et rec. Ven. Π. dedi οὐδ' ἄλλο τι τῶν τοιούτων οὐδέν. Vulgo τι abest. v. ad pag. 65. E.

παρὰ ταῦτα πάντα] Sic Bodl. Tub. Ven. Π. Par. G. Vett. editt. παρὰ πάντα ταῦτα.

tis manifestam reddit. Exempla huius loquendi rationis apposuit ad h. l. Heindorfius. Conferas etiam Legg. IX. p. 855. D. XII. p. 945. D. De Rep. V. p. 462. C. VI. p 495. B. 508. D. Gorg. p. 484. A. Phaedr. p. 254. A. Aristoph. Av. 786 sqq.

E. ὑπὸ χρόνου καὶ τοῦ μὴ ἐπισκ.] H. e. propter temporis diuturnitatem et proptera quod etc.

αὐτοῦ Σιμμίου] Simmias ipse pictae eius imagini opponitur. Male igitur codd. nonnulli αὖ τοῦ.

Cap. XIX. τόδε προσπάσχειν, ἐννοεῖν] De hoc infinitivo ἐπεξηγήσεως χάριν subiecto vide ad p. 72. B. ad Apolog. Socrat. c. VII. et ad Criton. p. 45. E. Male Stephanus τὸ ἐννοεῖν scribi volebat

εἴτε τι ἐλλείπει τοῦτο — ἐκείνου] h. e. num hoc, quod ad similitudinem attinet, illo nonnihil de-

δὲ καὶ ἀπ' ἀνομοίων; Ξυμβαίνει. Ἀλλ' ὅταν γε ἀπὸ τῶν ὁμοίων ἀναμιμνήσκηταί τίς τι, ἆρ' οὐκ ἀναγκαῖον τόδε προσπάσχειν, ἐννοεῖν, εἴτε τι ἐλλείπει τοῦτο κατὰ τὴν ὁμοιότητα εἴτε μὴ ἐκείνου, οὗ ἀνεμνήσθη; Ἀνάγκη, ἔφη. Σκόπει δή, ἦ δ' ὅς, εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει. φαμέν πού τι εἶναι ἴσον, οὐ ξύλον λέγω ξύλῳ, οὐδὲ λίθον λίθῳ, οὐδ' ἄλλο τι τῶν τοιούτων οὐδέν, ἀλλὰ παρὰ ταῦτα πάντα ἕτερόν τι, αὐτὸ τὸ ἴσον· φῶμέν τι εἶναι ἢ μηδέν; Φῶμεν μέν- B
τοι νὴ Δί', ἔφη ὁ Σιμμίας, θαυμαστῶς γε. Ἦ καὶ ἐπιστάμεθα αὐτὸ ὃ ἔστιν; Πάνυ γε, ἦ δ' ὅς. Πόθεν λαβόντες αὐτοῦ τὴν ἐπιστήμην; ἆρ' οὐκ ἐξ ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν, ἢ ξύλα ἢ λίθους ἢ ἄλλ' ἄττα ἰδόντες ἴσα, ἐκ τούτων ἐκεῖνο ἐνενοήσαμεν, ἕτερον ὂν τούτων; ἢ οὐχ ἕτερόν σοι φαίνεται; σκόπει δὲ καὶ τῇδε. ἆρ' οὐ λίθοι μὲν ἴσοι καὶ ξύλα ἐνίοτε ταὐτὰ ὄντα τοτὲ μὲν ἴσα φαίνεται, τοτὲ δ' οὔ; Πάνυ

B. *Φῶμεν μέντοι*] Sic Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Flor. d. Par. G. Ambr. et corr. Coisl. Olim erat: *Φῶμεν τοίνυν.*

αὐτὸ ὃ ἔστιν;] V. *ὃ ἔστιν ἴσον.* Sed *ἴσον* om. a pr. m. in Bodl. Ven. *Π.* et corr. Par. G. Deest item in Tub. et August. Nec dubium est quin ortum sit ex glossemate.

ἰδόντες ἴσα] V. *ἰδόντες τὰ ἴσα.* Recte *τὰ* om Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Par. G. Ambr. Flor. d. Zitt.

τοτὲ μὲν ἴσα φαίνεται, τοτὲ δ' οὔ;] Pro *τοτὲ μὲν* et *τοτὲ δ'* Bodl. Ven. *Π.* a pr. m. *τῷ μὲν* et *τῷ δὲ* scriptum habent, quod est etiam in Tub. Dein Coisl. Vind. *Φ. Τί δαί*; probante Bekkero.

terius sit. Nam *ἐλλείπειν τί τινος* est aliquo esse in aliqua re inferiorem vel deteriorem. v. Alcibiad. I. p. 122. B. D.

ἀλλὰ παρὰ ταῦτα πάντα ἕτερόν τι] H. e. sed aliud quiddam intelligo ab his omnibus diversum. Politic. p. 295. E. *μὴ ἐξέστω δὴ παρὰ ταῦτα ἕτερα προστάττειν.* De Republ. I. p. 337. E. *δείξω ἑτέραν ἀπόκρισιν παρὰ πάσας ταύτας.* Alia huius generis exempla v. ad 107. A. Mox dicitur *ἕτερον ὂν τούτων.*

αὐτὸ τὸ ἴσον] i. e. ideam et formam aequalitatis animo conceptam. Nam *αὐτὸ* indicat vim et naturam alicuius rei per se consideratae.

B. *θαυμαστῶς γε*] H. e. *σφόδρα.*

πόθεν λαβόντες] sc. *ἐπιστάμεθα*, ut mox p. 76. C.

ἆρ' οὐ λίθοι — τοτὲ δ

μὲν οὖν. Τί δέ; αὐτὰ τὰ ἴσα ἔστιν ὅτε ἄνισά σοι
C ἐφάνη; ἢ ἡ ἰσότης ἀνισότης; Οὐδεπώποτέ γε, ὦ
Σώκρατες. Οὐ ταὐτὸν ἄρ' ἐστὶν, ἡ δ' ὅς, ταῦτά
τε τὰ ἴσα καὶ αὐτὸ τὸ ἴσον. Οὐδαμῶς μοι φαινε-
ται, ὦ Σώκρατες. Ἀλλὰ μὴν ἐκ τούτων γ', ἔφη,
τῶν ἴσων, ἑτέρων ὄντων ἐκείνου τοῦ ἴσου, ὅμως
αὐτοῦ τὴν ἐπιστήμην ἐννενόηκάς τε καὶ εἴληφας;

C. ἴως ἂν ἄλλο ἰδὼν] Editt. omnes: ἴως γὰρ ἂν ἄλλο ἰδών. Bodl. et Tub. ἴως ἂν ἄλλο ἰδών, omisso γάρ. Ven. *II.* γὰρ ἄν non agnoscit. Extrusimus γάρ eam ob caussam, quam infra exposuimus. Vatt. Flor. d. Zitt. et margo Ven. Ξ. Flor. a. c. pro ἴως ἄν habent ὅταν οὖν, quod non amplius probaverim.

εἴτε ὅμοιον εἴτε ἀνόμοιον] V. εἴτε ἀνόμοιον εἴτε ὅμ., invitis melioribus codicibus.

οὔ;] H. e. annon lapides, qui sunt inter se aequales, atque ligna, itidem inter se aequalia, quanquam sunt eadem, tamen interdum inter se aequalia videntur, interdum non? i. e. nonne res eaedem, quae quidem sub sensus cadunt, modo sic, modo aliter comparatae videntur, quum idea aequalitatis, quam in animo consignatam habemus, semper eadem maneat nec ullam subeat vicissitudinem? Manifestum arbitror, haec quorsum pertineant. Etenim docet Socrates inter res sub sensus cadentes et inter earum formas in animis consignatas hoc discriminis intercedere, quod illae non praebeant certam cognitionem, hae autem, ut quae semper eaedem maneant nec unquam alio atque alio modo cognoscantur, summam afferant cognitionis constantiam. In qua quidem sententiae ratione nescio cur Heindorf. adeo haeserit, ut neque istud φαίνεται huic loco convenire dixerit, neque reliquorum verborum vim et significationem potuerit perspicere. Nam illo φαίνεται, pro quo Heindorf. δοκεῖ requirebat, nihil aptius est in eo loco, in quo de sensuum iudicio agitur. Quod autem idem vir doctus post ἐνίοτε parum apte inferri ait τοτὲ μέν — τοτὲ δέ, adeoque eius loco τῷ μέν — τῷ δέ reponendum censet, hoc est eam lectionem, quae neque multorum codicum auctoritate commendatur, et ex intempestiva correctione scioli alicuius originem duxit, id vero est eiusmodi, ut neque causam habeat satis idoneam, et sententiae rationem funditus evertat. Nam recte dici potuisse: ἐνίοτε — τοτὲ μέν — τοτὲ δέ, cuilibet, opinor, apparebit ex hac verborum interpretatione: annon *interdum* accidit, ut lapides et ligna sibi aequalia, quanquam eadem sunt, tamen *modo* aequalia, *modo* inaequalia videantur, h. e. sensibus appareant? Denique ista τῷ μέν — τῷ δέ, ubi ad ἴσα cum Heindorf. retuleris, vix habebunt ullam accessionis excusationem, quandoquidem nunc non agitur de variis rationibus, quibus una eademque res et aequalis et inaequalis percipi possit, sed simpliciter exponitur, quae sit rerum corporearum atque idearum mente comprehen-

Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις. Οὐκοῦν ἢ ὁμοίου ὄντος τούτοις ἢ ἀνομοίου; Πάνυ γε. Διαφέρει δέ γε, η δ' ὅς, οὐδέν· ἕως ἂν ἄλλο ἰδὼν ἀπὸ ταύτης τῆς ὄψεως ἄλλο ἐννοήσῃς, εἴτε ὅμοιον εἴτε ἀνόμοιον, ἀναγ- D καῖον, ἔφη, αὐτὸ ἀνάμνησιν γεγονέναι. Πάνυ μὲν οὖν. Τί δὲ τόδ'; ἦ δ' ὅς. ἢ πάσχομέν τι τοιοῦτον περὶ τὰ ἐν τοῖς ξύλοις τε καὶ οἷς νῦν δὴ ἐλέγομεν

D. *Τί δαὶ τόδ';*] *τόδ'* om. Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Par. G. Flor. d. Pro *δαὶ* Bodl. Coisl. Vat. Tub. Ven. *ΑΠ.* Par. CEGHIL. Ambr. Aug. Florentini *δὲ* praebuerunt.

καὶ οἷς νῦν δὴ ἐλέγομεν τοῖς ἴσοις] Vett. editt. *ἐν τοῖς ἴσοις.* Sed recte Heind. *ἐν* delendum censuit, ut habent Ven. *Y.* ex corr. Vat. Flor. a. d. m. Zitt. *ἐλέγομεν ἴσως*, om. *ἐν τοῖς.*

sarum diversitas ad veritatis cognitionem.

αὐτὰ τὰ ἴσα ἔστιν ὅτε ἄνισα] Dicitur *αὐτὰ τὰ ἴσα* pro *αὐτὸ τὸ ἴσον*, h. e. idea aequalitatis, quia transitus a plurali numero ad singularem *ἡ ἰσότης* huiusmodi rationem paene flagitat. Res enim per se aequales, quae opponuntur lapidibus et lignis aequalibus, non aliae intelliguntur, nisi illud ipsum, quod per se aequale est, h. e. aequalitatis forma et species. Recte autem plurali numero uti potuit *εἰς τοὺς πολλοὺς ἀποβλέπων νόας, ὧν ἑκάστῳ τὸ αὐτὸ ἴσον*, quae sunt verba Olympiodori ad h. l. Schleiermacher., qui *αὐτὰ τὰ ἴσα* pro *αὐτὸ τὸ ἴσον* recte dici posse negat, legendum suspicatur: *Τί δέ; αὐτὰ τὰ ἴσα ἔστιν ὅτε ἄνισά σοι ἐφάνη· ἢ καὶ ἡ ἰσότης ἀνισότης;* Sed istam repetitionem, quae inest in verbis *τί δέ;* — *ἐφάνη*, vereor ne aegre laturi sint quicunque accuratius consideraverint orationis tenorem et cohaerentiam.

C. *Οὐ ταὐτὸν ἄρ' — ταῦτά τε τὰ ἴσα*] In his *ταῦτα τὰ ἴσα* dictum est *δεικτικῶς* de rebus sub sensus cadentibus. De quo usu pronominis demonstrativi diximus ad p. 75. E. Sic proxime *ἐκ τούτων — τῶν ἴσων.*

ἕως ἂν ἄλλο ἰδὼν —] Nihil, inquit, refert, utrum id hoc an illo modo fiat. Quamdiu (i. e. dummodo) *enim* aliud quid conspicatus propter hunc ipsum adspectum aliud quid mente tua conceperis sive simile illud alteri sive dissimile, prorsus necesse est recordationem extitisse. De *γάρ* in sententia epexegetica usitate omisso v. Phileb. p. 12. E. 31. B. 46. A. 52 E 63. A. Politic. 257. C. 268. E. 291. D. 296. E. 297. A. Prot. 343. D. Gorg 450. A. 459. B. al. De *ἕως ἄν* autem ita usurpato contulisse iuvabit Cratyl. p. 393. D. *οὐδὲν πρᾶγμα* (nihil refert), — *ἕως ἂν ἐγκρατὴς ᾖ ἡ οὐσία κ. τ. λ.* Ibid. p. 393. E. *ἕως ἂν αὐτοῦ δηλουμένην τὴν δύναμιν ἐντιθῶμεν, ὀρθῶς ἔχει ἐκεῖνο τὸ ὄνομα.* Ibid. p. 432. E. Polit. p. 293. B. D. De Rep. X. p. 610. B. Xenoph. Cyrop. V. 2, 11.

D. *αὐτὸ ἀνάμ. γεγονέναι*] *αὐτό* i. e. *τὸ ἄλλο ἰδόντα — ἄλλο νοῆσαι.*

τοῖς ἴσοις; ἆρα φαίνεται ἡμῖν οὕτως ἴσα εἶναι, ὥσπερ αὐτὸ τὸ ὃ ἔστιν ἴσον, ἢ ἐνδεῖ τι ἐκείνου τῷ μὴ τοιαῦτα εἶναι, οἷον τὸ ἴσον, ἢ οὐδέν; Καὶ πολύ γε, ἔφη, ἐνδεῖ. Οὐκοῦν ὁμολογοῦμεν, ὅταν τίς τι ἰδὼν ἐννοήσῃ, ὅτι βούλεται μὲν τοῦτο, ὃ νῦν ἐγὼ ὁρῶ, εἶναι οἷον ἄλλο τι τῶν ὄντων, ἐνδεῖ δὲ
E καὶ οὐ δύναται τοιοῦτον εἶναι, οἷον ἐκεῖνο, ἀλλ' ἐστὶ φαυλότερον, ἀναγκαῖόν που τὸν τοῦτο ἐννοοῦντα τυχεῖν προειδότα ἐκεῖνο, ᾧ φησιν αὐτὸ προσεοικέναι μέν, ἐνδεεστέρως δὲ ἔχειν; Ἀνάγκη. Τί οὖν; τὸ τοιοῦτον πεπόνθαμεν καὶ ἡμεῖς, ἢ οὔ, περί τε

ὥσπερ αὐτὸ τὸ ὃ ἔστιν ἴσον] Articulus τὸ in editt. omnibus deest. Vat. Vind. Φ. Ven. Ξ. et corr. Vind. Υ. αὐτὸ τὸ ᾧ ἔστιν. Ven. Π. (teste Bastio) et Par. G. αὐτὸ τὸ ὃ ἔστιν. Voc. ἴσον om. Bodl. Tub. Ven. Π.

ἢ ἐνδεῖ τι ἐκείνου τῷ μὴ τ. εἶναι] Editt. omnes: ἢ ἐνδεῖ τι ἐκείνου τῷ μὴ τοιοῦτον εἶναι Bodl. et pr. m. Ven. Π. ἢ ἐνδεῖ τῷ ἐκείνου τῷ τοιοῦτον. Zitt. ἢ ἐνδεῖ τῷ ἐκεῖ τῷ μή τ. εἶναι. Voc. μὴ ante τοιοῦτον εἶναι om. etiam Tub. Aug. Vindobonenses, Flor. b. i. Coisl. Ven. ΑΞ. Par. EGHIL. Ambr In Vat. et Flor. d. scriptum: ἢ ἐνδεῖ τι ἐκείνου τῷ μὴ τοιοῦτον αὐτὰ εἶναι. Ven. Π.

ἆρα φαίνεται — ὃ ἔστιν ἴσον;] Continent haec quoque explicationem eorum, quae proxime antecedunt: ἢ πάσχομέν τι — τοῖς ἴσοις; unde more loquendi pervulgato ἀσυνδέτως adiecta sunt. Quod ex codd. recepimus ὥσπερ αὐτὸ τὸ ὃ ἔστιν, quum vulgo τὸ abesset, de eo v. annot. ad p. 75. B.

ἢ ἐνδεῖ τι ἐκείνου τῷ μὴ τ.] Locum admodum salebrosum nunc tandem videmur ita perpurgavisse, nihil ut difficultatis amplius in eo relictum sit. Nam pro vulg. τῷ μὴ τοιοῦτον εἶναι refinximus: τῷ μὴ τοιαῦτα εἶναι, quorsum perduxit ipsa librorum scriptura, qui partim τοιοῦτον αὐτὰ partim τοιοῦτον ταὐτὰ offerunt. Plane eodem modo mox p. 75 B. προθυμεῖται μὲν πάντα τοιαῦτα εἶναι, οἷον ἐκεῖνο, ἔστι δὲ αὐτοῦ φαυλότερα. Ita vero sententiam apparet existere commodissimam hancce: num nobis ita videntur esse aequalia, uti *ipsum aequale* (idea aequalitatis), an ea (τὰ ἴσα) aliqua parte (τι) illo deteriora sunt (ἐνδεῖ ἐκείνου, illo deficitur) *eo quod* non sunt talia, quale est ipsum aequale (non ad ideae perfectionem ac praestantiam accedunt). Heindorfius eiecto μή corrigebat: ἢ ἐνδεῖ τι ἐκεῖνα τοῦ τοιοῦτον εἶναι οἷον τὸ ἴσον.

ὅτι βούλεται μὲν τοῦτο -] Verba βούλεσθαι et ἐθέλειν etiam de rebus inanimatis usurpari docuerunt interpp. ad Gregor. Corinth. p. 135 sq. et ad Viger. p. 736.

E. τὸν τοῦτο ἐννοοῦντα] Quod antea dixerat ὅταν τις — ἐννοήσῃ, id nunc parenthesi ab-

τὰ ἴσα καὶ αὐτὸ τὸ ἴσον; Παντάπασί γε. Ἀναγκαῖον ἄρα ἡμᾶς προειδέναι τὸ ἴσον πρὸ ἐκείνου τοῦ χρόνου, ὅτε τὸ πρῶτον ἰδόντες τὰ ἴσα ἐνενοήσαμεν, 75
ὅτι ὀρέγεται μὲν πάντα ταῦτ' εἶναι οἷον τὸ ἴσον, ἔχει δὲ ἐνδεεστέρως. Ἔστι ταῦτα. Ἀλλὰ μὴν καὶ τόδε ὁμολογοῦμεν, μὴ ἄλλοθεν αὐτὸ ἐννενοηκέναι, μηδὲ δυνατὸν εἶναι ἐννοῆσαι, ἀλλ' ἢ ἐκ τοῦ ἰδεῖν ἢ ἅψασθαι ἢ ἔκ τινος ἄλλης τῶν αἰσθήσεων· ταὐτὸν δὲ πάντα ταῦτα λέγω. Ταὐτὸν γάρ ἐστιν, ὦ Σώκρατες, πρός γε ὃ βούλεται δηλῶσαι ὁ λόγος. Ἀλλὰ μὲν δὴ ἔκ γε τῶν αἰσθήσεων δεῖ ἐννοῆσαι, ὅτι πάντα τὰ ἐν

corr. τῷ μὴ τοιοῦτον ταῦτα εἶναι. v. infra.

Καὶ πολύ γε] καὶ vulgo neglectum codd. optimi atque plurimi firmant.

E. οἷον ἐκεῖνο] Libri ἴσον οἷον ἐκεῖνο. Recte Mudgius, Fischerus, Wyttenbachius, Heindorf. Bekker. ἴσον delendum censuerunt.

τὸ τοιοῦτον περ.] τὸ om. Vat. Ven. Π. Vind. Φ. Ambr. Tub. Flor. d. Recte fortasse. conf. ad Remp. VII. p. 536. B. Sympos. p. 175. B.

P. 75 ἔκ γε τῶν αἰσθήσεων] Bodl. Ven. Π. Tub. τε.

soluta iterat, more admodum frequenti.

ἐνδεεστέρως δὲ ἔχειν] i. e. οὐ δὲ ἐνδ. ἔχειν φησί. v. p. 65. A. p. 82. D. coll. Matth. §. 428. 2. — Ceterum post ἀναγκαῖόν που intelligas εἶναι, ut p. 111. A. Legg. IX. p. 872. E. quae ellipsis paullo rarior est. Nisi forte malueris orationem putare ἀνακόλουθον.

P. 75. ὅτι ὀρέγεται μὲν πάντα ταῦτ' εἶναι] h. e. haec omnia (τὰ ἴσα) appetere ipsi aequalitatis formae fieri similia, nec tamen fieri posse. Quum enim ex sententia Platonis res sensibus subiectae ad aeternarum formarum, quas ἰδέας appellavit, exemplum expressae sint, illae nunc dicuntur ad harum virtutem et praestantiam quasi contendere et pervenire studere, nec tamen propter naturae suae imbecillitatem unquam illam assequi. Idem mox B. significatur verbis, ὅτι προθυμεῖται μὲν πάντα τοιαῦτα εἶναι οἷον ἐκεῖνο, ἔστι δὲ αὐτοῦ φαυλότερα, quae Stephanum videntur movisse, ut etiam hic scribendum putaret πάντα τοιαῦτ' εἶναι.

ταὐτὸν δὲ πάντα ταῦτα λέγω] h. e. nihil autem discriminis dico in his sensibus inesse ad illud, quod docere nunc institui; omnia enim eodem redire arbitror, sive oculis, sive tactu, sive alio sensu aliquid percipias. Cuius interpretationis veritatem testantur quae proxime deinceps adduntur.

πρός γε ὃ βούλεται δ.] i. e. πρὸς τοῦτο ὃ βούλεται δ. quod attinet ad id quod —.

B. τοῦ ὃ ἔστιν ἴσον] h. e. τοῦ ὄντως ἴσου ὄντος s. ideae aequalitatis. Infra p. 92.

B ταῖς αἰσθήσεσιν ἐκείνου τε ὀρέγεται τοῦ ὃ ἔστιν ἴσον, καὶ αὐτοῦ ἐνδεέστερά ἐστιν. ἢ πῶς λέγομεν; Οὕτως. Πρὸ τοῦ ἄρα ἄρξασθαι ἡμᾶς ὁρᾶν καὶ ἀκούειν καὶ τἆλλα αἰσθάνεσθαι τυχεῖν ἔδει που εἰληφότας ἐπιστήμην αὐτοῦ τοῦ ἴσου, ὅ τι ἔστιν, εἰ ἐμέλλομεν τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων ἴσα ἐκεῖσε ἀνοίσειν, ὅτι προθυμεῖται μὲν πάντα τοιαῦτα εἶναι οἷον ἐκεῖνο, ἔστι δὲ αὐτοῦ φαυλότερα. Ἀνάγκη ἐκ τῶν προειρημένων, ὦ Σώκρατες. Οὐκοῦν γενόμενοι εὐθὺς ἑωρῶμέν τε καὶ ἠκούομεν καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις C εἴχομεν; Πάνυ γε. Ἔδει δέ γε, φαμέν, πρὸ τούτων τὴν τοῦ ἴσου ἐπιστήμην εἰληφέναι; Ναί. Πρὶν

B. τοῦ ὃ ἔστιν ἴσον] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π.* Vind. 1. 4. 6. (*Φ*) 8. Par. CG. Ambr. Flor. a. c. d. m. et corr. Coisl. Male vett. editt. τοῦθ' ὃ ἔστιν ἴσον.

ἢ πῶς λέγομεν;] V. *λέγωμεν*, invitis codicibus. Sensus est: an quomodo iudicamus s. censemus. v. Heindorf. ad Gorg. § 78. coll. Sympos. p. 214. A. Gorg. p. 455. A. p. 505. C. p. 480. B. Reip. II. p. 377. E. VII. p. 530. V. p. 461. E al.

Πρὸ τοῦ ἄρα ἄρξασθαι] Sic Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Par. G. Ambr. Flor. d. i. et corr. Coisl. Inepte vett. editt. *πρὸ γὰρ τοῦ*. Aug. *πρὸ ἄρα τοῦ*: unde lectio vulgata duxit

E. ἡ οὐσία ἡ ἔχουσα τὴν ἐπωνυμίαν τὴν τοῦ ὃ ἔστι. Mox C. dicitur οἷς ἐπισφραγιζόμεθα τοῦτο, ὃ ἔστι. De Rep. X. p. 597. A. τοῦτ' ὃ ἔστι κλίνη. De usu articuli ante relativa v. Legg. IV. p. 714. E. ἔστιν τοῦτο ἓν ἐκείνων τῶν ἀδικημάτων ἀρχῆς πέρι. — Ποίων δή; — Τῶν ἃ τότε ἐπεσκοποῦμεν. Phileb. p. 37. A. καὶ τό γε ᾧ τὸ ἡδόμενον ἥδεται. Ibid. B. περὶ τὸ ἐφ' ᾧ λυπεῖται. v. Matth. §. 287. I. Heindorf. ad Crat. p. 21. Atque ex his intelligitur sponte, unde nata sit vitiosa vett. editt. lectio τοῦθ' ὃ ἔστιν ἴσον.

τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων ἴσα] Antea dicebatur τὰ ἐν αἰσθήσεσιν. Sed hoc loco ἐκ τ. αἰσθ. scriptum propter verbum ἀνοίσειν. v. ad cap I. init. p. 58. A., ubi legimus: οὐδὲ τὰ περὶ τῆς δίκης ἄρα ἐκρίθησθε, et quae dicemus ad p. 76. D. Formula ἐκεῖσε ἀναφέρειν in eadem re ponitur De Rep. VI. p. 484. C. Pollet autem ea vi, ut sit ἀναφέροντας ἐνθυμεῖσθαι: unde dein ὅτι subiicitur.

γενόμενοι εὐθύς] statim ut nati eramus. vid. p. 70. A. c XIV.

C. πρὸ τούτων τὴν τοῦ ἴσου —] scil. priusquam corporis sensibus uteremur.

Cap. XX. Οὐκοῦν εἰ μὲν λ. — ἔχοντες ἐγενόμεθα] In his ad ἔχοντες iterum intelligendum est αὐτήν.

καὶ πρὶν γενέσθαι καὶ εὐθύς γενόμενοι] tum ante ortum nostrum, tum statim ut nati eramus.

ξύμπαντα τὰ τοιαῦτα] h. e. omnium rerum formas ac species.

γενέσθαι ἄρα, ὡς ἔοικεν, ἀνάγκη ἡμῖν αὐτὴν εἰληφέναι. Ἔοικεν.

Cap. XX. Οὐκοῦν εἰ μὲν λαβόντες αὐτὴν πρὸ τοῦ γενέσθαι ἔχοντες ἐγενόμεθα, ἠπιστάμεθα καὶ πρὶν γενέσθαι καὶ εὐθὺς γενόμενοι οὐ μόνον τὸ ἴσον καὶ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον, ἀλλὰ καὶ ξύμπαντα τὰ τοιαῦτα; οὐ γὰρ περὶ τοῦ ἴσου νῦν ὁ λόγος ἡμῖν μᾶλλόν τι ἢ καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ καλοῦ καὶ αὐτοῦ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ δικαίου καὶ ὁσίου, καί, ὅπερ λέγω, περὶ ἁπάντων οἷς ἐπισφραγιζόμεθα τοῦτο, ὃ ἔστι, καὶ ἐν ταῖς ἐρωτήσεσιν ἐρωτῶντες καὶ ἐν ταῖς ἀποκρίσεσιν ἀποκρινόμενοι. ὥστε ἀναγκαῖον ἡμῖν εἶναι τούτων ἁπάντων τὰς ἐπιστήμας πρὸ τοῦ γενέσθαι εἰληφέναι. Ἔστι ταῦτα. Καὶ εἰ μέν γε λα- D

originem. Dein vett. editt. ἢ ἀκούειν, quod e Bodl. Ven. Π. Tub. mutatum.

πάντα τοιαῦτα εἶναι] V. πάντα τὰ τοιαῦτα εἶναι. Articulum praeeunte Bekkero abieci auctoritate Bodl. Vat. Tub. Ven. Π. Vind. Φ. Par. G. Ambr.

C. πρὸ τούτων] τούτου Vat. Par. G. Flor. d. quod in Bodl. superscriptum.

μᾶλλόν τι ἢ καὶ περὶ αὐτοῦ τ. κ.] Advertas hoc καί, quod interponitur eodem modo, quo usurpatur in hac dictione: ὥςπερ γὰρ περὶ τοῦ ἴσου νῦν ὁ λόγος ἡμῖν, οὕτω καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ καλοῦ. De formula: ὅπερ λέγω, v. p. 58 C. c. III. et ad Apolog. Socrat. p. 21. A. Denique ne mireris articulum ante δικαίου καὶ ὁσίου non esse iteratum, eodem modo Gorg. p. 459 D. καὶ τὸ αἰσχρὸν καὶ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ κακόν. Ibid. p. 460. E. p. 488. C p. 498. C. Alcibiad. I. p. 117. A. ubi v. ann. Legg. X. p. 896. D.

D. οἷς ἐπισφραγιζόμεθα τοῦτο, ὃ ἔστι] h. e. quibus τῆς οὐσίας signum imprimimus, quae nomine essentiae insignimus. Politic. p. 258. C. δεῖ γὰρ αὐτὴν ἀνειρεῖν, καὶ χωρὶς ἀφελόντας ἀπὸ τῶν ἄλλων ἰδέαν αὐτῇ μίαν ἐπισφραγίζεσθαι. Phileb. p. 26. D. καίτοι πολλά γε καὶ τὸ ἄπειρον παρέσχετο γένη, ὅμως δ' ἐπισφραγισθέντα τῷ τοῦ μᾶλλον καὶ ἐναντίου γένει ἓν ἐφάνη.

ἐρωτῶντες καὶ — ἀποκρινόμενοι] P. 78. D. ἡ οὐσία, ἧς λόγον δίδομεν τοῦ εἶναι καὶ ἐρωτῶντες καὶ ἀποκρινόμενοι, i. e. διαλεγόμενοι. Theaetet. p. 146. C. ἐμὲ καὶ σὲ δεῖ ἐρωτῶντάς τε καὶ ἀποκρινομένους ἀλλήλοις σπουδάσαι αὐτοῦ περὶ τὸν λόγον. Criton p. 50. C. Lachet p. 187. C. De Rep. VII. p. 534. D

Καὶ εἰ μέν γε λαβόντες — εἰδέναι] Dixerat supra, εἰ λαβόντες ταύτην τὴν ἐπιστήμην πρὸ τοῦ γενέσθαι ἔχοντες ἐγενόμεθα, ἠπιστάμεθα καὶ πρὶν γενέσθαι καὶ εὐθὺς γενόμενοι.

βόντες μὴ ἑκάστοτε ἐπιλελήσμεθα, εἰδότας ἀεὶ γίγνεσθαι καὶ ἀεὶ διὰ βίου εἰδέναι· τὸ γὰρ εἰδέναι τοῦτ' ἐστί, λαβόντα του ἐπιστήμην ἔχειν καὶ μὴ ἀπολωλεκέναι. ἦ οὐ τοῦτο λήθην λέγομεν, ὦ Σιμμία, ἐπι-
E στήμης ἀποβολήν; Πάντως δήπου, ἔφη, ὦ Σώκρατες. Εἰ δέ γε, οἶμαι, λαβόντες πρὶν γενέσθαι γιγνόμενοι ἀπωλέσαμεν, ὕστερον δὲ ταῖς αἰσθήσεσι χρώμενοι περὶ ταῦτα ἐκείνας ἀναλαμβάνομεν τὰς ἐπιστήμας, ἃς ποτε καὶ πρὶν εἴχομεν, ἆρ' οὐχ' ὃ κα-

Cap. XX. D. *μὴ ἑκάστοτε*] *ἑκάστοτε μὴ* Bodl. in marg. Ven. *Π.* Tub. Dein *ἐπελελήσμεθα* Vat. Vind. *ΦΥ.* Par. AC. Ambr. Aug. Flor. c. Zitt. quod recepit Fischer. v. annot.

εἰδότας ἀεὶ γ.] Sic Coisl. Ven. *Π.* Par. ACG. Flor. a. c. d m. et a pr. m. Bodl. Par. H. a sec. m. Tub. Flor. b. Vulgo *εἰδότες.*

λήθην λέγομεν, ὦ Σ.] Vulgo *ὦ Σ.* deerat, quod optimi libri omnes tuentur. Dein *Παντελῶς* Vat. Vind. *Φ.* Par. G. Ambr. Flor. d et in marg. Bodl.

Quam quidem sententiam nunc persequitur diligentius. Et alterum quidem illud, quod, antequam nascamur, idearum habere videamur cognitionem, denuo attingit verbis: *ὥςτε ἀναγκαῖον — πρὸ τοῦ γενέσθαι εἰληφέναι.* Alterum autem, quod nec nati illam scientiam amittamus, nisi oblivione quadam ingruente, id vero hac enuntiatione uberius explicat. Nam sententia verborum haec est: Ac necessarium etiam est, ut illam scientiam et in ortu nostro semper retineamus et per totam vitam memineremus, nisi, postquam illam accepimus, eiusdem semper (jedesmal) obliti sumus: h. e. nisi deinde aliquo tempore nos invasit eius oblivio. Etenim haec, *εἰ μέν γε λαβόντες μὴ ἑκάστοτε ἐπιλελήσμεθα*, idem significant, quod *εἰ πρὸ τοῦ γενέσθαι εἰλήφαμεν οὕτως, ὥςτε μὴ ἑκάστοτε ἐπιλελῆσθαι*, ita ut proximae conclusionis rationem quasi repetant, accedente tamen notione scientiae firmitatis et constantiae. Ponit autem deinde philosophus amitti idearum cognitionem utique inter nascendum solere, ideoque scientiam rerum omnem recordatione contineri. Vides igitur nihil turbare ordinem argumentationis, quem Heindorf restituisse sibi videbatur corrigendo: *καὶ εἰ μέν γε λαβόντες μὴ ἑκάστοτε γιγνόμενοι ἐπιλελήσμεθα, εἰδότας ἀεὶ γίγνεσθαι κ. τ. λ.* Idem vir doctus ex cod. Aug. *ἐπιλελήσμεθα* malebat, ac deinceps *εἰδότας ἂν γίγνεσθαι.* — De formula *ἀεὶ διὰ βίου* v. Heindorf. ad h. l. et quae collegi ad Phileb. p. 21. B. — Statim post Suidas s. v. *εἴδησις* exhibet haec: *τοῦτ' ἐστί, τὸ λαβόντα — μὴ ἀπολωλεκέναι.* Sed articulo non opus esse docebunt ea, quae ad p. 64. C. annotavimus. Definitionem oblivionis paullo aliam videas Phileb. p. 34. A., ubi plura de hac re diximus. Sympos. c. XXVI.

λοῦμεν μανθάνειν οἰκείαν ἐπιστήμην ἀναλαμβάνειν ἂν εἴη; τοῦτο δέ που ἀναμιμνήσκεσθαι λέγοντες ὀρθῶς ἂν λέγοιμεν; Πάνυ γε. Δυνατὸν γὰρ δὴ τοῦτό γ' ἐφάνη, αἰσθόμενόν τι ἢ ἰδόντα ἢ ἀκούσαντα 76
ἤ τινα ἄλλην αἴσθησιν λαβόντα ἕτερόν τι ἀπὸ τούτου ἐννοῆσαι ὃ ἐπελέλητο, ᾧ τοῦτο ἐπλησίαζεν ἀνόμοιον ὄν, ἢ ᾧ ὅμοιον. ὥστε, ὅπερ λέγω, δυοῖν θάτερον, ἤτοι ἐπιστάμενοί γε αὐτὰ γεγόναμεν καὶ ἐπιστάμεθα διὰ βίου πάντες, ἢ ὕστερον, οὓς φαμεν

E. *χρώμενοι περὶ ταῦτα*] Male vett. editt. *αὐτά*, quod e Vat. Vind 1. 5. 6. Par. G. Ambr. et marg. Bodl. correctum.

οἰκείαν ἐπ. ἀναλ. ἂν εἴη;] *ἂν* vulgo post *οἰκείαν* interpositum auctoritate Bodl. Vat Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Par. G. Tub. ante *εἴη* collocavi. Ambr. post *ἐπιστήμην* ponit.

P. 76. *ὃ ἐπελέλητο*] *ἐπιλέλησται* Vind. Ambr. *ἐπιλέλησται* Zitt. Ven. *Π.* v. p. 68. A. 73. E ann. crit.

ἤτοι ἐπιστάμενοί γε] Heind. Bekker. et Turr. invitis codd. *τε* correxerunt. sed v. ann. Tub. *γε* om.

λήθη γὰρ ἐπιστήμης ἔξοδος. Nemes. de Nat. Homin. p. 202. ed. Matth. *λήθη δ' ἐστὶ μνήμης ἀποβολή.*

E. *ταῖς αἰσθήσεσι χρώμενοι περὶ ταῦτα* —] Perperam vulgo *αὐτά*. Recte codd. optimi *ταῦτα*, quod dictum est *δεικτικῶς* de rebus sensibus subiectis, usu apud Platonem haudquaquam infrequenti. Phileb. p. 58. E. *καὶ ὅσα* (*τέχναι*) *περὶ ταῦτα πεπόνηνται.* Phaedr. p. 250. A. *ἀναμιμνήσκεσθαι δὲ ἐκ τῶνδε ἐκεῖνα οὐ ῥᾴδιον ἁπάσῃ* (*ψυχῇ*), quos locos comparavit Heindorf. v. etiam nostra ad Phileb. l. c.

P. 76. *Δυνατὸν γὰρ δὴ τοῦτό γ' ἐφάνη* —] Sensus est: nam fieri sane posse videbatur antea, ut quis vel oculis vel auribus vel alio quodam sensu aliquid perciperet, et simul mente sua conciperet notionem rei, ab illa, quam sensibus percepit, diversae, cuius oblitus erat, quae huic coniuncta erat vel dissimilitudine vel similitudine sua: veluti lyrae, quum videt amasium; Cebetis, quum Simmiam; lyrae amasii, quum lyram pictam.

ἤτοι ἐπιστάμενοί γε — ἢ ὕστερον] Non video causam idoneam, cur Heindorf. et Bekker. *γε* in *τε* mutarint. Usurpatur enim *ἤτοι — γε — ἤ*, ubi prius membrum enuntiati disiunctivi gravius quid continet ideoque fortius extollitur, ut quum nos dicimus: entweder gar — oder. Sic Protagor. p. 331. B. *ὅτι ἤτοι ταὐτόν γέ ἐστιν δικαιότης ὁσιότητι ἢ ὅ τι ὁμοιότατον*, ubi manifesto *ταὐτὸν εἶναι* plus est quam *ὁμοιότατον εἶναι*. Apolog. Socrat. p. 27. C. *τοὺς δὲ δαίμονας οὐχὶ ἤτοι θεοὺς γε ἡγούμεθα εἶναι ἢ θεῶν παῖδας;* ubi v. annot. Sed plura huius usus exempla collegit Elmsleius ad Eurip. Med. 1263.

διὰ βίου πάντες] Quod Forsterus ex antiqua huius

μανθάνειν, οὐδὲν ἄλλ' ἢ ἀναμιμνήσκονται οὗτοι, καὶ ἡ μάθησις ἀνάμνησις ἂν εἴη. Καὶ μάλα δὴ οὕτως ἔχει, ὦ Σώκρατες.

Cap. XXI. Πότερον οὖν αἱρεῖ, ὦ Σιμμία; ἐπισταμένους ἡμᾶς γεγονέναι, ἢ ἀναμιμνήσκεσθαι
B ὕστερον ὧν πρότερον ἐπιστήμην εἰληφότες ἦμεν; Οὐκ ἔχω, ὦ Σώκρατες, ἐν τῷ παρόντι ἑλέσθαι. Τί δέ; τόδε ἔχεις ἑλέσθαι, καὶ πῇ σοι δοκεῖ περὶ αὐτοῦ; ἀνὴρ ἐπιστάμενος περὶ ὧν ἐπίσταται ἔχοι ἂν δοῦναι λόγον, ἢ οὔ; Πολλὴ ἀνάγκη, ἔφη, ὦ Σώκρατες. Ἦ καὶ δοκοῦσί σοι πάντες ἔχειν διδόναι λόγον περὶ τούτων, ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν; Βουλοίμην μέντ' ἄν, ἔφη ὁ Σιμμίας· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον φοβοῦμαι, μὴ αὔριον τηνικάδε οὐκέτι ἢ ἀνθρώπων οὐδεὶς ἀξίως
C οἷός τε τοῦτο ποιῆσαι. Οὐκ ἄρα δοκοῦσί σοι ἐπίστασθαί γε, ἔφη, ὦ Σιμμία, πάντες αὐτά; Οὐδα-

Cap. XXI. B. τόδε ἔχεις ἑλέσθαι;] τόδε restitutum e Vat. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* 1. 4. Flor. d. **Restituendum coniecerat Heindorf.**

C. ἅ ποτε ἔμαθον] Sic Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Ambr. Flor. d. Vulgo ποτὲ ἃ ἔμαθον.

τὴν ἐπιστήμην αὐτῶν] αὐτῶν, quod vett. editt. omittunt, e Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Par. G. Ambr. Flor. d. restitutum.

ἅμα γιγνόμ. λαμβ.] ἅμα e Vat. Ven. *Φ.* Par. AC. Ambr.

libri interpretatione, qua usus est, protulit παντός, id vulgatae lectioni haud cunctanter praeferrem, si in codd. mssptis esset repertum. Nam respicitur ad superiora p. 75. D. εἰδότας ἀεὶ γίγνεσθαι καὶ ἀεὶ διὰ βίου εἰδέναι: ubi quod dicitur ἀεὶ διὰ βίου, id nunc est διὰ βίου παντός. Neque offendere possit verborum collocatio, de qua alibi explicavimus. Sed quum πάντες tueantur libri omnes, atque haec: ἤτοι — πάντες; et ἢ — οὓς φαμεν μανθάνειν — οὗτοι —, inter se opponantur, retinendam censemus veterem lectionem.

οὐδὲν ἄλλ' ἢ ἀναμιμνήσκονται] Post οὐδὲν ἄλλο intell. ποιοῦσι. v. Fischer. ad h. l. Zeune ad Cyrop. I. 6, 39. Matth. §. 635. 8.

Cap. XXI. C. Οὐκ ἄρα δοκοῦσί — πάντες αὐτά] Videlicet περὶ ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν, quod facile ex superioribus intelligas. Cogitandum autem de idea pulcri, boni etc.

εἰ μὴ ἄρα ἅμα γιγνόμ.] h. e. nisi forte inter nasce dum illam scientiam accipimus. Perperam vulgo ἅμα omissum.

D. ἐν ποίῳ ἄλλῳ χρόνῳ] Scil. nisi eodem illo tempore, quo nascimur. Nam argumentatio haec est: non pos-

μῶς. Ἀναμιμνήσκονται ἄρα ἃ ποτε ἔμαθον; Ἀνάγκη. Πότε λαβοῦσαι αἱ ψυχαὶ ἡμῶν τὴν ἐπιστήμην αὐτῶν; οὐ γὰρ δὴ ἀφ' οὗ γε ἄνθρωποι γεγόναμεν. Οὐ δῆτα. Πρότερον ἄρα. Ναί. Ἦσαν ἄρα, ὦ Σιμμία, αἱ ψυχαὶ καὶ πρότερον, πρὶν εἶναι ἐν ἀνθρώπου εἴδει, χωρὶς σωμάτων, καὶ φρόνησιν εἶχον. Εἰ μὴ ἄρα ἅμα γιγνόμενοι λαμβάνομεν, ὦ Σώκρατες, ταύτας τὰς ἐπιστήμας· οὗτος γὰρ λείπεται ἔτι ὁ χρόνος. Εἶεν, ὦ ἑταῖρε· ἀπόλλυμεν δὲ αὐτὰς ἐν D
ποίῳ ἄλλῳ χρόνῳ; οὐ γὰρ δὴ ἔχοντές γε αὐτὰς γιγνόμεθα, ὡς ἄρτι ὡμολογήσαμεν. ἢ ἐν τούτῳ ἀπόλλυμεν, ᾧπερ καὶ λαμβάνομεν; ἢ ἔχεις ἄλλον τινὰ εἰπεῖν χρόνον; Οὐδαμῶς, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ἔλαθον ἐμαυτὸν οὐδὲν εἰπών.

Cap. XXII. Ἆρ' οὖν οὕτως, ἔφη, ἔχει ἡμῖν, ὦ Σιμμία; εἰ μὲν ἔστιν ἃ θρυλοῦμεν ἀεί, καλόν τε

Flor. a. c. m. et rec. Ven. *Π.* revocatum est. Vett. enim editt. ignorant.

D. *ᾧπερ καὶ λ.*] Hic *ἐν* ante *ᾧπερ* Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Ambr. Flor. d. iterant, dederuntque illud Bekker. et Turr. Non sum ausus suscipere. v. ann.

Cap. XXII. *ἃ θρυλοῦμεν ἀεί*] Hanc scripturam confirmant Bodl. Vat. Ven. *Π.* Par. CH. Legebatur *θρυλλοῦμεν.*

καλόν τε καὶ ἀγαθόν] Sic Ven. *Π.* Tub. Aug. et a pr. m. Bodl. Vulgo *καλόν τέ τι καὶ ἀγ.* conf. p. 77. A.

sumus, inquit, istas notiones nascentes accipere, quia easdem nascentes perdimus: neque enim aliud tempus inveniri potest, quo eas perdamus.

ᾧπερ καὶ λαμβάνομεν] Non iteratur praepositio *ἐν* more loquendi prope legitimo. v. Heindorf. ad h. l. ad Gorg. §. 153. Fischer. ad Weller. T. III. 1. p. 99. Schaefer. ad Dionys. de Compos. Verb. p. 399. ad Soph. Oed. Col. v. 749. Ast. ad Legg. p. 188. Matth. §. 595. Itaque male codd. quidam addunt *ἐν* ante *ᾧπερ.*

ἔλαθον ἐμαυτὸν οὐδὲν εἰπών] Ad haec Heindorf.: „Ut in illo *λάθε βιώσας*, ita ubique aoristo *λαθεῖν* non praesentis, sed aoristi participium adiungitur.“ Sed conf. Criton. p. 49. B. *ἐλάθομεν ἡμᾶς αὐτοὺς παίδων οὐδὲν διαφέροντες.* Theaetet. p. 169. C. *μή που παιδικόν τι λάθωμεν εἶδος τῶν λόγων ποιούμενοι.* De Republ. VI. p. 486. A. *μή σε λάθῃ μετέχουσα ἀνελευθερίας.* Ibid. V. p. 457. E. *ἀλλ' οὐκ ἔλαθες — ἀποδιδράσκων.* Legg. VII. p. 801. E. *μὴ — λάθωσιν αἰτούμενοι.* Phaedon. p. 77. E. *ὅταν τύχῃ τις — ἀποθνήσκων.* Aristoph. Avv. 1194. *μή σε λάθῃ θεῶν τις ταύτῃ περῶν.* v. ad p. 60. C. e. IV. in.

καὶ ἀγαθὸν καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη οὐσία, καὶ ἐπὶ ταύτην τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων πάντα ἀναφέρομεν,
E ὑπάρχουσαν πρότερον ἀνευρίσκοντες ἡμετέραν οὖσαν, καὶ ταῦτα ἐκείνῃ ἀπεικάζομεν, ἀναγκαῖον, οὕτως ὥςπερ καὶ ταῦτα ἔστιν, οὕτως καὶ τὴν ἡμετέραν ψυχὴν εἶναι καὶ πρὶν γεγονέναι ἡμᾶς· εἰ δὲ μὴ ἔστι ταῦτα, ἄλλως ἂν ὁ λόγος οὗτος εἰρημένος εἴη; ἆρ' οὕτως ἔχει, καὶ ἴση ἀνάγκη ταῦτά τε εἶναι καὶ τὰς ἡμετέρας ψυχάς, πρὶν καὶ ἡμᾶς γεγονέναι, καὶ εἰ μὴ ταῦτα, οὐδὲ τάδε; Ὑπερφυῶς, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ Σιμμίας, δοκεῖ μοι ἡ αὐτὴ ἀνάγκη εἶναι, καὶ εἰς καλόν γε καταφεύγει ὁ λόγος εἰς τὸ ὁμοίως εἶναι
77 τήν τε ψυχὴν ἡμῶν, πρὶν γενέσθαι ἡμᾶς, καὶ τὴν οὐσίαν, ἣν σὺ νῦν λέγεις. οὐ γὰρ ἔχω ἔγωγε οὐδὲν οὕτω μοι ἐναργὲς ὄν, ὡς τοῦτο, τὸ πάντα τὰ τοι-

E. οὕτως καὶ τὴν] Tur. οὕτω καί. v. ad Gorg. p. 522 C. Prot. p. 351. B.

P. 77. ἣν νῦν σὺ λέγεις] νῦν post λέγεις ponit Vat. Flor. d. Zitt. Mox pro πάντα Vat. Vind. Φ. Par. C. Ambr. Flor. d. i. m. et a sec. m. Bodl ἅπαντα.

καὶ ἔμοιγε ἱκανῶς ἀποδ.] Tub. καὶ ἐμοὶ δοκεῖ ἱκανῶς.

Cap. XXII. καὶ ἐπὶ ταύτην τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων π.] Prorsus eodem modo p. 75 B. τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων ἴσα. Verissime Fischerus ad h. l. docuit, in formulis ex articulo et nominibus, quibus praepositio aliqua praemissa sit, compositis eam poni solere praepositionem, quam requirat natura et ingenium verborum, quae formulis illis addita sint. v Apolog. Socrat. p. 32. B. Phaed. p. 58. A. s. cap. I. init. coll. Matth. §. 596. 5. a. et b. Atque eadem ratio est adverbiorum motum in locum vel de loco significantium. Infra c. LVI. ᾧ προστέταχται τοὺς ἐνθένδε ἐκεῖσε πορεύσαι, ubi codd. quidam male ἐνθάδε exhibent. Gorg. p. 472. B. ἤντιν' ἂν βούλῃ τῶν ἐνθένδε ἐκλέξασθαι, ubi codd. itidem ἐνθάδε, quod merito repudiavit Heindorf. Plura dabit Heindorf. ad Gorg. l. c. et ad Cratyl. §. 58. cf. Hermann. ad Viger. p. 893. ad Sophocl. Electr. 135. Buttm. §. 138. 8.

E. οὕτως ὥςπερ καὶ ταῦτα ἔστι, οὕτως καὶ τ.] Iterari solere καὶ in huiusmodi comparationibus narravimus ad p. 64. C. et ad Apolog. Socrat. p. 22. C. c. VIII. Sed notandum est etiam οὕτως hoc loco repeti ut Demosthen. Olynth. I. p. 13. ed. Reisk. μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥςπερ οἱ δανειζόμενοι — οὕτω καὶ ὑμεῖς κ. τ. λ. Atque ita sexcentis locis. Ad rem ipsam quod attinet, animos ante hanc vitam olim in beato cum diis commercio viguisse, pulcherrimo mytho declaratur

αὖτα εἶναι ὡς οἷόν τε μάλιστα, καλόν τε καὶ ἀγαθὸν καὶ τἆλλα πάντα, ἃ σὺ νῦν δὴ ἔλεγες· καὶ ἔμοιγε ἱκανῶς ἀποδέδεικται.

Τί δὲ δὴ Κέβητι; ἔφη ὁ Σωκράτης· δεῖ γὰρ καὶ Κέβητα πείθειν. Ἱκανῶς, ἔφη ὁ Σιμμίας, ὡς ἔγωγε οἶμαι· καίτοι καρτερώτατος ἀνθρώπων ἐστὶ πρὸς τὸ ἀπιστεῖν τοῖς λόγοις. ἀλλ' οἶμαι οὐκ ἐνδεῶς τοῦτο πεπεῖσθαι αὐτόν, ὅτι, πρὶν γενέσθαι ἡμᾶς, ἦν ἡμῶν B ἡ ψυχή.

Cap. XXIII. Εἰ μέντοι καὶ ἐπειδὰν ἀποθάνωμεν ἔτι ἔσται, οὐδ' αὐτῷ μοι δοκεῖ, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἀποδεδεῖχθαι, ἀλλ' ἔτι ἐνέστηκεν ὃ νῦν δὴ Κέβης ἔλεγε, τὸ τῶν πολλῶν, ὅπως μὴ ἅμα ἀποθνήσκοντος τοῦ ἀνθρώπου διασκεδάννυται ἡ ψυχὴ καὶ αὐτῇ τοῦ εἶναι τοῦτο τέλος ᾖ. τί γὰρ κωλύει

Bodl. Ven. *Π.* et corr. Par. *καὶ μοὶ ἐδόκει ἱκανῶς*: dein Ven. *Π.* in marg. *ἀποδεδεῖχθαι*. Sed margo Bodl. *καὶ ἔμοιγε ἱκανῶς*.

Cap. XXIII. B. *διασκεδάννυται ἡ ψυχή*] In Bodl. superscriptum *διασκεδαννύηται*. De hac forma coniunctivi infra dictum a nobis est. Mox Bekk. sine libris *ἁμόθεν ποθὲν* pro *ἄλλοθεν ποθέν*.

in Phaedro p. 245 sqq. cuius mythi sententiam Plato hoc Phaedonis loco fecit clariorem et illustriorem. conf. Phileb. p. 81.

ἄλλως] frustra, usu frequenti.

εἰς καλόν γε] i. e. opportune, ut Symp. p. 174. E. Mem. p. 90. A. Hipp. mai. p. 286. E. Euthydem. p. 275. B. Theag. p. 122. A. Xenoph. Symp. I. 4. Similiter *ἐν καλῷ* dicitur De Rep. IX. p. 571. ubi v. ann.

P. 77. *καρτερώτατος ἀνθρ.*] *Καρτεροὶ* et *μαλακοὶ* saepe apud Platonem vocantur ii, qui in disputando constantes sunt et pertinaces, vel minus facile aliis cedunt.

Cap. XXIII. B. *ἀλλ' ἔτι ἐνέστηκεν*] h. e. adhuc obstat. Demosthen. adv. Callicl. p. 1274. *ἐὰν δ' ἐνστῇ τι*, si quid obstet, dicitur de impedimentis torrenti obiectis. Deinde libri omnes *ὅπως μὴ — διασκεδάννυται*, praeterquam quod in Bodl. scriptum legitur

η
διασκεδαννυται, hac annot. in
τ τ
margine apposita: *ὁρ ἀν. ὑπ.* h. e. *ὁριστικὸν ἀντὶ ὑποτακτικοῦ*, quo nemo est quin videat vulgatam lectionem non modo non suspectam reddi, sed etiam confirmari. Similis forma coniunctivi mox D. legitur in verbis *μὴ — διαφυσᾷ καὶ διασκεδάννυσιν*, ubi tamen Hermann. De Part. *ἄν* p. 120. indicativum agnoscit. v. Buttmann. Gramm. ampl. I. p. 520., qui laudat etiam Lucian. de Saltat. 70.

γίγνεσθαι μὲν αὐτὴν καὶ ξυνίστασθαι ἄλλοθέν ποθεν καὶ εἶναι, πρὶν καὶ εἰς ἀνθρώπειον σῶμα ἀφικέσθαι, ἐπειδὰν δὲ ἀφίκηται καὶ ἀπαλλάττηται τούτου, τότε καὶ αὐτὴν τελευτᾶν καὶ διαφθείρεσθαι;
C Εὖ λέγεις, ἔφη, ὦ Σιμμία, ὁ Κέβης. φαίνεται γὰρ ὥσπερ ἥμισυ ἀποδεδεῖχθαι οὗ δεῖ, ὅτι, πρὶν γενέσθαι ἡμᾶς, ἦν ἡμῶν ἡ ψυχή· δεῖ δὲ προσαποδεῖξαι, ὅτι καί, ἐπειδὰν ἀποθάνωμεν, οὐδὲν ἧττον ἔσται ἢ πρὶν γενέσθαι, εἰ μέλλει τέλος ἡ ἀπόδειξις ἕξειν.
Ἀποδέδεικται μέν, ἔφη, ὦ Σιμμία τε καὶ Κέβης, ὁ Σωκράτης, καὶ νῦν, εἰ θέλετε συνθεῖναι τοῦτόν τε τὸν λόγον εἰς ταὐτὸν καὶ ὃν πρὸ τούτου ὡμολογήσαμεν, τὸ γίγνεσθαι πᾶν τὸ ζῶν ἐκ τοῦ τεθνεῶτος. εἰ γὰρ ἔστι μὲν ἡ ψυχὴ καὶ πρότερον, ἀνάγκη δ'

Cap. XXXII. *Εἰς δέ γε θεῶν γένος*—] Locus multum vexatus, de cuius tamen scriptura codd. nihil propemodum variant. Bodl. Tubing. aliique: *ἀλλ' ἢ τῷ φιλομαθεῖ* Vatican. *οὐ θέμις ἀφικνεῖσθαι οὐδ' ἄλλῳ ἢ τῷ φιλομαθεῖ.* Ex quibus alterum difficultates, si quae sint, non tollit, alterum, quod grammatici emplastri speciem habet, mirum quantum languoris affert orationi. Itaque Wyttenbach. verbis transpositis scribendum putabat: *εἰς δέ γε θεῶν γένος μὴ οὐ θέμις ἀφικνεῖσθαι ἄλλῳ ἢ τῷ φιλομαθεῖ φιλοσοφήσαντι καὶ παντελῶς καθαρῶς ἀπιόντι*, in deorum autem genus nefas est alii pervenire, quam doctrinae studioso philosophato et plane puro abeunti. Heindorfius autem germanam scripturam fuisse hanc suspicabatur: *ἀλλὰ μόνῳ τῷ φιλομαθεῖ τούτων ἕνεκα κ. τ. λ.* Vereor tamen ulla ut opus sit verborum correctione. Videtur enim istud: *ἄλλῳ ἢ τῷ φιλομαθεῖ*, per epexegesin additum esse superiori *μὴ φιλοσοφήσαντι καὶ παντελῶς καθαρῷ*, quia *ὁ φιλομαθής*, qui idem est *ὁ φιλοσοφήσας*, luculentius opponitur *τοῖς φιλοχρημάτοις, φιλάρχοις* et *φιλοτίμοις*, qui deinceps commemorantur. Quocirca oppositionis ratio effecit, ut sententia isto modo dilatata sit atque unam eandemque rem bis designatam habeamus. Veram esse hanc sententiam nostram, unumquemque docebunt, quae proxime deinceps disputantur, in quibus identidem *οἱ φιλομαθεῖς* ceteris e regione ponuntur. Ce-

μιῶν ἁπασῶν καὶ καρτεροῦσι καὶ οὐ παραδιδόασιν αὑταῖς ἑαυτούς, οὗ τι οἰκοφθορίαν τε καὶ πενίαν φοβούμενοι, ὥςπερ οἱ πολλοὶ καὶ φιλοχρήματοι, οὐδὲ αὖ ἀτιμίαν τε καὶ ἀδοξίαν μοχθηρίας δεδιότες, ὥςπερ οἱ φίλαρχοί τε καὶ φιλότιμοι, ἔπειτα ἀπέχονται αὐτῶν. Οὐ γὰρ ἂν πρέποι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ D *Κέβης. Οὐ μέντοι μὰ Δία, ἦ δ' ὅς. τοιγάρτοι τούτοῖς μὲν ἅπασιν, ἔφη, ὦ Κέβης, ἐκεῖνοι, οἷς τι μέλει τῆς αὑτῶν ψυχῆς, ἀλλὰ μὴ σώματα πλάττοντες ζῶσι, χαίρειν εἰπόντες οὐ κατὰ ταὐτὰ πορεύονται*

οὗ τι οἰκοφθορίαν] Sic Bodl. Ven. *Α Π.* Par. ACHI. Flor. a. b. c. d. i. m. et pr. Coisl. Par. G. Vulgo *οὔτε οἰκοφθ.* Par. E. *οὔτοι*, quod in Vind. *Φ.* superscriptum. conf. p. 81. D. ibique ann.

terum Plato ipse Reip. II. p. 376. B. *τό γε φιλομαθὲς καὶ φιλόσοφον ταὐτόν.* Ibid. IX. p. 589. B. *φιλομαθὲς δὴ καὶ φιλόσοφον αὐτὸ καλοῦντες κατὰ τρόπον ἂν καλοῖμεν.*

οὗ τι οἰκοφθορίαν τε καὶ π. φ.] Voc. *οἰκοφθορίαν*, rei familiaris iacturam, explicuit Wyttenbach. ad Plutarch. p. 66. Proxima *οὐδὲ αὖ — ἀπέχονται αὐτῶν* integram per se sententiam efficere verissime monuit Heindorf. De *ἔπειτα* post participium illato v. annot. ad p. 70. E. De sententia conf. Theaetet. p. 176

D. *σώματα πλάττοντες ζ.*] Dicuntur *σῶμα πλάττειν* proprie, qui corpus artificiose fingunt et formant, similiter atque Latine homines delicati dicuntur fingere incessum, fingere vultum. Quod quum indicium sit insignis cuiusdam corporis curae, facile, opinor, intelligitur sensum verborum esse hunc: qui quidem animum suum curant, neque corpus unice colunt et fovent. Itaque non placet Heindorfii sententia, qui in *πλάττοντες* latere suspicatur verbum aliquod significatione serviendi blandiendique praeditum. Neque etiam numerus pluralis *σώματα* offendit, quum haec dicantur de iis omnibus, qui corporis maiorem curam gerunt quam animi. Quid, quod isto multitudinis numero res ipsa etiam gravius et maiore cum contemtu significatur, quam numero singulari, quo Heindorf. opus esse putabat. — *χαίρειν εἰπόντες*, h. e. non curantes, spernentes et contemnentes.

Cap. XXXIII. *γιγνώσκουσι γάρ - οἱ φιλομαθεῖς*] Animadvertenda est vis et consuetudo nominum *φιλομαθὴς* et *φιλόσοφος*, quae subinde idem significant, quum *φιλομαθὴς* sit genus, *φιλόσοφος* species; omnis *φιλόσοφος* et *φιλομαθής*, at non contra omnis *φιλομαθὴς* idem sit *φιλόσοφος*. Quam consuetudinem Cicero secutus frequens doctos et doctissimos pro philosophis dixit. Platoni Phaedone p. 67. B. *οἱ ὀρθῶς φιλομαθεῖς* sunt philosophi:

αὐτοῖς, ὡς οὐκ εἰδόσιν ὅπῃ ἔρχονται, αὐτοὶ δὲ ἡγούμενοι οὐ δεῖν ἐναντία τῇ φιλοσοφίᾳ πράττειν καὶ τῇ ἐκείνης λύσει τε καὶ καθαρμῷ ταύτῃ τρέπονται, ἐκείνῃ ἑπόμενοι, ᾗ ἐκείνη ὑφηγεῖται.

Cap. XXXIII. Πῶς, ὦ Σώκρατες; Ἐγὼ ἐρῶ, ἔφη. γιγνώσκουσι γάρ, ἦ δ' ὅς, οἱ φιλομαθεῖς, ὅτι παραλαβοῦσα αὐτῶν τὴν ψυχὴν ἡ φιλοσοφία ἀτεχνῶς E διαδεδεμένην ἐν τῷ σώματι καὶ προσκεκολλημένην, ἀναγκαζομένην δὲ ὥςπερ δι' εἱργμοῦ διὰ τούτου σκοπεῖσθαι τὰ ὄντα, ἀλλὰ μὴ αὐτὴν δι' αὐτῆς, καὶ

D. σώματα πλάττοντες] Bodl. a pr. m. et Ven. *Π.* Tub. σώματι. Orellius coni. σῶμα τι, quod Turicc. non debebant recipere.

ἀτεχνῶς διαδεδεμένην] δεδεμένην Vat. Ambr. et a pr. m. Flor. δεδεμένην.

idem p. 83. E. Republ. V. p. 466. quo pertinet Procli Quaestio p. 422. τίς ἡ τῶν φιλοσόφων φιλομαθία καὶ ἡ τῶν πολλῶν. Republ. IV. p. 506. C. de optimo genere hominum, quod φιλοκερδεῖ et φιλοτίμῳ opponitur, φιλομαθὲς δὲ καὶ φιλόσοφον καλοῦντες αὐτὸ κατὰ τρόπον ἄν καλοῖμεν. VI. p. 467. D. τοῦτο μὲν δὴ τῶν φιλοσόφων φύσεων πέρι ὡμολογήσθω ἡμῖν, ὕτι μαθήματός γε ἀεὶ ἐρῶσιν, ὅσα ἂν αὐτοῖς δηλοῖ ἐκείνης τῆς οὐσίας τῆς ἀεὶ οὔσης καὶ μὴ πλανωμένης ὑπὸ γενέσεως καὶ φθορᾶς. Republ. VI. p. 471. E. ὅ γε ὄντως φιλομαθής. Wyttenbach.

E. ὅτι παραλαβοῦσα αὐτῶν τ. ψ.] Παραλαμβάνειν dicitur de omnibus iis, qui aliquem accipiunt instituendum, erudiendum, praeceptis, monitis, consiliis augendum et formandum, omninoque tractandum, ut hoc loco de philosophia, quae studet animum a vinculis corporis liberare et exsolvere. De quo usu verbi v. Alcibiad. I. p. 121. E. Apol. p. 18. B. Quia autem ostendit simul Socrates, qualis sit animi in corpore conditio, infra demum multis versibus post ad institutam disputationis seriem revertitur: quae res ordinem verborum et orationis sensum paullo impeditiorem et obscuriorem reddit. — Dicitur vero animus in corpore tanquam carcere quodam vinctus teneri eique quasi agglutinatus esse: quo indicare voluit philosophus, tam arctam esse animi atque corporis copulationem, ut ille omnia corporis opera et ministerio interveniente considerare soleat. Cratyl. p. 400. B. καὶ γὰρ σῆμά τινές φασιν αὐτό (τὸ σῶμα) εἶναι τῆς ψυχῆς ὡς τεθαμμένης ἐν τῷ νῦν παρόντι. Hinc intelligitur, quid sit ὥςπερ δι' εἱργμοῦ — σκοπεῖσθαι τὰ ὄντα. Ita enim scribendum esse, neque vero εἰργμοῦ, quod in libris aliquot hic et deinde scriptum exstat, docent verba Eustathii ad Odyss. α. p. 1387. ed. Rom. καὶ τὸ εἴργω δὲ ἐπὶ μὲν τοῦ κωλύω ἐψιλουν (οἱ Ἀττικοί), καὶ δῆλον ἐκ τοῦ ἀπείργειν. ἐπὶ δὲ τοῦ ἐγκλείω ἐδάσυνον, ὡς δηλοῖ τὸ καθειργειν· ὅθεν καὶ δασύνεται καὶ ἡ εἰρκτή.

ἐν πάσῃ ἀμαθίᾳ κυλινδουμένην, καὶ τοῦ εἱργμοῦ τὴν
δεινότητα κατιδοῦσα, ὅτι δι' ἐπιθυμίας ἐστίν, ὡς
83 *ἂν μάλιστα αὐτὸς ὁ δεδεμένος ξυλλήπτωρ εἴη τῷ δε-*
δέσθαι, — ὅπερ οὖν λέγω, γιγνώσκουσιν οἱ φιλομα-
θεῖς, ὅτι οὕτω παραλαβοῦσα ἡ φιλοσοφία ἔχουσαν
αὐτῶν τὴν ψυχὴν ἠρέμα παραμυθεῖται καὶ λύειν
ἐπιχειρεῖ ἐνδεικνυμένη, ὅτι ἀπάτης μὲν μεστὴ ἡ διὰ
τῶν ὀμμάτων σκέψις, ἀπάτης δὲ ἡ διὰ τῶν ὤτων
καὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων, πείθουσα δὲ ἐκ τούτων
μὲν ἀναχωρεῖν ὅσον μὴ ἀνάγκη αὐτοῖς χρῆσθαι, αὐ-
τὴν δὲ εἰς αὑτὴν ξυλλέγεσθαι καὶ ἀθροίζεσθαι πα-
ρακελευομένη, πιστεύειν δὲ μηδενὶ ἄλλῳ ἀλλ' ἢ αὐ-

E. *κυλινδουμένην*] V. *καλινδουμένην*, quod hic quoque optimi plurimique libri aspernantur. Dein Flor. d. *ὃ δι' ἐπιθυμίας ἐστίν*.

P. 83. *ἐκ τούτων μὲν ἀναχωρεῖν*] *ἀποχωρεῖν* Vat. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Ambr. et a pr. m. Flor. d.

C. *ἐπιθυμιῶν καὶ λυπῶν*] *λυπῶν καὶ ἐπιθυμιῶν* Vat. Vind. *Φ.* Par. G. Ambr. Flor. d. Eodem ordine iidem libri mox cum

ἐν πάσῃ ἀμαθίᾳ κ.] Politic. p. 309. A. *ἐν ἀμαθίᾳ καὶ ταπεινότητι κυλινδούμενοι*. Theaet. p. 172. D. *ἐν δικαστηρίοις ἐκ νέων κυλινδούμενοι*. Synes. Epist. 32. *ἐν καπηλείοις κυλινδηθείς*. Alia dabit Bergler. ad Alciphr. T. I. p. 132.

ὅτι δι' ἐπιθυμίας ἐστίν, ὡς ἂν μ. — τῷ δεδέσθαι] Heindorfius *τὸ δι' ἐπιθυμίας εἶναι* passive capiendum putabat, ut *διὰ χαρίτων*, *διὰ σπουδῆς*, *διὰ μνήμης*, *δι' εὐχῆς εἶναι* atque *ὡς* pro *ὥστε* dictum accipiebat, ut idem etiam exprimi sic potuerit: *ὥστε ἂν μάλιστα τὸν δεδεμένον ξυλλήπτορα εἶναι τῷ δεδέσθαι*. Quae ratio non uno nomine displicet. Imo *ὁ εἱργμὸς* dicitur *δι' ἐπιθυμίας εἶναι*, quatenus per cupiditatem extitit; id quod recte vidit Hermannus. In quo ipso diritas claustri istius cernitur; nam *ἐπιθυμία* ipsius animi est, sicuti Rep. IV. p. 436. Tim. p. 69. C. D. Phileb. p. 35. O. al. edocemur. Itaque captivus ipse dicitur *ξυλλήπτωρ εἶναι τῷ δεδέσθαι*. Nam *ὡς ἂν — εἴη* est: quomodo — esse possit, sicuti *ὡς ἄν* c. optativo usurpatur etiam Phaedr. p. 230. B. 231. A. 205. D. Gorg. p. 453. A. al. pendetque ex *δι' ἐπιθυμίας ἐστίν*. Itaque totus locus sic interpretandus est: et quum philosophia diritatem claustri istius perspexit, quippe quod extitit per cupiditatem ac studium, quomodo potissimum vinctus ipse adiuvare queat captivitatem suam. Pro *τῷ δεδέσθαι* facile quis cum Heindorfio desideraverit *τοῦ δεδέσθαι*, quae est verbi *συλλαμβάνειν* et *ξυλλήπτορα εἶναι* usitata constructio, de qua consulas Matthiae Gr. Gr. §. 325. Cautius tamen hac de re statuendum. Nam dativum codd. omnes tuentur; nec videmus

τὴν αὐτῇ, ὅ τι ἂν νοήσῃ αὐτὴ καθ' αὑτὴν αὐτὸ καθ' αὐτὸ τῶν ὄντων· ὅ τι δ' ἂν δι' ἄλλων σκοπῇ ἐν B ἄλλοις ὂν ἄλλο, μηδὲν ἡγεῖσθαι ἀληθές· εἶναι δὲ τὸ μὲν τοιοῦτον αἰσθητόν τε καὶ ὁρατόν, ὃ δὲ αὐτὴ ὁρᾷ νοητόν τε καὶ ἀειδές. ταύτῃ οὖν τῇ λύσει οὐκ οἰομένη δεῖν ἐναντιοῦσθαι ἡ τοῦ ὡς ἀληθῶς φιλοσόφου ψυχὴ οὕτως ἀπέχεται τῶν ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ λυπῶν καὶ φόβων καθ' ὅσον δύναται, λογιζομένη, ὅτι, ἐπειδάν τις σφόδρα ἡσθῇ ἢ φοβηθῇ ἢ λυπηθῇ ἢ ἐπιθυμήσῃ, οὐδὲν τοσοῦτον κακὸν ἔπαθεν ἀπ' αὐτῶν, ὅσον ἄν τις οἰηθείη, οἷον ἢ νοσήσας ἢ τι ἀναλώσας διὰ τὰς ἐπιθυμίας, ἀλλ' ὃ C

Iambl. ἢ λυπηθῇ ἢ φοβηθῇ. Non male; quanquam veterem lectionem non sum ausus mutare.

ὅσον ἄν τις οἰηθείη] Codd. Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π.* Vind. *Φ.* Par. CEGHIL. Ambr. Aug. Flor. a. b. d. i. m. ὧν ἄν τις οἰηθείη, quod e compendio scripturae natum videtur. Recte Bas. 1. et Steph. ὅσον ἄν τις, quod praeter Flor. c. Zitt. Par. A. tuetur etiam Coisl.

gravem eius mutandi necessitatem, modo eum cum εἴη arctius cohaerere animadverterimus, hoc sensu: quomodo ipse vinctus *captivitati suae sit* adiutor.

P. 83. ῥῆμα παραμυθεῖται] Vide p. ad 70. B.

B. ὅ τι δ' ἂν δι' ἄλλων — ἐν ἄλλοις ὂν ἄλλο] Opponitur δι' ἄλλων praecedenti αὐτὴ καθ' αὑτὴν, ita ut significet δι' αἰσθήσεων vel διὰ τοῦ σώματος. Eodem modo τὸ ἐν ἄλλοις ὂν ἄλλο opponitur τῷ καθ' αὑτό, ita ut intelligendae sint res sensibus subiectae, quae, quoniam obnoxiae sunt perpetuae vicissitudini et mutationi, ἐν ἄλλοις ἄλλα esse dicuntur. Nam illud, quod aequale, pulcrum, magnum, parvum vocamus, sibi nullo modo constat, sed alio tempore aliud videtur; ipsa autem aequalitas, pulchritudo, magnitudo eadem est ac sibi semper similis. — τῶν ὄντων pendet e pronomine ὅ τι.

οὕτως ἀπέχεται τῶν ἡδ.] Ita οὕτως post participia poni, dictum est ad p. 61. C.

ἔπαθεν ἀπ' αὐτῶν] Sc. τῶν ἡδονῶν καὶ φόβων καὶ λυπῶν καὶ ἐπιθυμιῶν, quod ex verbis praecedentibus cogitatione repetendum. Istud ἀπὸ autem ne quis in ὑπὸ mutandum aut pro eo positum opinetur, in huiusmodi locis indicat alicuius rei occasionem vel opportunitatem, non ipsam causam efficientem. v. Hermann. ad Sophocl. Electr. v. 65. Itaque haec ita convertas: indem sie bedenkt, dass, wenn jemand sehr heftig sich freut oder fürchtet, — er nicht (etwa nur) ein so grosses Uebel von daher erleidet etc. Praeterea notandum τοσοῦτον nunc minuendi potius quam augendi significationem habere, qui usus latuisse

πάντων μέγιστόν τε κακὸν καὶ ἔσχατόν ἐστι, τοῦτο πάσχει καὶ οὐ λογίζεται αὐτό. Τί τοῦτο, ὦ Σώκρατες; ἔφη ὁ Κέβης. Ὅτι ψυχὴ παντὸς ἀνθρώπου ἀναγκάζεται ἅμα τε ἡσθῆναι ἢ λυπηθῆναι σφόδρα ἐπί τῳ καὶ ἡγεῖσθαι, περὶ ὃ ἂν μάλιστα τοῦτο πάσχῃ, τοῦτο ἐναργέστατόν τε εἶναι καὶ ἀληθέστατον, οὐχ οὕτως ἔχον. ταῦτα δὲ μάλιστα * τὰ * ὁρατά. ἢ οὔ; Πάνυ γε. Οὐκοῦν ἐν τούτῳ τῷ πάθει μάλιστα καταδεῖται ψυχὴ ὑπὸ σώματος; Πῶς δή; Ὅτι ἑκάστη ἡδονὴ καὶ λύπη ὥσπερ ἧλον ἔχουσα προσηλοῖ αὐτὴν πρὸς τὸ σῶμα καὶ προσπερονᾷ καὶ ποιεῖ σωματοειδῆ, δοξάζουσαν ταῦτα ἀληθῆ εἶναι, ἅπερ ἂν καὶ τὸ σῶμα φῇ. ἐκ γὰρ τοῦ ὁμοδοξεῖν τῷ σώματι καὶ τοῖς αὐτοῖς χαίρειν ἀναγκάζεται, οἶμαι,

C. μέγιστόν τε κακόν] Sic Bodl. Vat. Ven. Π. Vind. Φ. Par. CGI. Ambr. Aug. Vett. editt. κακῶν.

Ὅτι ψυχὴ παντὸς ἀνθρ.] V. Ὅτι ἡ ψυχή, quod cum Bodl. Coisl. Vat. Ven. Π. Tub. Aug. Par. G. Ambr. correctum.

ἐπί τῳ καὶ ἡγ.] Perperam Steph. ἐπὶ τῷ καὶ ἡγ. quum iam Aldus et Bass. emendatam habeant scripturam.

εἶναι καὶ ἀληθέστατον] Sic codd. plerique omnes, in iisque Bodl. Coisl. Vat. Ven. ΞΠ. Tub. Flor. d. Vulgo legebatur καὶ ἀληθέστατον εἶναι.

μάλιστα τὰ ὁρατά] τὰ cum Bekkero inserui de coniectura Heindorfii.

videtur interpretes. Nec tamen rara sunt eius exempla. v. Sophist. p. 217. E. De Rep. X. p. 608. B. Schaefer. Praefat. ad Julian. Or. p. XII. Lexic. Xenophont. T. IV. p. 320. et de simili usu Lat. tantum Manut. ad Cicer. Epist. l. 7. Vulgo in talibus locis μόνον intelligendum existimant, cuius vocis notio utique proximorum verborum oppositione continetur, quae efficit, ut τοσοῦτον cum τοιούτοις pronuntiari debeat. v. Schaeferum ad Lambert. Bos. p. 308 sq.

C. Ὅτι ψυχὴ παντὸς ἀνθρώπου] Ante ψυχὴ et σῶμα, quando de genere dicuntur, saepenumero articulum omitti iam alibi monuimus. Sic paullo post: καταδεῖται ψυχὴ ὑπὸ σώματος, ubi vulgo legitur καταδεῖται ἡ ψυχὴ ὑπὸ σώματος. Sed verissime observavit Heindorf. ad p. 64. E., ubi duo nomina aliquo modo inter se iuncta pariter definita sint aut indefinita, articulum fere aut praefigi utrique aut in utroque omitti. Quocirca aut ἡ ψυχὴ ὑπὸ τοῦ σώματος dicendum fuit, aut articulo utrinque abiecto ψυχὴ ὑπὸ σώματος. Quanquam haec lex non est adeo immutabilis, ut non subinde ab ea recedatur. v. Legg. X p. 896. O. sqq.

D. καὶ οἷα μηδέποτε —

ὁμότροπός τε καὶ ὁμότροφος γίγνεσθαι καὶ οἷα μηδέποτε καθαρῶς εἰς Ἅιδου ἀφικέσθαι, ἀλλ' ἀεὶ τοῦ σώματος ἀναπλέα ἐξιέναι, ὥστε ταχὺ πάλιν πίπτειν εἰς ἄλλο σῶμα καὶ ὥσπερ σπειρομένη ἐμφύεσθαι, καὶ ἐκ τούτων ἄμοιρος εἶναι τῆς τοῦ θείου τε καὶ καθαροῦ καὶ μονοειδοῦς συνουσίας. Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις, ὁ Κέβης, ὦ Σώκρατες. E

Cap. XXXIV. Τούτων τοίνυν ἕνεκα, ὦ Κέβης, οἱ δικαίως φιλομαθεῖς κόσμιοί τ' εἰσὶ καὶ ἀνδρεῖοι, οὐχ ὧν οἱ πολλοὶ ἕνεκά φασιν. ἢ σὺ οἴει; Οὐ δῆτα ἔγωγε. Οὐ γάρ· ἀλλ' οὕτω λογίσαιτ' ἂν 81
ψυχὴ ἀνδρὸς φιλοσόφου, καὶ οὐκ ἂν οἰηθείη τὴν μὲν φιλοσοφίαν χρῆναι ἑαυτὴν λύειν, λυούσης δὲ ἐκείνης αὐτὴν παραδιδόναι ταῖς ἡδοναῖς καὶ λύπαις ἑαυτὴν

D. καταδεῖται ψυχή] V. ἡ ψυχή. Articulum recte omittunt Bodl. Vat. Coisl. Ven. ΞΠ. Tub. Par. CGHL. Flor. a. m. Zitt. Sequitur enim ὑπὸ σώματος. Alioquin e Vat. Vind. Φ. Par. GL. Ambr. et rec. Bodl. ὑπὸ τοῦ σώματος fuerit recipiendum.

καὶ οἷα μηδέποτε] V. οἷα, quod Bekkerus e Bodl. Coisl. Ven. Ξ. Vind. ΥΦ. Par. GI. emendavit. Deinde τοῦ σώματος ἀναπλέα Bodl. Ven. Π. Tub. Vulgo ἀναπλέα τοῦ σώματος. Vind. Φ. ἀνάπλεω. Aug. ex corr. ἀνάπλεως, quod firmant alii, in quibus est ἀνάπλεα.

κοσμιοί τ' εἰσὶ καὶ ἀνδρεῖοι] τε e Vat. Ven. Π. Vind. Φ. Par G. Ambr. Flor. d. et rec. Bodl. additum.

ἀφικέσθαι] h. e. καὶ τοιαύτη, ὥστε μηδέποτε ἀφ. Male vulgo οἷα, quod mireris etiam Heindorfios et Wyttenbachios fefellisse.

τοῦ σώματος ἀναπλέα] corpore polluta et inquinata. vid. Ruhnken. ad. Tim. Gloss. p. 30 sqq.

Cap. XXXIV. οἱ δικαίως φιλομαθεῖς] Intelliguntur οἱ ὀρθῶς φιλόσοφοι. v. ad c. XXXIII. in.

κόσμιοι] h. e. σώφρονες, qui cupiditatibus abstinent, non iis indulgent.

ἀνδρεῖοι] ut Lat. fortes, qui voluptates spernunt, repudiant, neque earum illecebris cedunt.

οὐχ ὧν οἱ πολλοὶ ἕνεκά φασι] Hoc dicit Socrates: Sapientes temperantes sunt atque fortes non propter ea, propter quae vulgus hominum censet eos fortes atque temperantes esse. Itaque frustra C. Fr. Hermannus locum de vitio suspectum habuit, qui primum quidem in Diar. Schol. Darmstad. a. 1830. Sect. II. n. 41. verba ἕνεκά φασι e glossemate orta putavit, postea autem in Museo Rhen. a. 1845. Vol. IV. Fas. 3. et in Scriptis

πάλιν αὖ ἐγκαταδεῖν καὶ ἀνήνυτον ἔργον πράττειν, Πηνελόπης τινὰ ἐναντίως ἰστὸν μεταχειριζομένης· ἀλλὰ γαλήνην τούτων παρασκευάζουσα, ἑπομένη τῷ λογισμῷ καὶ ἀεὶ ἐν τούτῳ οὖσα, τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ θεῖον καὶ τὸ ἀδόξαστον θεωμένη καὶ ὑπ' ἐκείνου
B τρεφομένη ζῆν τε οἴεται οὕτω δεῖν, ἕως ἂν ζῇ, καὶ ἐπειδὰν τελευτήσῃ, εἰς τὸ ξυγγενὲς καὶ εἰς τὸ τοιοῦτον ἀφικομένη ἀπηλλάχθαι τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν. ἐκ δὴ τῆς τοιαύτης τροφῆς οὐδὲν δεινὸν μὴ φοβη-

P. 84. πάλιν αὖ ἐγκαταδεῖν] αὖ om. Vat. Vind. Φ. Par. G. Flor. c. d. Zitt. Dein marg. Bodl. ἐπικαταδεῖν.

ἰστὸν μεταχειριζομένης] Sic libri omnes praeter Vat. Ven. Ξ. Ambr. Flor. a. d et Par. G. rec., qui cum editt. omnibus habent μεταχειριζομένην. Genitivum etiam Iamblichus tuetur. Et recte is se habet, si quidem μεταχειριζομένης non ad animam referendum est, verum ad philosophiam, ut cohaereat participium non cum Πηνελόπης, sed cum praecedentibus illis, λυούσης δὲ ἐκείνης. Enimvero animus est veluti ἱστός, in quo tractando philosophia occupata est. Verum vidit Hermannus l. c.

B. ζῆν τε οἴεται οὕτω δεῖν] Sic Bodl. Ven. Π. Tub. Iamblich. Vett. editt. hunc habent verborum ordinem, ζῆν τε οἴεται δεῖν οὕτως. Vat. Vind. Φ. Par. G. Ambr. Flor. d. ζῆν τε οὕτως οἴεται, quod susceperunt Bekker. et Turr.

ἐκ δὴ τῆς τοιαύτης] Bekker ex uno Ven. Π. δὴ in δὲ

Miscell. p. 80. censuit pro φασὶ scribi oportere φαίνονται.

P. 84. καὶ ἀνήνυτον — μεταχειριζομένης] Penelope enim, ut narrat Homer. Odyss. II. 104 sqq. quo procos falleret, retexebat noctu quae interdiu texuisset: sed philosophia telam propemodum retextam rursus contexi videt, quandoquidem animus per philosophiam a corporis vinculis liberatus denuo illius illecebris capi sese patitur. Hinc intelligitur, quid sit ἐναντίως. Ceterum verba ita interpretanda sunt: αὐτὴν παραδιδόναι — ὥστε πάλιν αὖ ἐγκαταδεῖν, voluptatibus et doloribus se rursus tradere constringendum et opus irritum facere.

γαλήνην, τούτων π.] Hoc pronomen Heindorf. refert ad verba τὸ ἀνήνυτον ἔργον πράττειν Π. τ. ἐν ἰστ. μ. Rectius, opinor, Fischerus intelligit τῶν ἡδονῶν καὶ λυπῶν.

καὶ ἀεὶ ἐν τούτῳ οὖσα] H. e. et semper in eo occupata, s. id semper agens, ut rationi obtemperet. v. ad Criton. p. 47. B. Menex. p. 244. C.

τὸ ἀδόξαστον] Intelligitur illud, quod quia certam veramque scientiam (ἐπιστήμην) efficit, incertam opinionis rationem (δόξαν) prorsus aspernatur. Etenim δόξα oritur e consideratione rerum sensibus subiectarum; ἐπιστήμη autem est scientia, quae veritatis aeternae, h. e. idearum, contemplatione comparatur.

B. ἐκ δὴ τῆς τ. τ. οὐδὲν δεινὸν μή —] h. e. non est

θῇ, ταῦτά γε ἐπιτηδεύσασα, ὦ Σιμμία τε καὶ Κέβης, ὅπως μὴ διασπασθεῖσα ἐν τῇ ἀπαλλαγῇ τοῦ σώματος ὑπὸ τῶν ἀνέμων διαφυσηθεῖσα καὶ διαπτομένη οἴχηται καὶ οὐδὲν ἔτι οὐδαμοῦ ᾖ.

Cap. XXXV. *Σιγὴ οὖν ἐγένετο, ταῦτα εἰπόντος τοῦ Σωκράτους, ἐπὶ πολὺν χρόνον, καὶ αὐτός τε* C *πρὸς τῷ εἰρημένῳ λόγῳ ἦν ὁ Σωκράτης, ὡς ἰδεῖν ἐφαίνετο, καὶ ἡμῶν οἱ πλεῖστοι. Κέβης δὲ καὶ Σιμμίας σμικρὸν πρὸς ἀλλήλω διελεγέσθην. καὶ ὁ Σω-*

mutavit. Quod quanquam etiam Tub. et lambl. habet, tamen non probamus. Aptius δὴ in argumentationis conclusione.

ταῦτά γ' ἐπιτηδεύσασα] Libri δ', quod cum Fischero et Bekkero de sententia Stephani in γ' mutavimus. Heindorfius ex Aug. dedit ταῦτ' ἐπιτηδεύσασα. Ceterum vana est opinio Wyttenbachii verba transponenda iudicantis. v. ann.

ὑπὸ τῶν ἀνέμων] Vett. editt. ὑπὸ τινῶν ἀν. invitis codicibus, ut videtur, omnibus. Pro vulg. διαπταμένη ex Bodl. pr. Coisl. Ven. *A II.* Par. CEI. Ambr. Aug. Florentinis restitutum διαπτομένη, quod magis Atticum habetur. Par. H. Tub. διαττομένη. Par. G. διαπτωμένη. Recte Porsonus ad Med. v. 1. „Attici in praesenti adhibent πέτομαι, πέταμαι, in aoristo ἐπτόμην, ἐπτάμην, quorum prius ita praeferendum iudico, ut contra librorum tamen consensum nihil mutetur." Platonis libri in hoc quidem opere ō tuentur. conf. p. 70. A. p. 109. E.

periculum, ne metuat, ut Apolog. Socrat. p. 28. B. Gorg. p. 520. D. Herodot. I. 84. Xenoph. Hellen. II. 1, 6. Verba connectenda sunt hoc modo: ὅπως μὴ ταῦτά γε ἐπιτηδεύσασα διασπασθεῖσα οἴχηται. Istud ταῦτά γε ἐπιτηδεύσασα cur ita praemissum sit, neminem, opinor, praeteribit.

Cap. XXXV. C. αὐτός τε πρὸς τῷ εἰρημένῳ λόγῳ ἦν] h. e. ipse defixus erat in cogitatione eorum, quae disputata erant, s. habitam disputationem mente secum cogitabat. Loquendi genus illustraverunt Buddeus Commentar. Ling. Gr. p. 987. Vigerus p. 662. Wyttenbach. ad Plutarch. de Sera Num. Vind. p. 21. et annot. ad h. l.

ὡς ἰδεῖν ἐφαίνετο] h. e. ut quidem apparebat, ubi quis eum intuebatur. Nam errat Fischer., qui ἰδεῖν interpretatur βλέπειν, vultum habere, vultum induere. Errat etiam Heindorf., qui ἰδεῖν passive dictum putat, comparans formulam καλὸς ἰδεῖν et similia, in quibus et ipsis ἰδεῖν active accipiendum. Nam καλὸς ἰδεῖν proprie est: schön anzusehen, h. e. pulcher, si quis eum videat. De Rep. X. p. 615. E. διάπυροι ἰδεῖν. Timaeus p. 432. B. παντοδαπὴν ἰδεῖν φαίνεσθαι. Iamblich. Myster. Aeg. II. 8. p. 50. ὀλιγοδρανοῦσιν, ὡς ἰδεῖν φαίνονται, h. et ut apparet, si quis eos adspiciat. conf. Matthiae Gr. §. 535. a.

κράτης ἰδὼν αὐτὼ ἤρετο, Τί; ἔφη· ὑμῖν τὰ λεχθέντα μῶν μὴ δοκεῖ ἐνδεῶς λελέχθαι; πολλὰς γὰρ δὴ ἔτι ἔχει ὑποψίας καὶ ἀντιλάβας, εἴ γε δή τις αὐτὰ μέλλει ἱκανῶς διεξιέναι. εἰ μὲν οὖν τι ἄλλο σκοπεῖσθον, οὐδὲν λέγω· εἰ δέ τι περὶ τούτων ἀπόρρεῖτον, μηδὲν ἀπόκνησητε καὶ αὐτοὶ εἰπεῖν καὶ διεξελθεῖν, εἴ πῃ ὑμῖν φαίνεται βέλτιον λεχθῆναι, καὶ αὖ καὶ ἐμὲ ξυμπαραλαβεῖν, εἴ τι μᾶλλον οἴεσθε μετ' ἐμοῦ εὐπορήσειν. Καὶ ὁ Σιμμίας ἔφη, Καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, τἀληθῆ σοι ἐρῶ. πάλαι γὰρ ἡμῶν ἑκάτερος ἀπορῶν τὸν ἕτερον προωθεῖ καὶ κελεύει ἐρέσθαι διὰ τὸ ἐπιθυμεῖν μὲν ἀκοῦσαι, ὀκνεῖν δὲ ὄχλον παρέχειν, μή σοι ἀηδὲς ᾖ διὰ τὴν παροῦσαν

D

μῶν μὴ δ. ἐνδ. λελέχθαι] V. λέγεσθαι, quod e marg. Bodl. Coisl. Vat. Vind. Φ. Par. CG. Ambr. Flor. c. d. m. correctum. De particulis μῶν μή, quas Wyttenbach. in μῶν πῃ mutatum ivit, conf. annot.

εἰ δέ τι περὶ τούτων ἀπορ.] Editt. omnes εἰ δὲ περὶ τούτων. Restitui τι e Vat. Ven. Π. Flor. d. i. Ambr. In Bodl. est εἰδέτι. Tub. habet εἰ δ' ἔτι, unde Heindorf. coniiciebat εἰ δ' ἔτι τι. Verbum ἀπορεῖν ita cum accusativo iunctum illustravit Hein-

Τί; ἔφη· ὑμῖν τὰ λεχθέντα μῶν μὴ δοκεῖ ἐνδ. λ.] μῶν μὴ δοκεῖ: es scheint doch nicht etwa. v. annotat. ad Lysid. p. 208. C. Hermann. ad Viger. p. 789 sq. Cum vi praemissum ὑμῖν est propter oppositionis rationem; μῶν μή autem mediae interrogationi interpositum, ut Reip. VI. p. 505. C.

D. καὶ αὐτοὶ εἰπεῖν] His verbis respondent illa καὶ αὖ καὶ ἐμὲ ξυμπαραλαβεῖν.

ἐγέλασέ τε ἠρέμα καὶ φησι] Hac praesentis cum aoristo coniunctione nihil frequentius. vid. Heindorf. ad h. l. Astius ad Phaedr. p. 335. Matth. §. 504.

E. ἦ που χαλεπῶς —] Recte Hesychius ἦ που interpretatur ὄντως που, wahrlich wol. v. Gorg. p. 448. A. 469. B. Euthyphr. p. 4. A. Lysid. 1. 207. D. Euthydem. p. 299. A. De Rep. X. p. 595. O.

ὅτε γε] prorsus respondet Lat. quandoquidem. v. ad Protag. p. 356. C.

μὴ δυσχ. — διάκειμαι] Heindorfius et Buttmannus Gr. Ampl. T. I. p. 567. διάκειμαι pro coniunctivo habent, cuius tamen formae certa exempla desunt. Nam infra p. 93. A. non est dubium quin συγκέηται cum libris scribendum sit. Apud Isocratem autem de Antidos. p. 404. ed. Bekker. ὅπως ἂν ὑμεῖς σαφέστερον εἰδότες τὴν δύναμιν αὐτῶν οὕτω διάκεισθε πρὸς ἑκάστους recte editor doctissimus legendum cen-

ξυμφοράν. Καὶ ὃς ἀκούσας ἐγέλασέ τε ἠρέμα καί φησι, Βαβαί, ὦ Σιμμία· ἦ που χαλεπῶς ἂν τοὺς ἄλλους πείσαιμι ἀνθρώπους, ὡς οὐ ξυμφορὰν ἡγοῦ- E
μαι τὴν παροῦσαν τύχην, ὅτε γε μηδ' ὑμᾶς δύναμαι πείθειν, ἀλλὰ φοβεῖσθε, μὴ δυσκολώτερόν τι νῦν διάκειμαι ἢ ἐν τῷ πρόσθεν βίῳ. καί, ὡς ἔοικε, τῶν κύκνων δοκῶ φαυλότερος ὑμῖν εἶναι τὴν μαντικήν, οἵ, ἐπειδὰν αἴσθωνται, ὅτι δεῖ αὐτοὺς ἀποθανεῖν, ᾄδοντες καὶ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ, τότε δὴ πλεῖστα καὶ μάλιστα ᾄδουσι, γεγηθότες, ὅτι μέλλουσι παρὰ 85
τὸν θεὸν ἀπιέναι, οὗπερ εἰσὶ θεράποντες. οἱ δὲ ἄν-
θρωποι διὰ τὸ αὑτῶν δέος τοῦ θανάτου καὶ τῶν κύκνων καταψεύδονται, καί φασιν αὐτοὺς θρηνοῦν-

dorf. ad Cratyl. p. 409. D. Mox Bodl. a pr. m. Ven. T. in marg. Tub. Aug. *διελθεῖν* pro *διεξελθεῖν*.

D. *τοὺς ἄλλους πείσαιμι ἀνθρώπους*] V. *τοὺς ἄλλους ἀνθρ. πεισ.* quod ex plurimis libris mutatum. Vulgarem ordinem Tur. servarunt.

E. *ὅτε γε μηδ' ὑμᾶς*] V. *ὅτι*, quod correctum e Coisl. Vat. Tub. Ven. Σ. Par. CGHIL. Vindobonensibus, Flor. a. d. i. m. Aug. Ambr. Zitt. v. ad Protagor. p. 356. C.

πλεῖστα καὶ μάλιστα] *καὶ μέγιστα* Par. L.

set *διακέησθε*. Itaque *διάκειμαι* cum Hoogeveenio De Part. p. 684. ed. Schütz. Matthiaeo Gr. T. II. p. 1003. et Grasero Adversar. p. 39. pro indicativo accipio, ut *μὴ* sit num. Lysid. p. 218. D. *φοβοῦμαι, μὴ — λόγοις ψεύδεσιν ἐντετυχήκαμεν.* Thucyd. III. 33. *νῦν δὲ φοβοῦμαι μὴ ἀμφοτέρων ἡμαρτήκαμεν.* Alia dabit Elmslei. ad Medeam. 310. Nec abludit Plat. Hipp. mai. p. 296. A. *φοβοῦμαι, τί ποτ' αὖ λέγομεν.*

οἵ, ἐπειδὰν αἴσθωνται] „Notissima est, ad quam hic alludit Socrates, veterum opinio. Vide, si tanti est, quae collegit Davisius ad Cic. Tusc. Disp. I. 30." FORSTER. Addas etiam Beckium ad Aristoph. Avv. v. 771. Elegantissime vero hoc argumentum tractarunt I. H. Vossius in Epistoll. Mythолog. T. II. p. 98. sqq. et Hamaker. Lectt. Philostrat. p. 10 sqq. Pro *καὶ πλεῖστα καὶ μάλιστα* Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. Agam. v. 1419. legendum censebat *καὶ πλεῖστα καὶ κάλλιστα*, collato Porson. ad Eurip. Phoeniss. v. 878. Coniectura sanequam elegans, sed minus necessaria.

οὗπερ εἰσὶ θεράποντες] Mox ipse dicit *τοῦ Ἀπόλλωνος ὄντες*. v. Aelian. Hist. Anim. II. 32.

P. 85. *καὶ τῶν κύκνων καταψεύδονται*] h. e. etiam de cygnis falsa commiscuntur. Legg. VII. d. 821. B. *καταψευδόμεθα — μεγάλων θεῶν*. Legg. III. p. 700. E. VII. p. 700. E. De Rep. III. c. 5. al.

τας τὸν θάνατον ὑπὸ λύπης ἐξᾴδειν, καὶ οὐ λογίζονται, ὅτι οὐδὲν ὄρνεον ᾄδει, ὅταν πεινῇ ἢ ῥιγοῖ ἤ τινα ἄλλην λύπην λυπῆται, οὐδὲ αὐτὴ ἥ τε ἀηδὼν καὶ χελιδὼν καὶ ὁ ἔποψ ἃ δή φασι διὰ λύπην θρηνοῦντα ᾄδειν· ἀλλ' οὔτε ταῦτά μοι φαίνεται λυπούμενα ᾄδειν οὔτε οἱ κύκνοι. ἀλλ' ἅτε, οἶμαι,
B τοῦ Ἀπόλλωνος ὄντες μαντικοί τέ εἰσι καὶ προειδότες τὰ ἐν Ἅιδου ἀγαθὰ ᾄδουσι καὶ τέρπονται ἐκείνην τὴν ἡμέραν διαφερόντως ἢ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ. ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸς ἡγοῦμαι ὁμόδουλός τε εἶναι τῶν κύκνων καὶ ἱερὸς τοῦ αὐτοῦ θεοῦ, καὶ οὐ χεῖρον ἐκείνων τὴν μαντικὴν ἔχειν παρὰ τοῦ δεσπότου, οὐδὲ

P. 85. ἢ ῥιγοῖ] Nullus cod. ῥιγῷ habet.

ἃ δή φασι] V. ὃν δὴ φ. quod e Bodl. Coisl. Tub. Ven. a. b. c. Ξ. Vind. 1. ΥΦ. Par. ACGHIL. Flor. a. b. c. d. i. m. Zitt. Bas. 2. Stobaeo inde a Fischero mutatum. Paullo ante καὶ ἡ χελιδών, inserto articulo, Par. G. et pauci alii, quod dedit Bekker.

B. ᾄδουσι καὶ τ.] Vulg. ᾄδουσί τε καὶ τ. Sed τε om. Bodl. Tub. Vind. Y. Zitt. et pr. Ven. ΞΠ. cum Stobaeo. Mox ἔμπροσθεν pro πρόσθεν scriptum e Bodl. Coisl. Vat. Ven. ΞΠ. Tub. Vind. ΥΦ. Par. CIL. Ambr. Flor. b. c. d. i. m. aliis.

ὁμόδουλός τε εἶναι] V. γε. Sed τε habent Coisl. Ven. ΛΞ. Par. ACHIL. Ambr. Aug. Vind. 3. Flor. a. b. c. i. m. et edit. Bas. 2. Restituit iam Fischerus.

ἐξᾴδειν] Stephan. explicat extremum canere, cantandi arte defungi. Rectius Heindorf.: cantando vocem emittere. Mox de forma ῥιγοῖ, pro qua Gorg. p. 507. D. Attice ῥιγῷ scriptum est, vide Buttmann. Gr. ampl. T. I. p. 506.

ἃ δή φασι] Pluralis numerus requiritur propterea, quod Socrates non solum ad fabulam de upupa, sed etiam ad narrationes de ceteris avibus hic memoratis respicit. Male vulgo ὃν δή. Ceterum de Tereo, Thraciae rege, in upupam, de Procne, eius uxore, in luscin iam, et de Philomela, huius sorore, in hirundinem mutatis nota sunt omnia. v. Ovid. Metam. III. 14 sqq. ibique interpp.

B. διαφερόντως ἢ ἐν τῷ ἔμπρ. χρ.] h. e. magis quam. Etenim διαφερόντως non solum genitivum adsciscit, sed etiam cum ἤ construitur, ut infra c. XLIV. ἐκεῖ εὖ πράξειν διαφερόντως ἢ ἐν ἄλλῳ βίῳ βιούς. de Republ. VII. p. 538. Prorsus eodem modo verbum διαφέρειν particulam ἤ comitem habet. Phaedr. p. 228. D. οἷς ἔφη διαφέρειν τὰ τοῦ ἐρῶντος ἢ τὰ τοῦ μή. Xenoph. Anab. III. 4, 20. πολὺ διέφερε — ὁρμῶντας ἀλέξασθαι ἢ πορευομένους μάχεσθαι. Idem de Vectigal. IV. 25. Memorab. III. 11, 14. al.

παρὰ τοῦ δεσπότου] ab Apolline, cuius in potestate se esse dicit. Respicitur simul ad veterum Graecorum opinionem,

δυσθυμότερον αὐτῶν τοῦ βίου ἀπαλλάττεσθαι. ἀλλὰ τούτου γε ἕνεκα λέγειν τε χρὴ καὶ ἐρωτᾶν ὅ τι ἂν βούλησθε, ἕως ἂν οἱ Ἀθηναίων ἐῶσιν ἄνδρες ἔνδεκα. Καλῶς, ἔφη, λέγεις, ὁ Σιμμίας· καὶ ἐγώ τέ σοι ἐρῶ ὃ ἀπορῶ, καὶ αὖ ὅδε, ἢ οὐκ ἀποδέχεται τὰ εἰ- C
ρημένα. ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, περὶ τῶν τοιούτων ἴσως ὥςπερ καὶ σοί, τὸ μὲν σαφὲς εἰδέναι ἐν τῷ νῦν βίῳ ἢ ἀδύνατον εἶναι ἢ παγχάλεπόν τι, τὸ μέντοι αὖ τὰ λεγόμενα περὶ αὐτῶν μὴ οὐχὶ παντὶ τρόπῳ ἐλέγχειν καὶ μὴ προαφίστασθαι, πρὶν ἂν παντα χῇ σκοπῶν ἀπείπῃ τις, πάνυ μαλθακοῦ εἶναι ἀνδρός· δεῖν γὰρ περὶ αὐτὰ ἕν γέ τι τούτων διαπρά-

ὅ τι ἂν βούλησθε] Soloece vulgo *βούλοισθε*, quod emendatum e Bodl. Tub. Coisl. Ven. *ΑΞΠ*. Vind. *Φ*. Par. AGL. Ambr. August. Flor. a. b. c. d. i. m. Zitt.

ἕως ἂν οἱ Ἀθηναίων ἐῶσιν] Vett. editt. ἕως Ἀθηναίων Particulam ἄν praebent Coisl. Vat. Vind. *Φ*. Par. AEGHI. Ambr. Flor. a. i. m. Articulum οἱ autem una cum ἄν suppeditavit unus Aug., unde iam Fischerus restituit.

C. τὸ μέντοι αὖ τὰ λ.] αὖ om. Coisl. Par. ACEGHIL. Ven. *Λ*. Aug. Flor. a. b. c. d. i. m. et corr. Vat. In Vind. *Φ*. Ambr. est τὸ δέ τοι αὖ τὰ λ. Ven. *Π*. habet τὸ δὲ τοιαῦτα λεγόμενα. Mox Steph. μὴ ante προαφίστασθαι temere omisit, Cornario obsecutus.

qua morientes credebant futura divinare.

τούτου γε ἕνεκα] H. e. si res ex eo pendet, si hoc spectatur. v. ad Remp. I. p. 329. B. 337. D. Tum advertas dictionem: οἱ ἄνδρες ἔνδεκα, quae idem valet quod simplex formula οἱ ἕνδεκα. Efficiunt enim ἄνδρες ἕνδεκα unam notionem, ut articulus recte potuerit isto modo praemitti. Mox quod dicitur ὃ ἀπορῶ, alia huius structurae exempla collegit Heindorf. ad Cratyl. p. 409. D.

C. ὅδε] Cebes. Deinde ἀποδέχεσθαι probandi, assentiendi significatione positum, ut saepe.

καὶ μὴ προαφ.] Haec ab Simmia adiiciuntur, ut intelligatur, quid sit παντὶ τρόπῳ ἐλέγχειν, quae scita est Fischeri observatio. Itaque non est quod cum Stephano et Forstero μὴ deleamus. Nam μὴ προαφίστασθαι in unam notionem coit, ut particulae μή οὐ etiam ad haec verba referenda sint. Quum autem μὴ οὐ ibi ponatur, ubi sententia negativa negatur, sicuti primus observavit Hermann. Mus. Antiquit. Stud. p. 220., facile intelligitur verba πάνυ μαλθακοῦ ἀνδρὸς εἶναι idem valere quod ἀνανδρον εἶναι. Sententia loci haec est: si quis non omni modo rem exploret, et non prius desistat, quam fessus sit veri investigatione, id parum virile esse. Ceterum similiter Politic. c. 25

ξασθαι, ἢ μαθεῖν ὅπῃ ἔχει ἢ εὑρεῖν, ἤ, εἰ ταῦτα ἀδύνατον, τὸν γοῦν βέλτιστον τῶν ἀνθρωπίνων λό-
D *γων λαβόντα καὶ δυσεξελεγκτότατον, ἐπὶ τούτου ὀχούμενον, ὥσπερ ἐπὶ σχεδίας, κινδυνεύοντα διαπλεῦσαι τὸν βίον, εἰ μή τις δύναιτο ἀσφαλέστερον καὶ ἀκιν-*

D. *ὀχήματος ἢ λόγου θείου*] Tur. ἢ om. de sententia Heindorfii. male.

δέον — μὴ προαφίστασθαι, πρὶν ἂν ἐν αὐτῇ τὰς διαφορὰς εἰδῇ πάσας. — ἀπειπεῖν, ἀπαυδᾶν, ἀπαγορεύειν dicuntur ii, qui defatigantur eoque rediguntur, ut negent se amplius ferre aliquid posse; qui desperant aut diffidunt se aliquid facere posse.

διαπλεῦσαι τὸν βίον] Dictionem *διαπλεῦσαι τὸν βίον*, ab optimis quibusque scriptoribus frequentatam, illustrarunt praeter alios Wesseling. ad Herodot. V. 6. et Toup. ad Suid. I. p. 20. Similiter Cicero Tuscul. I. 30. Itaque dubitans, circumspectans, haesitans, multa adversa reverens, tanquam ratis in mari immenso, nostra vehitur oratio. ubi v. Davisius.

ἐπὶ βεβαιοτέρου ὀχήματος ἢ λόγου θείου] Hic quoque locus interpretes multum vexavit, usque dum ei Car. Fr. Hermanni doctrina et ingenium lucem diu desideratam attulit. Is enim in Comment. De magistris Socratis p. 37. De Menone p. VIII. et in libro: Abhandlungen u. Beiträge zur klass. Philol. p. 82. scite observavit *θεῖον λόγον* non esse alium, quam qui divino beneficio atque *θείᾳ μοίρᾳ* hominibus obtingat. Itaque intelligitur *δόξα ὀρθή*, quam Platonem constat ita tribuisse mortalibus, ut eam totam a *θείᾳ μοίρᾳ* repeteret. Quod qua ratione ita statuerit et iudicaverit, copiosius exposuimus in Comment. De gradibus virtutum secundum Platonem Lipsiae 1844. nomine Scholae Thomanae edita p. 19 sqq. Enimvero ut paucis dicamus, quod res est, praeter veri scientiam, *ἐπιστήμην*, certis et exploratis philosophiae rationibus confirmatam, quae unis sapientibus esset propria, philosophus statuit etiam rectam opinionem (*δόξαν ὀρθήν*), quae etiamsi non illius constantiam et firmitatem haberet, tamen proxime ad eius laudem accederet et in rebus humanis saepe longe esset utilissima. Eam autem voluit homini divina quasi sorte, *θείᾳ μοίρᾳ*, obtingere, quoniam non aliunde proficisceretur quam a praestanti quadam naturae indole et ingenii felicitate, qua quis tamquam inscius ad verum rectumque deferretur. Quam quidem *εὐδοξίαν*, h. e. recte opinandi feliciterque divinandi facultatem, praeclare descripsit in Menone p. 94. E. — 96. D. sqq. atque claris verbis ibidem p. 100. B. *θείᾳ μοίρᾳ* attribuit. Rectam opinionem vero etiam alibi illustravit, veluti Republ. V. p. 479. B. C. 476. D. sqq. Symp. 202. A. sqq. Theaet. p. 190. A. sqq. Phileb p. 37. A. 599. Soph. p. 263 sqq. Quocirca *θείους* esse et *θείᾳ μοίρᾳ* aliquid facere iudicavit subinde eos, qui singulari quadam praediti ingenii felicitate veluti coeco quodam mentis animique instinctu sponte reperirent et

δυνότερον ἐπὶ βεβαιοτέρου ὀχήματος ἢ λόγου θείου τινὸς διαπορευθῆναι. καὶ δὴ καὶ νῦν ἔγωγε οὐκ ἐπαισχυνθήσομαι ἐρέσθαι, ἐπειδὴ καὶ σὺ ταῦτα λέγεις, οὐδὲ ἐμαυτὸν αἰτιάσομαι ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ, ὅτι νῦν οὐκ εἶπον ἃ ἐμοὶ δοκεῖ. ἐμοὶ γάρ, ὦ Σώκρατες, ἐπει-

ἃ ἐμοὶ δοκεῖ] V. μοι, invitis Bodl. Ven. ΞΠ. Vind. Y. Deinde Aug. ἐμοὶ μὲν γὰρ ὦ Σ., probante Heindorfio.

assequerentur, quod verum, rectum ac laudabile esset; v Ion. p. 534 A. B. C. 536. D. Apolog. Socr. p. 22. A. Men. p. 99. C. D. E. al. Atque similiter etiam ea, quae isto modo hominibus obtingerent, et θεῖα dixit et θείᾳ μοίρᾳ iis tributa iudicavit. Unde memoratur θεία φύσις De Rep. II. p. 366. C. VI. p 493. A. coll. 492. A. et 499. B., et τῆς θείας μοίρας saepius eo nomine mentio fit, Phaedr. p. 244. C. Prot. p. 322. A. Apol. Socr. p. 33. C. Quibus ita expositis sponte intellectum iri existimamus, hoc loco quinam dicatur θεῖος λόγος. Est enim ratio divina quadam naturae praestantia ac felicitate inventa, sive recta opinio, in quam quis vel sine philosophiae studio mera mentis animique bonitate devenerit, quaque commode uti possit ad vitam bene tranquilleque degendam. Quod ubi ita statuerimus, universus locus continuo erit ad intelligendum facillimus. Etenim βεβαιότερον ὄχημα manifestum est pertinere ad veritatis scientiam, quam philosophus ἐπιστήμην vocavit; θεῖος λόγος autem est inter τοὺς ἀνθρωπίνους λόγους, h. e. rationes, quas vulgo sequuntur homines, etiamsi non ad certae exploratae veritatis rationem studio sapientiae partam pervenerint. Itaque sententia verborum denique huc redit: oportere, si fieri non possit, ut quis veram noscat aut exquirat rationem, certe quidem optimam humanarum rationum accipere eaque tamquam rate aliqua fretum conari per vitae pelagus navigare, nisi quis possit tutius id facere in firmiore vehens vehiculo (veri scientia et cognitione) quam recta aliqua opinione divinitus quasi suscepta adiutus ac sustentatus. Ne vero haereas in isto: ἢ μαθεῖν, ὅπῃ ἔχει, ἢ εὑρεῖν, conf. Cratyl. p. 438. A. ἐκ ποίων ὀνομάτων ἢ μεμαθηκὼς ἢ εὑρηκὼς ἦν τὰ πράγματα; Ibid. p. 439. B. ὄντινα τοίνυν τρόπον δεῖ μανθάνειν ἢ εὑρίσκειν τὰ ὄντα. Alcib. I. 112. D. οὔτε μαθὼν φαίνει παρ' οὐδενὸς οὔτ' αὐτὸς ἐξευρών. Ibid. 106. B. Lachet. p. 186. E. οὔτε γὰρ εὑρετὴς οὔτε μαθητὴς οὐδενὸς περὶ τῶν τοιούτων γεγονέναι. Phaedon. c. 47. οὔτ' ἂρ' αὐτὸς εὑρεῖν οὔτε παρ' ἄλλου μαθεῖν οἷός τ' ἐγενόμην. Menon. p. 86. B. C. Legg. XII. p. 968. D. Nimirum significantur hac formula duae veri rectique adipiscendi viae et rationes, altera discendi, altera quaerendi ac scrutandi. Unde De Rep. X. p. 618. C. τούτου τοῦ μαθήματος καὶ ζητητὴς καὶ μαθητὴς ἔσται, ἐάν ποθεν οἷός τ' ᾖ μαθεῖν καὶ ἐξευρεῖν. Sed hoc apud Platonem minime infrequens est. Ceterum patet, istis: εἰ μή τις δύναιτο etc. iterari atque explicari quod antecessit: εἰ ταῦτα ἀδύνατον. Repetita igitur hic

δὴ καὶ πρὸς ἐμαυτὸν καὶ πρὸς τόνδε σκοπῶ, τὰ εἰρημένα οὐ πάνυ φαίνεται ἱκανῶς εἰρῆσθαι.

E Cap. XXXVI. Καὶ ὁ Σωκράτης, Ἴσως γάρ, ἔφη, ὦ ἑταῖρε, ἀληθῆ σοι φαίνεται· ἀλλὰ λέγε, ὅπῃ δὴ οὐχ ἱκανῶς. Ταύτῃ ἔμοιγε, ἦ δ' ὅς, ᾗ δὴ καὶ περὶ ἁρμονίας ἄν τις καὶ λύρας τε καὶ χορδῶν τὸν αὐτὸν τοῦτον λόγον εἴποι, ὡς ἡ μὲν ἁρμονία ἀόρατόν τι καὶ ἀσώματον καὶ πάγκαλόν τι καὶ θεῖόν ἐστιν ἐν τῇ

E. ᾗ δὴ καὶ περὶ ἁρμ.] Libri ἥδη. Correxit Forsterus. ἀόρατόν τι καὶ ἀσώματον,] τι om. Coisl. Ven. *A.* Par. CEHIM. Aug. Flor. a. b. c. i m. Bekkerus alterum illud τι post πάγκαλον illatum uncis seclusit tanquam suspectum. Sed repetitio voculae eo defendi potest, quod duo discernuntur praedicatorum genera, ἀόρατον καὶ ἀσώματον, et πάγκαλον καὶ θεῖον. p. 93. A. οὐδὲ μὴν ποιεῖν τι οὐδέ τι πάσχειν. p. 103. D. ἕτερόν τι πυρὸς τὸ θερμὸν καὶ ἕτερόν τι χιόνος τὸ ψυχρόν.

P. 86. σώματά τε καὶ σωμ.] V. σῶμά τε. Pluralem suppeditarunt Bodl. Vat. Tub. Ven. ΞΠ. Vind. 1. 2. 4. 5. 6. Flor. d. Par. G. Ambr. al. et editt. Bass.

quoque protasis enuntiati hypothetici est, de qua loquendi ratione ad p. 67. E. exposuimus.

πρὸς ἐμαυτὸν καὶ πρὸς τόνδε σκοπῶ] h. e. quando et mecum haec animo reputo, et cum hoc una considero.

Cap. XXXVI. E. ᾗ δὴ καὶ περὶ ἁρμ.] h. e. quatenus quis idem illud etiam de lyra — dicere possit.

ἡρμοσμένῃ λύρᾳ] est lyra modulata, eine gestimmte Lyra.

P. 86. ἐπειδὰν οὖν ἡ κατάξῃ —] Haec usque ad verba πρίν τι ἐκείνην παθεῖν protasin continent, cuius apodosis etsi reticetur, tamen inferius ad sensum subiicitur inde a verbis ὅρα οὖν πρὸς τοῦτον τὸν λόγον κ. τ. λ. ita quidem ut etiam verborum: καὶ γὰρ οὖν, ὦ Σώκρατες, ᾗ κατακαυθῇ ἢ κατασαπῇ, per liberiorem quandam orationis conformationem et quasi παρενθέτως interiectorum ratio ducatur.

τῷ αὐτῷ λόγῳ, ὥςπερ σύ] Cave cum Forstero et Fischero ᾧπερ scribendum opineris. Priscianus XVIII. p. 1195. „Demosthenes ἐν ᾧ πρώτῳ Φιλιππικῷ, μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον ὥςπερ οἱ δικαζόμενοι, ἀντὶ τοῦ ὅνπερ.“ Platon. Legg. p. 671. C. τοῦτον δὲ εἶναι τὸν πλάστην τὸν αὐτὸν, ὥςπερ τότε. Lysid. p. 209. C. τῷ γείτονι ἄρ' οὐχ ὁ αὐτὸς ὅρος, ὥςπερ τῷ πατρί; Xenoph. Anabas. I. 10, 10. καὶ δὴ βασιλεύς — εἰς τὸ αὐτὸ σχῆμα κατέστησεν ἐναντίαν τὴν φάλαγγα, ὥςπερ τὸ πρῶτον μαχούμενος συνήει. Cf. Heindorf. ad h. l. Lobeck. ad Phrynich. p. 426 sq. Reisig. ad Sophocl. Oed. Colon. v. 903. et Bremius ad Demosthen. de Cherson. p. 93. 15. ed. Reisk. Apparat. Critic. et Exeget. a Schaefero instruct. T. I. p. 498. Eodem modo positum etiam καθάπερ Legg. VI. p. 756. E. IX. p. 869. D.

ἠρμοσμένῃ λύρᾳ, αὐτὴ δ' ἡ λύρα καὶ αἱ χορδαὶ σώματά 86
τε καὶ σωματοειδῆ καὶ ξύνθετα καὶ γεώδη ἐστὶ καὶ τοῦ θνητοῦ ξυγγενῆ. ἐπειδὰν οὖν ἢ κατάξῃ τις τὴν λύραν ἢ διατέμῃ ἢ καὶ διαῤῥήξῃ τὰς χορδάς, εἰ τις διαχυρίζοιτο τῷ αὐτῷ λόγῳ, ὥσπερ σύ, ὡς ἀνάγκη ἔτι εἶναι τὴν ἁρμονίαν ἐκείνην καὶ μὴ ἀπολωλέναι — οὐδεμία γὰρ μηχανὴ ἂν εἴη τὴν μὲν λύραν ἔτι εἶναι διεῤῥωγυιῶν τῶν χορδῶν καὶ τὰς χορδὰς θνητοειδεῖς

ξύνθετα καὶ γεώδη] V. ξύνθετά τε καὶ γ. Sed om. τε Bodl. Tub. Ven. *II*. Vind. *Φ*. Flor. d. Zitt. Aug. alii cum ed. Bas. 2. Deinceps vett. editt. καὶ ἔστι pro ἐστὶ καί, quod libri plurimi atque optimi confirmant.

ἢ κατάξῃ] Vat. pr. κατατάξῃ. Vat. ex corr. κατεᾴξῃ, de qua forma v. Taylor. ad Lys. p. 156. et Heindorf. ad h. l. Dein vett. editt. διατέμῃ καὶ διαῤῥήξῃ, quod e Ven. *II*. praeeunte Bekkero mutavimus. In Coisl. Ven. *Λ*. Vind. *Φ*. Par. C E G H L. Ambr. Aug. Flor. b. c. d. m. scriptum exstat διατέμῃ ἢ διαῤῥ. omisso καί.

μηχανὴ ἂν εἴη] Bekkerus ἄν uncis inclusit. v. ann.

873. B. 874. A. al. quod qui attenderint, ii non iam amplius ὥσπερ in illis locis in pronomen relativum mutatum ibunt.

οὐδεμία γὰρ μηχανὴ ἂν εἴη —] Haec si pertinent ad orationem obliquam, ἄν cum I. Bekkero delendum est. Sic enim Phileb. p. 58. A. ἤκουον — *Γοργίου πολλάκις, ὡς ἡ τοῦ πείθειν δύναμις πολὺ διαφέρει πασῶν τεχνῶν· πάντα γὰρ ὑφ' αὑτῇ δοῦλα — ποιοῖτο*, ubi v. quae annotavimus. Charmid. p. 155 E. De Rep. IV. p. 420. C. V. p. 493. B. C. X. p. 614. D. Xenoph. Cyrop. I. 1, 2. Demosthen. Olynth. I. p. 15. l. 20. ed. Reisk. et innumeris aliis locis v. etiam Schaefer. Apparat. ad Demosthen. I p. 216. Hermann. De part. ἄν p. 139. Matthiae Gr. §. 529. 3. Verum ut cautius de hac re statuamus, codd. manu scriptorum consensus suadet. Suadent etiam talia, qualia leguntur infra p. p. 87. E. *ἀναγκαῖον μέντ' ἂν εἴη — προτέραν ἀπόλλυσθαι· ἀπολομένης δὲ τῆς ψυχῆς τότ' ἤδη τὴν φύσιν τῆς ἀσθενείας ἐπιδεικνύοι τὸ σῶμα*; ubi Heindorfius perperam post φύσιν putabat ἄν excidisse: et de Legg. IV. p. 719. B. *σμικρῷ δὴ πρόσθεν ἆρα οὐκ ἠκούσαμέν σου λέγοντος, ὡς τὸν νομοθέτην οὐ δεῖ τοῖς ποιηταῖς ἐπιτρέπειν ποιεῖν ὃ ἂν αὐτοῖς ᾖ φίλον; οὐ γὰρ ἂν εἰδεῖεν τί ποτ' ἐναντίον τοῖς νόμοις ἂν λέγοντες βλάπτοιεν τὴν πόλιν*, ubi item codd. omnes ἄν tuentur. Videlicet talium locorum sententia est ὑποθετικῶς accipienda, ita ut locum habere putetur rectae atque obliquae orationis tamquam permixtio quaedam, quam nec Platonem refugisse certissimis constat rei exemplis, qualia in hoc ipso libro extant complura, ut p. 95. D. 87. E. p. 90. B. v. etiam ad Sympos. p. 210. B. Quocirca h. l. Simmias existimandus est verba: *οὐδεμία γὰρ μηχανὴ ἂν εἴη — πρίν τι ἐκείνην παθεῖν*, per parenthesin de suo adiicere, quo sententia alterius clarius

οὖσας, τὴν δὲ ἁρμονίαν ἀπολωλέναι τὴν τοῦ θείου
B τε καὶ ἀθανάτου ὁμοφυᾶ τε καὶ ξυγγενῆ, προτέραν
τοῦ θνητοῦ ἀπολομένην —, ἀλλὰ φαίη, ὡς ἀνάγκη ἔτι
που εἶναι αὐτὴν τὴν ἁρμονίαν, καὶ πρότερον τὰ ξύ-
λα τε καὶ τὰς χορδὰς καταβαπῆσεσθαι, πρίν τι ἐκεί-
νην παθεῖν· καὶ γὰρ οὖν, ὦ Σώκρατες, οἶμαι
ἔγωγε καὶ αὐτόν σε τοῦτο ἐντεθυμῆσθαι, ὅτι τοι-
οῦτόν τι μάλιστα ὑπολαμβάνομεν τὴν ψυχὴν εἶναι,
ὥςπερ ἐντεταμένου τοῦ σώματος ἡμῶν καὶ ξυνεχομέ-
νου ὑπὸ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ
καὶ τοιούτων τινῶν, κρᾶσιν εἶναι καὶ ἁρμονίαν αὐ-
C τῶν τούτων τὴν ψυχὴν ἡμῶν, ἐπειδὰν ταῦτα καλῶς
καὶ μετρίως κραθῇ πρὸς ἄλληλα. εἰ οὖν τυγχάνει ἡ
ψυχὴ οὖσα ἁρμονία τις, δῆλον ὅτι, ὅταν χαλασθῇ

ὁμοφυᾶ] Sic Par. Flor. a. c. m. et corr. Vind. Φ. Legebatur ὁμοφυῇ, quod tenent mordicus Turicenses.

B. φαίη ὡς ἀνάγκη] ὡς additum e Vat. Par. C. Ven. Π. Flor. c. d. m. Vulgo erat: φαίη· Ἀνάγκη ἔτι που κ. τ. λ., quae transitio ad rectam orationem merito displicuit. Turicenses ὡς omisso de coniectura Baiteri scripserunt φαίη ἀνάγκη ἔτι.

τὰ ξύλα τε καὶ τὰς χορδὰς] particulam τὲ, omissam vulgo, recepi ex Vat. Ven. Ξ. Vind. ΥΦ. Par. G. Ambr. Flor. d. Zitt. In Bodl. τε superscriptum.

ὅτι τοιοῦτόν τι] Sic codd. plerique omnes pro vulg. ὅτι τοιοῦτό τι.

C. εἰ οὖν τυγχάνει] Sic Bodl. Coisl. Vat. Tub. Ven. Ξ. Vind. Y. Par. GHFL. Aug. Florentini sex, Zitt. al. Legebatur τυγχάνῃ.

illustretur. Ceterum Stephanus cur pro γάρ desideraverit γε, caussam nullam videmus.

B. ἀλλὰ φαίη, ὡς ἀνάγκη —] Liberiore usus est orationis forma. Nam ἀλλὰ dicitur quasi praecessisset εἴ τις ἀρνοῖτο μὴ ἀπολωλέναι. Etenim haec quoque cum εἴ τις cohaerent. Quocirca non opus est coniectura Heindorfii, qui ex scriptura cod. Augustani, ἀλλὰ φαίη ἄν τις, ἔτι που εἶναι, eruit hanc lectionem: ἀλλά, φαίη ἄν τις, ἀνάγκη ἔτι που ε., ut iam hinc deflectere incipiat sermo ab instituta ratione liberiusque vagari, donec infra inde a verbis ὅρα οὖν in ordinem quasi revocetur.

τοῦτο ἐντεθυμῆσθαι] h. e. tecum reputasse, ita ut in animo tuo quasi resideat huius rei cogitatio. Quod moneo ideo, quia Fischerum video ἐνθυμεῖσθαι coniecisse.

ὥςπερ ἐντεταμένου — καὶ ὑγροῦ] Explicant haec usque ad τὴν ψυχὴν ἡμῶν praegressum illud τοιοῦτόν τι. Ceterum nemo non videt Simmiam hanc sen-

τὸ σῶμα ἡμῶν ἀμέτρως ἢ ἐπιταθῇ ὑπὸ νόσων καὶ ἄλλων κακῶν, τὴν μὲν ψυχὴν ἀνάγκη εὐθὺς ὑπάρχει ἀπολωλέναι, καίπερ οὖσαν θειοτάτην, ὥςπερ καὶ αἱ ἄλλαι ἁρμονίαι αἵ τ' ἐν τοῖς φθόγγοις καὶ ἐν τοῖς τῶν δημιουργῶν ἔργοις πᾶσι, τὰ δὲ λείψανα τοῦ σώματος ἑκάστου πολὺν χρόνον παραμένειν, ἕως ἂν ἢ κατακαυθῇ ἢ κατασαπῇ. ὅρα οὖν πρὸς τοῦτον D
τὸν λόγον τί φήσομεν, ἐάν τις ἀξιοῖ κρᾶσιν οὖσαν τὴν ψυχὴν τῶν ἐν τῷ σώματι ἐν τῷ καλουμένῳ θανάτῳ πρώτην ἀπόλλυσθαι.

Cap. XXXVII. Διαβλέψας οὖν ὁ Σωκράτης, ὥςπερ τὰ πολλὰ εἰώθει, καὶ μειδιάσας, Δίκαια μέντοι, ἔφη, λέγει ὁ Σιμμίας. εἰ οὖν τις ὑμῶν εὐπορώ-

ἢ ἐπιταθῇ] ὑποταθῇ Bodl. Coisl. Ven. *Π.* Vind. *Y.* Par. G. Aug.

εὐθὺς ὑπάρχει] Plurimi libri cum. Bodl. ὑπάρχειν. Quod si verum est, ex corr. Ven. *A.* ἀνάγκην scribendum. Sed vera est lectio vulgata.

καὶ ἐν τοῖς τῶν δ.] καὶ αἱ ἐν τ. Iterato articulo Bodl. Vat. Vind. *Y.* Ven. *Π.* Flor. d. Zitt. Vereor tamen ne is ex correctione originem duxerit. v. ann.

D. Διαβλέψας οὖν] Vett. editt. διαβλεψάμενος invitis Bodl. Coisl. Ven. *ΞΑΠ.* Tub. Aug Ven. 2 3. Par. CEHIL Flor. a. b. c. d. i. m. Vulgatum Bodl. in marg. adscriptum habet.

λέγει ὁ Σιμμίας] Articulum praebuerunt Bodl. Ven. *ΞΠ.* Vind. *ΥΦ.* Par. G. Tub. Flor. d. Zitt.

tentiam ita commemorare, ut eam appareat fuisse tum admodum pervulgatam. De eius patronis ac defensoribus disputavit ad h. l. Wyttenbach, qui illam docte demonstrat Parmenidi, Zenoni Eleatae, Dicaearcho, aliis, placuisse. v. Aristotel. de Anima. 4. Metaph. IV. 5. Diogen. Laert. IX. 29. Nemes. De nat. hom. p. 41. Macrob. in Somn. Scip. I. 14. Cic. Tusc. I. 10. Acad. II. 39. Lucret. III. v. 98—105. ibique intpp.

C. αἵ τ' ἐν τοῖς φθόγγοις καὶ ἐν τοῖς τῶν δ.] Articulus quia ad utrumque membrum pertinet, τε primae statim adhaesit voci, neque αἱ post καὶ iterandum est. v. ad Hipp. mai. p. 283. A. Criton. p. 43. B.

Cap. XXXVII. D. Δίκαια μέντοι, ἔφη, λ.] In his μέντοι, ut Lat. vero, affirmandi potestatem habet, ut p. 68. B. p. 73. D. p. 81. D. Sophist. p. 245. B. Aristoph. Equitt. v. 178. Xenoph. Cyrop. I. 4, 19. al.

τερος ἐμοῦ, τί οὐκ ἀπεκρίνατο; καὶ γὰρ οὐ φαύλως ἔοικεν ἁπτομένῳ τοῦ λόγου. δοκεῖ μέντοι μοι χρῆναι πρὸ τῆς ἀποκρίσεως ἔτι πρότερον Κέβητος ἀκοῦσαι, τί αὖ ὅδε ἐγκαλεῖ τῷ λόγῳ, ἵνα χρόνον ἐγγενομένου βουλευσώμεθα τί ἐροῦμεν, ἔπειτα ἀκούσαντας ἢ ξυγχωρεῖν αὐτοῖς, ἐάν τι δοκῶσι προσῴδειν· ἐὰν δὲ μή, οὕτως ἤδη ὑπερδικεῖν τοῦ λόγου. ἀλλ' ἄγε, ἦ δ' ὅς, ὦ Κέβης, λέγε, τί ἦν ὃ σὲ αὖ θράττον ἀπιστίαν παρέχει. Λέγω δή, ἦ δ' ὃς ὁ Κέβης. ἐμοὶ γὰρ φαίνεται ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ ὁ λόγος εἶναι,

E. ἔπειτα ἀκούσαντες] V. ἔπειτα δὲ ἀκ. sed δὲ ignorant Coisl. Vat. Tub. Ven. *Α Π*. Vind. *Φ*. Par. EGHIL. Ambr. Aug. Flor. a. b. c. d j. conf. annot.

ἀλλ' ἄγε, ἦ δ' ὅς, ὦ K.] V. ἀλλά γε, quod Bekker. e Ven. *Π*. emendavit. Aug. ἀλλ' ἄγε δή.

τί ἦν ὃ σὲ αὖ θρ.] V. τί ἦν τὸ σὲ αὖ θρ. quod ex Aug. Par. L. et Ven. *Π*. emendatum. Verum iam Stephan. coniectura assecutus erat.

Λέγω δή] V. δέ, invitis libris paene omnibus.

τί οὐκ ἀπεκρίνατο;] h. e. is quantocius respondeat. Bene Weiskius ad Xenoph. Cyrop. II. 1, 4. haec, inquit, interrogatio alacritatem quandam animi et aviditatem sciendi exprimit. v. ad Phileb. p. 54. B.

οὐ φαύλως ἔοικεν ἁπτομένῳ τοῦ λόγου] h. e. non male videtur meam disputationem reprehendere et impugnare. Sequuntur enim verba, τί αὖ ὅδε ἐγκαλεῖ τῷ λόγῳ. Sic ἅπτεσθαι positum Phileb. p. 14. D μὴ δεῖν τῶν τοιούτων ἅπτεσθαι. — Ἔοικε cum dativo participii iunctum ad Reip. VII. p. 527. D. illustravimus.

E. ἔπειτα ἀκούσαντας] Vett. editt. ἔπειτα δέ. Sed solet ita post εἶτα et ἔπειτα omitti δὲ particula, etiamsi praecesserit πρῶτον μέν. Cuius rei exempla. Heindorfius ad h. l. attulit. Praeterea notandum est anacoluthon. Nam quum antea dictum sit: ἢ ξυγχωρεῖν, nunc legitimo sermone sequi oportebat: ἢ ὑπερδικεῖν τῷ λόγῳ, κ. τ. λ. Sed pro ἢ quum repente inferatur ἐὰν δὲ μή, tota orationis conformatio alia extitit atque expectabatur.

ἐάν τι δοκῶσι προσῴδειν] h. e. si quid dicere videbuntur, quod consonum sit neque absurdum, h. e. si quid veri dicere videbuntur. Utitur enim Socrates hoc verbo pro λέγειν τι propterea, quod agitur de harmonia. Similiter c. XLI. ludit in verbis: οὕτος οὖν σοι ὁ λόγος ἐκείνῳ πῶς ξυνάσεται; καὶ μήν — πρέπει γε, εἴπερ τῷ ἄλλῳ λόγῳ, ξυνῳδῷ εἶναι καὶ τῷ περὶ ἁρμονίας.

ὑπερδικεῖν τοῦ λόγου] nostram rationem defendere ac tueri.

ἐν τῷ αὐτῷ ὁ λ. εἶναι] h. e. iisdem, quibus antea, dubi-

καί, ὅπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐλέγομεν, ταὐτὸν ἔγκλημα ἔχειν· ὅτι μὲν γὰρ ἦν ἡμῶν ἡ ψυχὴ καὶ πρὶν 87
εἰς τόδε τὸ εἶδος ἐλθεῖν, οὐκ ἀνατίθεμαι μὴ οὐχὶ πάνυ χαριέντως καί, εἰ μὴ ἐπαχθές ἐστιν εἰπεῖν, πάνυ ἱκανῶς ἀποδεδεῖχθαι· ὡς δὲ καὶ ἀποθανόντων ἡμῶν ἔτι που ἔστιν, οὔ μοι δοκεῖ τῇδε. ὡς μὲν οὐκ ἰσχυρότερον καὶ πολυχρονιώτερον ψυχὴ σώματος, οὐ ξυγχωρῶ τῇ Σιμμίου ἀντιλήψει· δοκεῖ γάρ μοι πᾶσι τούτοις πάνυ πολὺ διαφέρειν. τί οὖν, ἂν φαίη ὁ λόγος, ἔτι ἀπιστεῖς, ἐπειδή γε ὁρᾷς ἀποθανόντος τοῦ

P. 87. *οὐκ ἀνατίθεμαι*] Libri omnes *ἀντιτίθεμαι*. Verum debemus Turnebo et confirmat Olympiodorus.

ἔτι που ἔστιν] *ἔσται* Bodl. Vat. Tub. Flor. d. i. Par. G. Ambr. Error ex accentus ratione repetendus. Turicenses tamen *ἔσται* scripserunt coll. p. 77. B. C.

ὡς μὲν οὐκ ἰσχυρότερον] Steph. coni. *ὡς μέντοι οὐκ ἰσχ.* Sed nihil offensionis habet hoc asyndeton, nec libri a vulgata lectione recedunt.

tationibus laborare. — De proximis cf. Phileb. p. 22. C. *οὐδὲ γὰρ ὁ σὸς νοῦς, ὦ Σώκρατες, ἔστι ταγαθόν, ἀλλ' ἕξει που ταῦτὰ ἐγκλήματα.*

P. 87. *εἰς τόδε τὸ εἶδος*] h. e. in corpus humanum. Nam pronomen *τόδε* idem est quod *ἀνθρώπινον*, quod supra additum erat nomini *εἶδος*. v. c. XXI.

οὐκ ἀνατίθεμαι] non retracto. „Verbum, monente Suida, frequens Platoni in significanda mutatione sententiae aut propositi: v c. Menone p. 89. D. Protagora p. 211. E. Charmid. p. 240. C. Gorg. p. 461. D. translatum a *πεττῶν*, calculorum, ludo, annotavit quoque Harpocration, ubi videntur H. Valesius p. 89.: et Ernestus ad Xenoph. Mem. II. 4, 4." WYTTENB. De constructione v. ad Gorg. p. 493. C. Matth. ad Eurip. Orest. 244. Deinde *χαριέντως* est scite, eleganter.

εἰ μὴ ἐπαχθές] nisi dictu molestum et grave sit. Nam *ἐπαχθές* saepe dicitur de nimia et intempestiva sui aliorumve laudatione, quae ipsis iis, ad quos pertinet, molesta accidit; ut Legg. III. p. 688. D. Charmid. p. 158. D. Demosthen. pro Coron. p. 331 B. al. Plura Wyttenbach. ad h. l. ea de re disseruit.

τῇδε] sc. *ἱκανῶς ἀποδεδεῖχθαι*.

B. καὶ ταύτῃ νῷ πράττω] Sententia haec est: et quod hactenus mente agam, quatenus ossa et nervos habeam, neque vero eatenus, quod sequar id, quod optimum sit. Vides omnia esse satis expedita. Nam ταύτῃ est ὅτι διὰ ταῦτα ποιῶ ἃ ποιῶ, et opponitur verbis τῇ τοῦ βελτίστου αἱρέσει. Perperam igitur Heindorf. ex codd. ταῦτα scripsit, quo mirum quantum turbatur verborum intellectus: quem vereor ut vir doctus recte iuvare studuerit scribendo καὶ ταῦτα πράττων.

τὸ γὰρ μὴ διελέσθαι] Mudgius corrigebat: τὸ γὰρ ἂν εἴη μὴ δ., in quibus τὸ pro τοῦτο positum ferri non potest. Lenius Wyttenbachius: τὸ δ' ἄρ' ἦν μὴ διελέσθαι οἷόν τ' εἶναι, hoc autem erat non posse distinguere aliud esse veram causam, aliud id, sine quo causa non possit esse vera causa.

δέ τις λέγοι, ὅτι ἄνευ τοῦ τὰ τοιαῦτα ἔχειν καὶ ὀστᾶ καὶ νεῦρα καὶ ὅσα ἄλλα ἔχω, οὐκ ἂν οἷός τ' ἦν ποιεῖν τὰ δόξαντά μοι, ἀληθῆ ἂν λέγοι· ὡς μέντοι διὰ ταῦτα ποιῶ ἃ ποιῶ, καὶ ταύτῃ νῷ πράττω, ἀλλ' οὐ τῇ τοῦ βελτίστου αἱρέσει, πολλὴ ἂν καὶ μακρὰ ῥᾳθυμία εἴη τοῦ λόγου. τὸ γὰρ μὴ διελέσθαι οἷόν τ' εἶναι, ὅτι ἄλλο μέν τί ἐστι τὸ αἴτιον τῷ ὄντι, ἄλλο δ' ἐκεῖνο, ἄνευ οὗ τὸ αἴτιον οὐκ ἄν ποτ' εἴη αἴτιον· ὃ δή μοι φαίνονται ψηλαφῶντες οἱ πολλοὶ ὥςπερ ἐν σκότῳ, ἀλλοτρίῳ ὀνόματι προσχρώμενοι, ὡς αἴτιον αὐτὸ προσαγορεύειν. διὸ δὴ καὶ ὁ μέν τις δίνην περιτιθεὶς τῇ γῇ ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ

B

Nihil profecit Heindorf. corrigendo ταῦτα πράττων. Nec accusativum ταῦτα remotiorem esse putaverim, quem qui explicavit sic: καὶ ταῦτα ποιῶν πράττω, id multum vereor ne pro Graeco haberit, quod ab Graecitate omnino abhorreat.

B. ὥςπερ ἐν σκότῳ] V. σκότει. Illud e Vat. Vind. Φ. Par. GHIL. Ambr. Aug. Flor. b. d. et correctis Flor. c. i. Tub. Par. E. suscepimus. Legitur σκότου De Rep. V. p. 461. A. VII. p. 518. A. Dativum σκότῳ habes De Rep. VI. p 508 D. VIII. p. 548. A. VII. p. 517. D. Contra σκότους habetur Cratyl. p. 418. D. De Rep. VII. p. 516. E. Legg. IX. p. 864. C.

ἀλλοτρίῳ ὀνόματι] Sic Coisl. Ven. A. C. Par. ACGHIL. Flor. a. b. c. m. Vind. 3. Stobaeus. Vett. editt. ὄμματι.

Sed non opus est mutatione. Nam post οὐκ ἄν ποτ' εἴη αἴτιον sermo eleganti aposiopesi abruptus est, ut intelligendum sit εὔηθες s. ραῦλόν ἐστιν. Sympos. p 77. C. τὸ οὖν τοιούτων πέρι πολλὴν σπουδὴν ποιήσασθαι, Ἔρωτα δὲ μηδένα πω ἀνθρώπων τετολμηκέναι — ἀξίως ὑμνῆσαι. Xenoph. Mem. I. 4, 12, ubi v. intpp. Genus loquendi illustrarunt Hermann. ad Viger. p. 745. A. et Matthiae Gr. §. 543. 4. De ipsa re v. Tim. p. 46. D. δοξάζεται δὲ ὑπὸ τῶν πλείστων οὐ ξυναίτια ἀλλ' αἴτια εἶναι τῶν πάντων ψύχοντα καὶ θερμαίνοντα, πηγνύντα τε καὶ διαχέοντα, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἀπεργαζόμενα.

ψηλαφῶντες] Phavorinus: ψηλαφῶ· λέξις αὕτη μουσική· ἐπεὶ κυρίως ἐπὶ χορδῶν τὸ ψηλαφᾶν λέγεται παρα τὸ ψαλτήριον ἁφᾶν. Hinc est palpando aliquid quaerere. Prorsus eodem modo, quo hic legitur, verbo utitur Lucas Actor. XVII. 27.

ἀλλοτρίῳ ὀνόματι] Sic recte, opinor, Stobaeus, codices aliquot manuscripti et Ficinus. Vulgo ἀλλ. ὄμματι, quod defendit Reisigius Enarrat. Oedip. Col. v. 142. „Alieno oculo, inquit, significantur ea membra, quibus in tenebris rem obscuram tentant. Haec enim non sunt intellecta ab editoribus Platonis.“ conf. Tim. p. 50. A.

ὡς αἴτιον] quasi sit causa.

δίνην περιτιθεὶς τῇ γῇ—] lungendum, opinor: δίνην ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ, vorticem, qui

μένειν δὴ ποιεῖ τὴν γῆν, ὁ δὲ ὥςπερ καρδόπῳ πλατείᾳ βάθρον τὸν ἀέρα ὑπερείδει· τὴν δὲ τοῦ ὡς οἷόν τε C βέλτιστα αὐτὰ τεθῆναι δύναμιν οὕτω νῦν κεῖσθαι, ταύτην οὔτε ζητοῦσιν οὔτε τινὰ οἴονται δαιμονίαν ἰσχὺν ἔχειν, ἀλλὰ ἡγοῦνται τούτου Ἄτλαντα ἄν ποτε ἰσχυρότερον καὶ ἀθανατώτερον καὶ μᾶλλον ἅπαντα ξυνέχοντα ἐξευρεῖν, καὶ ὡς ἀληθῶς τἀγαθὸν καὶ δέον ξυνδεῖν καὶ ξυνέχειν οὐδὲν οἴονται. ἐγὼ μὲν οὖν τῆς

τὸν ἀέρα ὑπερείδει] τὸν ἀέρα κάτω ὑπερείδει Vat. Vind. Φ. Par. CG. Ambr. Flor. a. c. d. m. et rec. Ven. Π

C. τούτου Ἄτλαντα ἄν ποτε] Hunc ordinem praestant Bodl. Ven. ΞΠ. Vind. Y. Zitt. Editt. habent τούτου ἄν ποτε Ἄτλαντα. Paullo ante vett. editt. αὐτοῦ τεθῆναι, invitis codicibus.

τῆς τοιαύτης αἰτίας] Sic Vatic. Vind. Y. Par. G. Ambr. Tub. Florr alii. Vulgo τῆς aberat, quod nec Tur. receperunt. Pro τοιαύτης non pauci habent ταύτης.

a coelo fit, ut sensus interprete Wyttenbachio hic sit: alius turbinem circumdans terrae stabilem scilicet eam facit. Claudian. Mall. Theod. cons. 176. hic semper lapsurae pondere terrae conaturrapido coeli fulcire rotatu. Unde facile perspicias, quorsum turbo iste pertineat. Nomen substantivum cum praepositione iunctum ne quem male habeat, contulisse iuvabit Plat. Sophist. p. 236. D. ῥυμή τις ὑπὸ λόγου, ubi v. ann. Legg. III. p. 698. A. ἐλευθερία ἀπὸ τῶν ἀρχῶν. De Rep. III. p. 390. C. Ἀρεώς τε καὶ Ἀφροδίτης ὑπὸ Ἡφαίστου δεσμός. Ibid. II. p. 358. A. εὐδοκιμήσεις διὰ δόξαν. Ibid. p. 363. D. E. μισθοὶ παρὰ θεῶν. Xenoph. Cyrop. III. 3, 2. ἥδεσθαι τῇ ὑπὸ πάντων τιμῇ. De Rep. II. p. 359. A. τὸ ὑπὸ τοῦ νόμου ἐπίταγμα. Soph. El. 549. πειθὼ κακοῦ πρὸς ἀνδρός. v. Matthiae ad Eurip. Med. v. 1250. De re ipsa Wyttenbachius: „Pertinet haec δίνης reprehensio maxime ad Empedoclem, cuius ista diserta fuit opinio; ut apparet ex Aristot. de Coelo II. 13. quod caput instar est commentarii in hunc Phaedonis locum.“ Similiter statuerunt Leucippus ac Democritus teste Diog. Laërt. IX. 45. et Sext. Emp. adv. math. IX. 114.

ὁ δὲ ὥςπερ καρδόπῳ β.] Aristotel. l. c. Ἀναξιμένης δὲ καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Δημόκριτος τὸ πλάτος αἴτιον εἶναί φασιν τοῦ μένειν αὐτήν. οὐ γὰρ τέμνειν, ἀλλ' ἐπιπωματίζειν τὸν ἀέρα τὸν κάτωθεν, ὥςπερ φαίνεται τὰ πλάτος ἔχοντα τῶν σωμάτων ποιεῖν. ταῦτα γὰρ καὶ πρὸς τοὺς ἀνέμους ἔχει δυςκινήτως διὰ τὴν ἀντέρεισιν. ταὐτὸ δὴ τοῦτο ποιεῖν τῷ πλάτει φασὶ τὴν γῆν πρὸς τὸν ὑποκείμενον ἀέρα· τὸν δὲ οὐκ ἔχοντα μεταστῆναι τόπον ἱκανὸν ἀθρόον τῷ κάτωθεν ῥεμεῖν κ. τ. λ. Voc. καρδοπος, mactra, ad ridiculum traducit Aristoph. Nubb. v. 670 sqq. neque sine irrisione Plato ipse posuisse videtur.

C. τὴν δὲ τοῦ ὡς οἷόν τε —] h. e. τὴν δὲ δύναμιν τοῦ οὕτω νῦν αὐτὰ κεῖσθαι, ὡς οἷόν τε βέλτιστα τεθῆναι κ. τ. λ.

τοιαύτης αἰτίας, ὅπῃ ποτὲ ἔχει, μαθητὴς ὁτουοῦν ἥδιστ' ἂν γενοίμην· ἐπειδὴ δὲ ταύτης ἐστερήθην καὶ οὔτ' αὐτὸς εὑρεῖν οὔτε παρ' ἄλλου μαθεῖν οἷός τε ἐγενόμην, τὸν δεύτερον πλοῦν ἐπὶ τὴν τῆς αἰτίας ζήτησιν ἦ πεπραγμάτευμαι, βούλει σοι, ἔφη, ἐπίδειξιν ποιήσωμαι, ὦ Κέβης; Ὑπερφυῶς μὲν οὖν, ἔφη, ὡς βούλομαι. D

Cap. XLVIII. Ἔδοξε τοίνυν μοι, ἦ δ' ὅς, με-

D. ἦ πεπραγμάτευμαι] Vulgatum ἧν auctoritate Coisl. Vat. Ven. *ΑΠ*. Vind. *Φ*. Par. CEGHIL. Ambr. Flor. a. b. c. i. m. Vind. 3. 6. 8. in ἦ mutavimus, Bodl. habet ἤ, adscripta in marg. adnot. ἐν ἄλλῳ· ἢ πεπράγμευται v. ann. Paullo ante editt. vett. οὔτ' ἂν αὐτός, adversantibus codicibus plerisque omnibus et ratione grammatica reluctante.

D. ἐπίδειξιν ποιήσωμαι] Bodl. Coisl. Tub. Vat. Ven. *Α*. Vind. *Φ*. Par. CEHIL. Flor. i. d. m. cum Ald. Bas. 1. 2.

ἀλλὰ ἡγοῦνται τ.] sed putant se hoc Atlante, i. e. ea causa, quae ex optima rerum omnium conditione repetitur, inventuros esse validiorem etiam et diuturniorem magisque omnia continentem. Ceterum Wyttenbachius totam hanc ῥῆσιν, quae est ab ἀλλὰ ἡγοῦνται — ad ἐξευρεῖν suo loco motam et post οἰόμενον οἴονται restituendam iudicabat. Cui viri doctissimi sententiae nos non accedimus. Neque opus esse arbitramur Heindorfii coniectura, qui quum in cod. quodam Paris. scriptum reperisset: τὸ δὲ ὡς ἀληθῶς δέον ταῦτα καὶ ξυνέχον ξυνδεῖν καὶ ξυνέχειν οὐδὲν οἴονται, Platonis manum hanc fuisse suspicatus est: τὸ δὲ ὡς ἀληθῶς δέον ταῦτα καὶ ξυνέχον, τὸ ἀγαθὸν καὶ δέον, ξυνδεῖν καὶ ξυνέχειν οὐδὲν οἴονται. Nam ὡς ἀληθῶς coniungendum est cum verbis οὐδὲν οἴονται, revera pro nihilo habent. Sed universa haec sententia: καὶ ὡς ἀλ. — οἴονται arctissime cohaeret cum superioribus: τὴν δὲ τοῦ ὡς οἷόν τε — δαιμονίαν ἰσχὺν ἔχειν: quibus quoniam opposita sunt haec: ἀλλὰ ἡγοῦνται — ἐξευρεῖν, quae arctissime cogitatione connectenda erant, temere ab interpretibus segregata et divulsa sunt. Ceterum τὸ δέον, id quod oportet, officium quasi ligans, quibusdam a verbo δεῖν, ligare ductum videri Plato in Cratylo tradit p. 418. E. sq. τὸ δέον φαίνεται δεσμὸς εἶναι. Et hanc rationem Stoicis placuisse itemque a Plotino Ennead. VI. 2. esse adhibitam, Wyttenbach. ad h. l. docte disputavit.

D. τὸν δεύτερον πλοῦν] Δεύτερον πλοῦν facere dicuntur qui, aliqua re primo infeliciter tractata, denuo eam aggrediuntur. Eustath. ad Odyss. p. 1453. ed. Rom. = p. 106. Bas. δεύτερος πλοῦς λέγεται, ὅτε ἀποτυχών τις οὐρίου κώπαις πλέῃ, κατὰ Παυσανίαν. Exempla proverbii larga manu dederunt Gataker. ad Antonin. IX. 2. p. 263. Dorvill. ad Charit. p. 370. et Ruhnken. ap. Wyttenbach. ad h. l. p. 263.

ἦ πεπραγμ.] Verba sic inter se cohaerent: βούλει σοι ἐπί-

τὰ ταῦτα, ἐπειδὴ ἀπείρηκα τὰ ὄντα σκοπῶν, δεῖν εὐλαβηθῆναι, μὴ πάθοιμι ὅπερ οἱ τὸν ἥλιον ἐκλείποντα θεωροῦντες καὶ σκοπούμενοι· διαφθείρονται γάρ που ἔνιοι τὰ ὄμματα, ἐὰν μὴ ἐν ὕδατι ἢ τινι
E τοιούτῳ σκοπῶνται τὴν εἰκόνα αὐτοῦ. τοιοῦτόν τι καὶ ἐγὼ διενοήθην, καὶ ἔδεισα, μὴ παντάπασι τὴν ψυχὴν τυφλωθείην βλέπων πρὸς τὰ πράγματα τοῖς ὄμμασι καὶ ἑκάστῃ τῶν αἰσθήσεων ἐπιχειρῶν ἅπτεσθαι αὐτῶν. ἔδοξε δή μοι χρῆναι εἰς τοὺς λόγους καταφυγόντα ἐν ἐκείνοις σκοπεῖν τῶν ὄντων τὴν ἀλήθειαν. ἴσως μὲν οὖν ᾧ εἰκάζω τρόπον τινὰ οὐκ
100 ἔοικεν· οὐ γὰρ πάνυ ξυγχωρῶ τὸν ἐν τοῖς λόγοις σκοπούμενον τὰ ὄντα ἐν εἰκόσι μᾶλλον σκοπεῖν ἢ τὸν ἐν τοῖς ἔργοις· ἀλλ' οὖν δὴ ταύτῃ γε ὥρμησα, καὶ ὑποθέμενος ἑκάστοτε λόγον, ὃν ἂν κρίνω ἐρρωμενέστατον εἶναι, ἃ μὲν ἄν μοι δοκῇ τούτῳ ξυμφω-

ποιήσομαι. quod aegre defendas ex iis, quae Werfer. Act. Mon. I. p. 234. et ego ad Phileb. p. 77. observavimus.

θεωροῦντες καὶ σκοπούμενοι] Quod vulgo additum legebatur, πάσχουσι, id omisimus cum Bodl. Tub. Vind. Y. Zitt. Ven. Ξ Π. In Bodl. Ven Ξ Π. tamen adscriptum est.

ἢ τινι τοιούτῳ] V. ἢ ἔν τινι τ. invitis Bodl. Vat. Tub. Ven. Ξ Π. Vind. ΥΦ. Par. G. Ambr. Flor. d. Zitt.

E. ᾧ εἰκάζω] V. ὡς εἰκάζω. Recte Par. G. pr. m. et marg. Bodl. ᾧ In Zitt. est. ᾧ ὡς εἰκάζω.

P. 100. τὸν ἐν τοῖς λόγοις σκοπ.] τοῖς om. plurimi cum Coisl. Vat. Ven. A Parr. Flor. d. Ita etiam mox ante ἔργοις.

δειξιν ποιήσωμαι, ἦ (quomodo) πεπραγμάτευται τὸν δεύτερον πλοῦν ἐπὶ τ. τ. αἰτ. ζ. Confirmant ἦ codd. non pauci iique optimae notae libri. Fuit tamen qui ἦν defenderet, usus illis, quae Schaefer. ad Demosth T. II. p. 503. Reisig ad Oed. Col. p. 225. Hermann. ad Viger. p. 760. exposuerunt. Et eam rationem iam Fischerus iniit, qui iunxit τὸν δεύτερον πλοῦν ἐπίδειξιν ποιήσωμαι, i. e. ἐπιδείξωμαι. Verum satius est librorum auctoritati obtemperare.

Cap. XLVIII. E. τῶν ὄντων τὴν ἀλήθειαν] h. e. rerum vim et naturam. v. ad Phileb. p. 48. C.

οὐκ ἔοικεν] Dictum, ut Protagor. p. 312. A. et Republ. V. p. 453. D. De tertia persona absolute posita v. ad p. 93. B. Schleiermacherus: Doch vielleicht ähnelt das Bild auf gewisse Weise nicht so, wie ich es aufgestellt habe.

P. 100. τὸν ἐν τοῖς λόγοις σκοπούμενον —] Intelligit eum, qui rationibus utens ipsam rerum naturam contemplatur, eique opponit τὸν σκοπούμε-

νειν, τίθημι ὡς ἀληθῆ ὄντα, καὶ περὶ αἰτίας καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἃ δ' ἂν μή, ὡς οὐκ ἀληθῆ. βούλομαι δέ σοι σαφέστερον εἰπεῖν ἃ λέγω· οἶμαι γάρ σε νῦν οὐ μανθάνειν. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἔφη ὁ Κέβης, οὐ σφόδρα.

Cap. XLIX. Ἀλλ', ἦ δ' ὅς, ὧδε λέγω, οὐδὲν B καινόν, ἀλλ' ἅπερ ἀεὶ καὶ ἄλλοτε καὶ ἐν τῷ παρεληλυθότι λόγῳ οὐδὲν πέπαυμαι λέγων. ἔρχομαι γὰρ δὴ ἐπιχειρῶν σοι ἐπιδείξασθαι τῆς αἰτίας τὸ εἶδος, ὃ πεπραγμάτευμαι, καὶ εἶμι πάλιν ἐπ' ἐκεῖνα τὰ πολυθρύλητα καὶ ἄρχομαι ἀπ' ἐκείνων, ὑποθέμενος εἶναί τι καλὸν αὐτὸ καθ' αὑτὸ καὶ ἀγαθὸν καὶ μέγα καὶ τἆλλα πάντα· ἃ εἴ μοι δίδως τε καὶ συγχωρεῖς εἶναι ταῦτα, ἐλπίζω σοι ἐκ τούτων τήν τε αἰτίαν ἐπιδείξειν καὶ ἀνευρήσειν, ὡς ἀθάνατον ἡ ψυχή. Ἀλλὰ μήν, ἔφη ὁ Κέβης, ὡς διδόντος σοι οὐκ ἄν φθά- C

καὶ περὶ τῶν ἄλλων] περὶ om. Vat. Vind. Φ. Tub. Par. G1. Ambr. Flor. d. et corr Bodl. Dein Bodl Vat. Ven. Ξ. Zitt. Vind. ΥΦ. Par. G. Ambr. ἁπάντων ὄντων. Ven. Π. rec. ἁπάντων τῶν ὄντων. quod glossema redolet.

B. ἀεὶ καὶ ἄλλοτε] Sic Ven. Π. Tub. et pr. Bodl. Olim pro καὶ legebatur τε.

τὰ πολυθρύλητα] Hanc scripturam tuentur Bodl. Vat. Vind. Y. Par. CH. Vett. editt. πολυθρύλλητα. conf. p. 65. B. p. 76. D. v Eustath. ad Iliad. XXIII. 396. ἡ πλείων χρῆσις οἶδε δι' ἑτὸς προφέρειν.

νον ἐν τοῖς ἔργοις, eum, qui ex effectis atque oculorum, aurium, denique sensuum ope eam cognoscere studet. Et hunc quidem censet non minus imaginem rerum, non res ipsas videre, quam qui rationis principia sequatur.

Cap. XLIX. B. ἀεὶ καὶ ἄλλοτε καὶ ἐν τ. π. λ] quum in aliis sermonibus, tum in disputatione superiore: videl. c. XIX. sqq.

ἔρχομαι γὰρ δὴ ἐπιχειρῶν] Ne quis desideret ἐπιχειρήσων, aut cum Fischero ἐπιχειρῶν pro futuro Attico habeat; ipsum verbum ἐπιχειρεῖν per se habet vim futuri, ut haec fere idem valeant quod ἔρχομαι ἐπιδειξόμενος.

C. οὐκ ἂν φθάνοις περαίνων] quantocius exinde cetera collige. Nam περαίνειν in dialecticis significat concludere, colligere reliqua e sumtis. Formula οὐκ ἂν φθάνοις est proprie: non antevertes, non occupabis, du dürftest nicht zu früh kommen. Unde eius usus repetendus. Deinde τὰ ἐξῆς ἐκείνοις sunt ea, quae dein-

νοις περαίνων. Σκόπει δή, ἔφη, τὰ ἐξῆς ἐκείνοις, ἐάν σοι ξυνδοκῇ, ὥςπερ ἐμοί. φαίνεται γάρ μοι, εἴ τί ἐστιν ἄλλο καλὸν πλὴν αὐτὸ τὸ καλόν, οὐδὲ δι' ἓν ἄλλο καλὸν εἶναι ἢ διότι μετέχει ἐκείνου τοῦ καλοῦ· καὶ πάντα δὴ οὕτω λέγω. τῇ τοιᾷδε αἰτίᾳ ξυγχωρεῖς; Ξυγχωρῶ, ἔφη. Οὐ τοίνυν, ἦ δ' ὅς, ἔτι μανθάνω, οὐδὲ δύναμαι τὰς ἄλλας αἰτίας τὰς σοφὰς ταύτας γιγνώσκειν· ἀλλ' ἐάν τίς μοι λέγῃ, διότι καλόν ἐστιν ὁτιοῦν, ἢ ὅτι χρῶμα εὐανθὲς ἔχον, ἢ

ἢ ὅτι χρῶμα] ὅτι om. Tub. Ven. *Π.* et pr. Bodl.

D. ἁπλῶς καὶ ἀτέχνως] Sic Ven. *Ξ.* Vind. *Y.* Par. CG. Flor. d. m. et corr. Coisl. Ven. *Λ.* pro vulg. ἀτεχνῶς.

ἢ ἡ ἐκείνου τοῦ καλοῦ] Articulum e Vat. Vind. *Φ.* Par. G. Flor. d. recepi, praeeunte Bekkero.

ceps sequuntur, ut Cratyl. p. 399. A. p. 420. D. Legg. VII. p. 796. E. al.

οὐδὲ δι' ἓν ἄλλο κ.] h. e. ne per ullam quidem aliam rem pulcrum esse, i. e. per nihil quidquam aliud esse pulcrum. Prorsus sic Xenoph. Cyrop. II. 1, 8 ὅτι οὐδὲ δι' ἓν ἄλλο τρέφονται. conf. Plat. Symp. p. 214. D. ibique ann. et supra p. 72. D.

διότι μετέχει] Huius μετοχῆς alibi saepius facit mentionem philosophus. Qui quoniam τὰ εἴδη nominabat notiones rerum generales per se exstantes; res in sensus cadentes ad ea ita referebat, ut has diceret per illa suam naturam et formam accepisse. Quod tamen qua ratione factum esset, accuratius hoc loco definire noluit, ostendere studuit in Parmenide. V. Prolegg. nostra ad Parmenidem p. 140. sqq. p. 272. sqq. Dubitationem de his rebus ipse Plato prodidit in Parmenide p. 130. E — 132.

τῇ τοιᾷδε αἰτίᾳ ξυγχωρεῖς;] Comparat Heindorf. Politic. p. 258. A. συγχωρεῖς οὖν οἷς λέγει (Σωκράτης); Addimus Eurip. Hipp. 299. συγχωρεῖν λόγοις. Horat. Sermon. II. 3. v. 305. concedere veris.

ἢ ὅτι χρῶμα εὐανθ. ἔχον] Intell. ἐστίν. Nam ἔχον ἐστὶ haudquaquam rarum est. Men. p. 82. C. οὐ καὶ ταυταὶ τὰς διὰ μέσου ἐστὶν ἔχον; Sed v. ad h. l. Heindorfium.

D. ταράττομαι γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις πᾶσι] nam si quis alia affert argumenta, in iis haereo et quasi perturbor, ita ut quid verum sit, intelligere non queam. — Mox pro vulg. ἀτεχνῶς ex aliquot codd. recepimus ἀτέχνως, sine arte, quod exigebat sententia. Harpocrat. Ἀτεχνῶς, περισπωμένως μὲν ἀντὶ τοῦ σαφῶς ἢ βεβαίως ἢ ἀσφαλῶς ἢ φανερῶς· παροξυτόνως δὲ ἀντὶ τοῦ ἀμελῶς καὶ ἄνευ τέχνης.

εἴτε παρουσία εἴτε κοινωνία —] Dubitabat enim Plato, quo modo species rerum aeternae cum rebus ipsis coniunctae essent: certe quidem non repericbat vocabulum, quo illam coniunctionem apte significaret. v. Parmenid. p. 130. E.

σχῆμα, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν τῶν τοιούτων, τὰ μὲν ἄλλα χαίρειν ἐῶ, ταραττομαι γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις πᾶσι, τοῦτο δὲ ἁπλῶς καὶ ἀτέχνως καὶ ἴσως εὐηθῶς ἔχω παρ' ἐμαυτῷ, ὅτι οὐκ ἄλλο τι ποιεῖ αὐτὸ καλὸν ἢ ἡ ἐκείνου τοῦ καλοῦ εἴτε παρουσία εἴτε κοινωνία, [εἴτε] ὅπῃ δὴ καὶ ὅπως προσγενομένη· οὐ γὰρ ἔτι τοῦτο διισχυρίζομαι, ἀλλ' ὅτι τῷ καλῷ πάντα τὰ καλὰ γίγνεται καλά. τοῦτο γάρ μοι δοκεῖ ἀσφαλέστατον εἶναι καὶ ἐμαυτῷ ἀποκρίνασθαι καὶ ἄλλῳ, καὶ τούτου

καὶ ὅπως προσγενομένη] Vind. Φ. Par. C. Ambr. Flor. a. c. m. προσγιγνομένη Vat. Flor. d. προσγινόμενον. Deinde γίγνεται in multis libris deest.

ἀποκρίνασθαι καὶ ἄλλῳ] Coisl. Ven. Λ. Par. CEHIL. Flor. a. b. c. m. Aug. ἀποκρίνεσθαι, quod edidit Bekker.

— 132. p. 133. D. Itaque hoc loco dicit ἐκείνου τοῦ καλοῦ εἴτε παρουσία εἴτε κοινωνία. Sed quod sequitur εἴτε — προσγενομένη, id manifestam suscepit labem. Codd. nihil variant, praeterquam quod pauci προσγινόμενον vel προσγινομένη exhibent. Ut paucis dicam quod sentio, aut εἴτε ante ὅπῃ delendum, quod placuit Daehnio meo De aliq. locis Platon. p. 18. aut legendum est προσαγορευομένη, in quam suspicionem video Wyttenbachium incidisse; quod ubi probaveris, sententiam habebis expeditam, simplicem, veram. Est autem haec: nihil aliud reddere illud pulcrum, nisi ipsius pulcritudinis sive praesentia sive communio sive quocunque alio nomine appelletur, vel sive communio quocunque demum ratione effecta. Loquendi genus docte illustravit ad h. l. Wyttenbah. Priorem rationem quodammodo confirmant quae exposuit Olympiod. p. 189. ed. Finkh. Τίς δὲ μετοχὴ τοῖς τῇδε τῶν χωριστῶν εἰδῶν; εἰ μὲν γαρ παρουσία, οὐκ ἔστι χωριστά· εἰ δὲ κοινωνία, ἴσται τι καὶ ἄλλο πρὸ αὐτῶν, οὗ κοινῇ ταῦτα μετείληφε, καὶ τοῦτο ἐπ' ἄπειρον. ἢ πῇ καὶ πῶς ἑκάτερον, καὶ παρουσία καὶ κοινωνία, κατὰ τὴν ἐκεῖθεν μέθεξιν. Quamquam idem p. 148. veterem scripturam tuetur. Ne vero mireris istud ὅπῃ καὶ ὅπως coniunctum, huius locutionis exempla collegit Iacobsius ad Philostrati Imagg. p. 635. quibus adde De Rep. p. 612. A. p 621. B. Legg. X. p. 899. A. B. XII. p. 966. A. Simile est quod supra legimus οὐδαμῇ οὐδαμῶς, p. 78. D. conf. ad Phil. p. 60. C.

οὐ γὰρ ἔτι τοῦτο δ.] nam quaenam ratio inter res singulares earumque species aeternas intercedat, id nondum certo dixerim. Aristotel. Met. I. 6. τὴν μέντοι γε μέθεξιν, — ἥτις ἂν εἴη, τῶν εἰδῶν, ἀφεῖσαν ἐν κοινῷ ζητεῖν. Colligas ex hoc loco non sine aliqua veri similitudine Platonem, quo tempore Phaedonem scripsit, nondum in lucem emisisse Parmenidem, in quo libro de gravissimo loco subtilissime disputavit.

καὶ τούτου ἐχόμενος —

E ἐχόμενος ἡγοῦμαι οὐκ ἄν ποτε πεσεῖν, ἀλλ' ἀσφαλὲς
εἶναι καὶ ἐμοὶ καὶ ὁτῳοῦν ἄλλῳ ἀποκρίνασθαι, ὅτι
τῷ καλῷ τὰ καλὰ γίγνεται καλά. ἢ οὐ καὶ σοὶ δο-
κεῖ; Δοκεῖ. Καὶ μεγέθει ἄρα τὰ μεγάλα μεγάλα
καὶ τὰ μείζω μείζω, καὶ σμικρότητι τὰ ἐλάττω ἐλάττω;
Ναί. Οὐδὲ σὺ ἄρ' ἂν ἀποδέχοιο, εἴ τίς τινα φαίη
ἕτερον ἑτέρου τῇ κεφαλῇ μείζω εἶναι, καὶ τὸν ἐλάττω τῷ
101 αὐτῷ τούτῳ ἐλάττω, ἀλλὰ διαμαρτύροιο ἄν, ὅτι σὺ
μὲν οὐδὲν ἄλλο λέγεις ἢ ὅτι τὸ μὲν μεῖζον πᾶν ἕτερον
ἑτέρου οὐδενὶ ἄλλῳ μεῖζόν ἐστιν ἢ μεγέθει, καὶ διὰ
τοῦτο μεῖζον, διὰ τὸ μέγεθος, τὸ δὲ ἔλαττον οὐδενὶ
ἄλλῳ ἔλαττον ἢ σμικρότητι, καὶ διὰ τοῦτο ἔλαττον,
διὰ τὴν σμικρότητα, φοβούμενος, οἶμαι, μή τίς σοι
ἐναντίος λόγος ἀπαντήσῃ, ἐὰν τῇ κεφαλῇ μείζονά
τινα φῇς εἶναι καὶ ἐλάττω, πρῶτον μὲν τῷ αὐτῷ τὸ
μεῖζον μεῖζον εἶναι καὶ τὸ ἔλαττον ἔλαττον, ἔπειτα
B τῇ κεφαλῇ σμικρᾷ οὔσῃ τὸν μείζω μείζω εἶναι, καὶ
τοῦτο δὴ τέρας εἶναι, τὸ σμικρῷ τινι μέγαν τινὰ εἶ-

E. ὁτῳοῦν ἄλλῳ ἀποκρίνασθαι] Bekker. e solis Par. EI. ἀποκρίνεσθαι dedit. Paullo post vett. editt. ἢ οὐ καί σοι δοκεῖ. Perperam.

Οὐδὲ σὺ ἄρ' ἂν ἀπ.] V. ἂν ἄρ' ἀπ. praete fidem meliorum librorum. In Tub. Ven. *II.* Vind. *Y.* Par. G. ἂν omissum.

P. 101. ὅτι τὸ μὲν μεῖζον] μέν, quod olim aberat, additum e Vat. Vind. *Φ.* Ambr. Flor. d. et rec. *II.*

λόγος ἀπαντήσῃ] V. ἀπαντήσοι, quod tuetur Par. E.

B. δυοῖν πλείονα εἶναι] δυεῖν Bekk. e Ven. *Λ.* Par. CEHI dedit, quibuscum Flor. a. b. c. i. m. consentiunt.

ἢ διασχισθέντος] V. ἢ σχισθέντος, invitis codd. plerisque omnibus.

οὐκ ἄν ποτε πεσεῖν] hoc firmiter tenentem me puto non unquam esse lapsurum et erraturum. De usu part. ἐχόμενος sic cum genitivo iuncti v. inttpp. ad Aristoph. Plut. 101.

E. οὐδὲ σὺ ἄρ' ἂν ἀποδέχοιο] h. e. neque tu igitur probares: quem usum verbi iam saepius attigimus.

τῇ κεφαλῇ μ.] non significat: um den Kopf grösser, sed potius: vermöge des Kopfs.

P. 101. μή τίς σοι — ἀπαντήσῃ] h. e. ne quae contraria ratio tibi occurrat h. e. ab aliquo afferatur. Ut si quis quaerat, num aliquis maior sit altero, quod capite maior sit et tu id affirmes: possit alter colligere captiose maius aliquid fieri re parva, veluti capite.

ναι, ἢ οὐκ ἂν φοβοῖο ταῦτα; Καὶ ὁ Κέβης γελάσας, Ἔγωγε, ἔφη. Οὐκοῦν, ἦ δ' ὅς, τὰ δέκα τῶν ὀκτὼ δυοῖν πλείω εἶναι, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ὑπερβάλλειν, φοβοῖο ἂν λέγειν, ἀλλὰ μὴ πλήθει καὶ διὰ τὸ πλῆθος; καὶ τὸ δίπηχυ τοῦ πηχυαίου ἡμίσει μεῖζον εἶναι, ἀλλ' οὐ μεγέθει; ὁ αὐτὸς γάρ που φόβος. Πάνυ γε, ἔφη. Τί δέ; ἐπὶ ἑνὸς προστεθέντος τὴν πρόσθεσιν αἰτίαν εἶναι τοῦ δύο γενέσθαι ἢ διασχισθέντος τὴν σχίσιν οὐκ εὐλαβοῖο ἂν λέγειν, C καὶ μέγα ἂν βοῴης, ὅτι οὐκ οἶσθα ἄλλως πως ἕκαστον γιγνόμενον ἢ μετασχὸν τῆς ἰδίας οὐσίας ἑκάστου, οὗ ἂν μετάσχῃ, καὶ ἐν τούτοις οὐκ ἔχεις ἄλλην τινὰ αἰτίαν τοῦ δύο γενέσθαι ἀλλ' ἢ τὴν τῆς δυάδος μετάσχεσιν, καὶ δεῖν τούτου μετασχεῖν τὰ μέλλοντα δύο ἔσεσθαι, καὶ μονάδος, ὃ ἂν μέλλῃ ἓν ἔσεσθαι, τὰς δὲ σχίσεις ταύτας καὶ προσθέσεις καὶ τὰς ἄλλας τὰς τοιαύτας κομψείας ἐῴης ἂν χαίρειν, παρεὶς ἀποκρίνασθαι τοῖς σεαυτοῦ σοφωτέροις· σὺ

C. *μέγα ἂν βοῴης*] Bodl. Ven. *Π.* Vind. *Y.* Tub. Zitt. *μεγάλα ἂν β.* Vat. *μέγαν ἂν β.* Pro *ὅτι οὐκ οἶσθα* Bodl. Vat. Tub. Ven. *Ξ Π.* Vind. *ΥΦ.* Par. G. Ambr. Flor. d. Zitt. cum Bas. 2. habent *ὅτι οὐκ οἰόμεθα.* Ficinus: altiusque exclamares, nescire te, quonam alio pacto quidquam fiat nisi participatione quadam essentiae unicuique propriae.

οὗ ἂν μετάσχῃ] V. *μετάσχοι*, quod emendatum ex Coisl. Ven. *ΑΞ.* Vind. *Y.* Aug. Par. GHL. Ambr. Flor. b. c. i. al.

παρεὶς ἀποκρίνασθαι] Vat. Flor. d. *ἀποκρίνεσθαι.* Deinde *ἑαυτοῦ* Bodl. Vind. *Φ.* Par. GL. *ἑαυτοῦ*, et mox *τὴν ἑαυτοῦ σκ.* Bodl. pr., Vind. *Φ.* Ambr. recte fortasse; v. ad p. 91. C.

B. *καὶ τοῦτο δὴ τέρας εἶναι*] *Τέρας* vocatur in dialecticis *τὸ παράδοξον, ἄτοπον, ἀδύνατον.* Theaet. p. 163. D. *τέρας γὰρ ἂν εἴη ὃ λέγεις.* Parmenid. p. 154. B. *εἰ γὰρ αὐτὰ τὰ ὅμοιά τις ἀπέφαινε ἀνόμοια, τέρας ἄν, οἶμαι, ἦν.* Phileb. p. 14. E. *ὅτι τέρατα διηνάγκασται φάναι*, ubi vid. annotat.

ἀλλὰ μὴ πλ.] Post *ἀλλὰ μὴ* int. *φοβοῖο ἄν.*

τὴν πρόσθεσιν αἰτίαν εἶναι τοῦ δ. γ.] De hoc argumento v. supra c. XLV. sqq.

C. *τῆς ἰδίας οὐσίας ἑκάστου*] h. e. *τῆς ἰδίας ἑκάστου.* Six mox *ἡ τῆς δυάδος μετάσχεσις* intelligitur numeri binarii per se spectati *μετάσχεσις.*

τὰς τοιαύτας κομψείας] i. e. *ποικίλας λαλιὰς καὶ παιγνιώδεις*, ut interpretatur Hesychius. Proximis verbis allu-

D δὲ δεδιὼς ἄν, τὸ λεγόμενον, τὴν σαυτοῦ σκιὰν καὶ τὴν ἀπειρίαν, ἐχόμενος ἐκείνου τοῦ ἀσφαλοῦς τῆς ὑποθέσεως, οὕτως ἀποκρίναιο ἄν; εἰ δέ τις αὐτῆς τῆς ὑποθέσεως ἔχοιτο, χαίρειν ἐῴης ἂν καὶ οὐκ ἀποκρίναιο, ἕως ἂν τὰ ἀπ' ἐκείνης ὁρμηθέντα σκέψαιο, εἴ σοι ἀλλήλοις ξυμφωνεῖ ἢ διαφωνεῖ; ἐπειδὴ δὲ ἐκείνης αὐτῆς δέοι σε διδόναι λόγον, ὡσαύτως ἂν διδοίης, ἄλλην αὖ ὑπόθεσιν ὑποθέμενος, ἥτις τῶν ἄνωθεν βελτίστη φαίνοιτο, ἕως ἐπί τι ἱκανὸν ἔλθοις,
E ἅμα δὲ οὐκ ἂν φύροιο, ὥσπερ οἱ ἀντιλογικοί, περὶ τε τῆς ἀρχῆς διαλεγόμενος καὶ τῶν ἐξ ἐκείνης ὡρμημένων, εἴπερ βούλοιό τι τῶν ὄντων εὑρεῖν; ἐκείνοις μὲν γὰρ ἴσως οὐδὲ εἷς περὶ τούτου λόγος, οὐδὲ φρον-

D. οὕτως ἀποκρίναιο ἄν;] ἀποκρίνοιο ἄν Coisl. Ven. *A.* Vind. *Φ.* Par. CEGHIL. Ambr. Aug. ἀποκρίνοι' ἄν Vat. Flor. d.

dit fortasse ad versum Eurip. Antiopes, de quo egit Valcken. Diatrib. p. 86. ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς σοφίσματα.

D. δεδιὼς ἄν, τὸ λεγόμενον —] Scholiastes ad h. l. τὴν αὐτοῦ σκιὰν δέδοικεν· ἐπὶ τῶν σφόδρα δειλοτάτων· μέμνηται ταύτης Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις: ubi, teste Wyttenbachio, haec annotavit Ruhnkenius: „Heliodor. II. p. 77. Broukhus. ad Propert. II. 25, 19. Cicero Attic. X. 20, Anonymus de Incredibil. V. Apostolius p. 229."

τὸ λεγόμενον] quod est in proverbio, ut in proverbio dicitur, ut Rep. X. 621. C. al.

ἐχόμενος ἐκ. τ. ἀσφ. τ. ὑπ.] firmiter tenens tutam illam rationem: videl. esse aliquid magnum, parvum, pulcrum per se, cuius vi efficiatur, ut res sensibus subiectae magnae, parvae, pulcrae videantur.

εἰ δέ τις — ἔχοιτο] Animadversione dignus est hic usus verbi ἔχεσθαι, quod quia cum genitivo constructum proprie significat alicui rei adhaerescere, non solum est aliquid firmiter retinere, propterea quod illud amas, diligis, probas; sed etiam aliquid urgere, premere, aggredi, oppugnare, ut h. l. Nam sententia haec est: si quis vero hanc tuam sumtionem premeret, illum non curares nec ei responderes, donec vidisses, utrum ea, quae ex illa consequuntur, tuo iudicio inter se consentirent necne. In his olim suspectam habebam ἄν particulam, cuius usum tamen vindicarunt Hermannus De Part. ἄν Libr. III. Cap. 4. et Klotz. ad Devar. De particulis Vol. II. p. 569. Ponitur enim optativus pro coniunctivo propter antecedentem optativum, unde particulae ratio atque causa intelligitur. De Rep. III. p. 413. D. τοῦτό γ' ἂν μάλιστα φιλοῖ, ᾧ ξυμφέρειν ἡγοῖτο — καὶ ὅταν μάλιστα —

τίς· ἱκανοὶ γὰρ ὑπὸ σοφίας ὁμοῦ πάντα κυκῶντες ὅμως δύνασθαι αὐτοὶ αὑτοῖς ἀρέσκειν· σὺ δ', εἴπερ εἶ τῶν φιλοσόφων, οἶμαι ἂν ὡς ἐγὼ λέγω ποιοῖς. 102
Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις, ὅ τε Σιμμίας ἅμα καὶ ὁ Κέβης. ΕΧ. Νὴ Δία, ὦ Φαίδων, εἰκότως γε· θαυμαστῶς γάρ μοι δοκεῖ ὡς ἐναργῶς τῷ καὶ σμικρὸν νοῦν ἔχοντι εἰπεῖν ἐκεῖνος ταῦτα. ΦΑΙΔ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Ἐχέκρατες, καὶ πᾶσι τοῖς παροῦσιν ἔδοξεν. ΕΧ. Καὶ γὰρ ἡμῖν τοῖς ἀποῦσι, νῦν δὲ ἀκούουσιν.

Cap. L. Ἀλλὰ τίνα δὴ ἦν τὰ μετὰ ταῦτα λεχθέντα; ΦΑΙΔ. Ὡς μὲν ἐγὼ οἶμαι, ἐπεὶ αὐτῷ ταῦτα ξυνεχωρήθη, καὶ ὡμολογεῖτο εἶναί τι ἕκαστον

Sic etiam statim post non pauci.

E. οὐδὲ εἷς περὶ τούτου] Sic Tub. Ven. Ξ Π. V. οὐδείς.

οἷόιτο συμβαίνειν, ubi coniunctivus repudiandus erat. Alcibiad. II. p. 146. A. φαίης ἄν, ὁπόταν ὁρᾷς κ. τ. λ. Men p. 97. C. οὐκ ἂν ἀεὶ τυγχάνοι, ὥσπερ ἂν δοξάζοι. Theaet. p. 155. A. μηδὲν ἂν μεῖζον μήτε ἧττον γενέσθαι, ἕως ἴσον ἂν εἴη. De Rep. VI. p. 501. C. ubi ἄν tenendum. Tim. p. 56. D. μέχρι περ ἂν αὐτῆς — γένοιτο. Andocides De myster. p. 39. ed. Reisk. ἕως ἄν — ποιήσειαν. Est igitur haec quasi quaedam modi attractio. Dativum σοι interpreteris tuo iudicio, ut Reip. I. p. 334. E. conf. Matthiae Gr. §. 388.

ὥσπερ οἱ ἀντιλογικοί] De his v. p. 90. C. Intelliguntur Sophistae in contrarias partes disputantes omniaque miscentes et confundentes. Deyksius De Megaricis p. 60. inprimis de Gorgia et Protagora cogitandum censet. Sententia verborum haec est: sin autem oporteat te adversario, qui contrariam tuae thesi rationem veram esse contendat, tuae ipsius theseos dare rationem; hanc identidem sic dabis, ut aliam rursus ei hypothesin tanquam fundamentum subiicias, quae inter magis universales optima videatur, idque facies, donec ad id pervenerìs, quod proposito satisfaciat.

Cap. L. P. 102. εἶναί τι ἕκαστον —] h. e. unamquamque idearum esse aliquid et per se consistere; eo autem, quod ceterae res, ab ideis diversae, i. e. sensibus subiectae (τἄλλα), illarum participes sint, fieri, ut et ipsae illarum cognomen accipiant. Ut quum verum a veritate, bonum a bonitate, pulcrum a pulcritudine, magnum a magnitudine appellatur. Parmenid. p. 140. C. δοκεῖ σοι εἴδη εἶναι ἅττα, ὧν τάδε τὰ ἄλλα μεταλαμβάνοντα τὰς ἐπωνυμίας αὐτῶν ἴσχειν. οἷον ὁμοιότητος μὲν μεταλαμβάνοντα ὅμοια, μεγέθους δὲ μεγάλα, κάλ-

B τῶν εἰδῶν καὶ τούτων τἆλλα μεταλαμβάνοντα αὐτῶν τούτων τὴν ἐπωνυμίαν ἴσχειν, τὸ δὴ μετὰ ταῦτα ἠρώτα, Εἰ δή, ἦ δ' ὅς, ταῦτα οὕτω λέγεις, ἆρ' οὐχ, ὅταν Σιμμίαν Σωκράτους φῇς μείζω εἶναι, Φαίδωνος δὲ ἐλάττω, λέγεις τότ' εἶναι ἐν τῷ Σιμμίᾳ ἀμφότερα, καὶ μέγεθος καὶ σμικρότητα; Ἔγωγε. Ἀλλὰ γάρ, ἦ δ' ὅς, ὁμολογεῖς τὸ τὸν Σιμμίαν ὑπερέχειν Σωκράτους οὐχ ὡς τοῖς ῥήμασι λέγεται, οὕτω καὶ τὸ ἀληθὲς ἔχειν; οὐ γάρ που πεφυκέναι Σιμμίαν
C ὑπερέχειν τούτῳ τῷ Σιμμίαν εἶναι, ἀλλὰ τῷ μεγέθει, ὃ τυγχάνει ἔχων· οὐδ' αὖ Σωκράτους ὑπερέχειν, ὅτι

P. 102. C. τοῦ μὲν τῷ μεγέθει ὑπερέχειν] Steph. τοῦ μὲν τῷ μεγέθει ὑπερέχειν τὴν σμικρότητα παρέχων· τῷ δὲ τὸ μέγεθος τῆς σμικρότητος παρέχων ὑπερέχον. Recte libri mss. omnes pro priori παρέχων tenent ὑπερέχων, quod etiam in Ald. et Bass. legitur. Deinde Aug. τῷ δὲ μεγέθει τῆς σμικρότητος παρέχων ὑπεροχήν. Pro τῷ δὲ τὸ μέγεθος Coisl. Par. H. et marg. Flor. a. τὸν δὲ τὸ μέγεθος. Articulum τὸ ante μέγεθος τῆς σμικρότητος vulgo interpositum extrusi cum Coisl. Ven. A. Par. CEGHIL. Flor. b. i. Etiam Schleiermacherus illum abesse malebat. Loco geni-

λους δὲ καὶ δικαιοσύνης δίκαιά τε καὶ καλὰ γίγνεσθαι. Nam τἆλλα sunt res in sensus cadentes, quae in Parmenide p. 157 —159. al. modo τὰ ἄλλα, modo τὰ ἕτερα vocantur. Sic etiam Sympos. p. 211. B.

C. ἐπωνυμίαν ἔχει — εἶναι] h. e. λέγεται s. ὀνομάζεται εἶναι. Apte Heindorf. comparat Herodot. II. 44. ἱρὸν Ἡρακλέος, ἐπωνυμίαν ἔχοντος Θασίου εἶναι.

τοῦ μὲν τῷ μεγ.] Vögelinus Praefat. ad Phaedrum ed. min. p. 10. hic eliminandum censet ὑπερέχων. Sed prior sententiae particula sincerissima est, modo τὴν σμικρότητα ὑπερέχων ex codd. legas, quod Stephanus nescio cur in παρέχων mutavit. Nam ὑπερέχειν τινὰ recte dici ipse Stephanus in Thesauro L. Gr. T. I. p. 1359. docuit, et post eum Valcken. ad Eurip. Hippol. v. 1365. Plus difficultatis habent proxima: τῷ δὲ μ. κ. τ. λ. quae corrupta visa sunt Heindorfio et Wyttenbachio. Nam quum cod. Aug. habeat: τῷ δὲ μεγέθει τῆς σμικρότητος παρέχων ὑπεροχήν, pro τῷ δὲ autem Meibomius in marg. edit. Bas. 2. adscripserit τοῦ δέ; Heindorf. his in unum coniunctis legendum censuit: τοῦ δὲ τῷ μεγέθει τῆς σμικρότητος παρέχων ὑπεροχήν, alterius vero magnitudini parvitatem suam superandam praebens. Aliter Wyttenbachius, qui locum sic refingi iussit: τῷ μὲν τῷ μεγέθει ὑπερέχειν τὴν σμικρότητα παρέχων, τῷ δὲ τὸ μέγεθος τῆς σμικρότητος ὑπερέχον. At non videtur opus esse mutatione. Nam verba ita connectenda sunt: τῷ δὲ μέγεθος παρέχων, ὑπερέχον τῆς σμικρότητος sc. τῆς ἑαυτοῦ. Itaque locum sic interpretamur: Simmias medium tenet

Σωκράτης ὁ Σωκράτης ἐστίν, ἀλλ' ὅτι σμικρότητα ἔχει ὁ Σωκράτης πρὸς τὸ ἐκείνου μέγεθος. Ἀληθῆ. Οὐδέ γε αὖ ὑπὸ Φαίδωνος ὑπερέχεσθαι τῷ ὅτι Φαίδων ὁ Φαίδων ἐστίν, ἀλλ' ὅτι μέγεθος ἔχει ὁ Φαίδων πρὸς τὴν Σιμμίου σμικρότητα. Ἔστι ταῦτα. Οὕτως ἄρα ὁ Σιμμίας ἐπωνυμίαν ἔχει σμικρός τε καὶ μέγας εἶναι, ἐν μέσῳ ὢν ἀμφοτέρων, τοῦ μὲν τῷ μεγέθει ὑπερέχειν τὴν σμικρότητα ὑπερέχων, τῷ δὲ μέγεθος τῆς σμικρότητος παρέχων ὑπερέχον. Καὶ ἅμα μειδιάσας, Ἔοικα, ἔφη, καὶ ξυγγραφικῶς ἐρεῖν, ἀλλ' οὖν ἔχει γέ που ὡς λέγω. Ξυνέφη. Λέγω δὲ

tivi τῆς σμικρότητος in Coisl. Par. G. legitur τὴν σμικρότητα. Denique pro ὑπερέχον Ven. Ξ. a. pr. m. et Par. G. praebent ὑπερέχειν.

D. ἔχει γέ που ὡς λέγω] που codd. optimi ac plurimi habent. Legebatur olim πως. Dein Coisl. Vat. Ven. A. Vind. Φ. Par. G. Flor. d. aliique non pauci Λέγω δὴ τοῦδ' ἕνεκα. Pro ἐθέλειν, quod Bodl. Coisl. Ven. Ξ. Vind Y. Par. G. Flor. a. bis deinceps suppeditarunt, vett. editt. bis scriptum habent θέλειν. Par. l. δυεῖν, quod dedit Bekker.

locum inter utrumque, quippe simul et parvus et magnus, dum alterius (Socratis) parvitatem exsuperat eo, quod magnitudine exsuperat (ei antecellit), alteri autem (Phaedoni) concedit eam magnitudinem, quae suam ipsius (Simmiae) parvitatem superet. Nimirum loquitur Socrates ludibundus, ita, ut in re perquam vulgari summam diligentiam sectari videatur. Quamobrem etiam verbum ὑπερέχειν ter in eadem re repetere non dubitavit. Quod quorsum pertineat, proxime sequentia satis declarant.

D. Ἔοικα, ἔφη, καὶ ξυγγρ. ἐρεῖν] Istud ξυγγραφικῶς alii aliter interpretantur. Fischerus enim explicat: historicorum more. Wyttenbachius: scriptorum civilium s. publicorum ratione. Heindorfius: quasi ξυγγραφῇ sive chirographo cavendum sit. Postrema interpretatio proxime ad verum accedit. Nam ut Wyttenbachii ratio speciosa sit, quippe quae ex loco Gorgiae p. 451. B. confirmari posse videatur, tamen ea, re diligentius considerata, vix cuiquam probabitur. Nam in Gorgiae loco manifesto respicitur ad unam formulam: τὰ μὲν ἄλλα ὁμοίως, scriptoribus civilibus crebro usurpatum, de qua formula dixit Boeckhius Corp. Inscriptt. I. p. 124. ad n. 84. Hoc autem loco omnino de diligentia et cautione loquendi cogitandum esse liquet. Quamobrem ξυγγραφικῶς interpretandum est: modo et ratione eorum, qui syngraphas (Contracte) scribunt; in quibus componendis summam cautionem ac diligentiam requiri constat. Unde etiam Gaius I. 112. syn-

τοῦδ' ἕνεκα, βουλόμενος δόξαι σοὶ ὅπερ ἐμοί. ἐμοὶ γὰρ φαίνεται οὐ μόνον αὐτὸ τὸ μέγεθος οὐδέποτ' ἐθέλειν ἅμα μέγα καὶ σμικρὸν εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν ἡμῖν μέγεθος οὐδέποτε προσδέχεσθαι τὸ σμικρὸν οὐδ' ἐθέλειν ὑπερέχεσθαι, ἀλλὰ δυοῖν τὸ ἕτερον, ἢ
E φεύγειν καὶ ὑπεκχωρεῖν, ὅταν αὐτῷ προσίῃ τὸ ἐναντίον, τὸ σμικρόν, ἢ προσελθόντος ἐκείνου ἀπολωλέναι, ὑπομένον δὲ καὶ δεξάμενον τὴν σμικρότητα οὐκ ἐθέλειν εἶναι ἕτερον ἢ ὅπερ ἦν· ὥςπερ ἐγὼ δεξάμενος καὶ ὑπομείνας τὴν σμικρότητα, καὶ ἔτι ὢν ὅςπερ εἰμί, οὗτος ὁ αὐτὸς σμικρός εἰμι· ἐκεῖνο δὲ οὐ

E. ἔτι ὢν ὅςπερ εἰμί] ὥςπερ Coisl. Par. GI. Ambr. ὅπερ Vat. Flor. d. Wyttenbach. mavult ὅςπερ ἦν, quod nemo amplectetur.

ὡς δ' αὕτως] δ' om. Ven. *A.* Par. CEHIL. Aug. Flor. b. i. m.

τῶν ἐναντίων ἔτι ὄν] αἴτιον Bodl. Ven. *Π.* Vind. *Y.*

grapharum formulas arbitratur quam maxime certis et solemnibus verbis oportere compositas esse. Nimirum iocose haec dicit Socrates respiciens quae modo de Simmiae magnitudine et parvitate exposuit, in quibus istud: *ὑπερέχειν τῷ μεγέθει, ὑπερέχων τὴν σμικρότητα*, et *παρέχων μέγεθος ὑπερέχον σμικρότητος* speciem habet maximae diligentiae et accurationis, qualem alias in syngraphis animadvertere liceret. Cavendum vero, ne ideo cum Wyttenbachio putes pro *ἐρεῖν* requiri potius *εἰρηκέναι*. Imo futurum rectissime ponitur. Hoc enim dicit Socrates: Dum isto modo dissero, videor adeo usurus esse diligentia ista eorum, qui syngraphas scribunt. Tum vero pergens: sed misso isto res certe ita sese habet, opinor, ut dico. — Mox quod post *τοῦδε ἕνεκα* infertur *βουλόμενον*, i. e. *ὅτι βούλομαι*, constructionem ad h. l. declaravit Heindorfius, praeter quem consulas etiam Matthiae Gr. § 565. 2.

οὐδέποτ' ἐθέλειν ἅμα μ.] Notus est hic usus verbi *ἐθέλειν*, quo etiam ad res inanimatas transfertur. Falluntur tamen qui illud per *δύνασθαι* interpretantur. v. Wesseling. ad Herodot. I. 109. Gataker. Advers. p. 43. Dorvill. ad Charit. p. 429. Ast. ad Plat. Phaedr. p. 235. Sententia haec est: non solum species magnitudinis (*αὐτὸ τὸ μέγεθος*) non est simul species parvitatis; sed ne illa quidem magnitudo, quae nobis inest, (quam nos *concretam* magnitudinem solemus appellare) parvitatem usquam in se complectitur.

ὑπομένον δὲ καὶ δεξάμενον —] lunge: *οὐκ ἐθέλειν δὲ εἶναι ἕτερον ἢ ὅπερ ἦν ὑπομένον καὶ δεξάμενον τὴν σμικρότητα*, nec vero velle aliud esse atque antea, dum susceperit ac subierit parvita-

τετόλμηκε μέγα ὂν σμικρὸν εἶναι· ὡς δ' αὔτως καὶ τὸ σμικρὸν τὸ ἐν ἡμῖν οὐκ ἐθέλει ποτὲ μέγα γίγνεσθαι οὐδὲ εἶναι, οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν τῶν ἐναντίων ἔτι ὃν ὅπερ ἦν ἅμα τοὐναντίον γίγνεσθαί τε καὶ εἶναι, ἀλλ' ἤτοι ἀπέρχεται ἢ ἀπόλλυται ἐν τούτῳ τῷ παθήματι. Παντάπασιν, ἔφη ὁ Κέβης, οὕτω φαίνεταί μοι. 103

Cap. LI. Καί τις εἶπε τῶν παρόντων ἀκούσας — ὅστις δ' ἦν, οὐ σαφῶς μέμνημαι — Πρὸς θεῶν, οὐκ ἐν τοῖς πρόσθεν ἡμῖν λόγοις αὐτὸ τὸ ἐναντίον τῶν νυνὶ λεγομένων ὡμολογεῖτο, ἐκ τοῦ ἐλάττονος

Flor. a. Zitt. Inepte.

P. 103. ἐν τοῖς πρόσθεν ἡμῖν] Vett. editt. ἔμπροσθεν, invitis libris optimis Bodl. Vat. Tub. Coisl. Ven. ΕΠ. Vind. Φ. Par. G. Aug. Flor. d. aliis. Pro ἡμῖν autem, quod iam a Fischero ex Aug. restitutum confirmant Vat. Vind. Φ. Par. G I. Ambr., vulgo ὑμῖν scribebatur.

tem, h. e. nec vero velle suscipere parvitatem eoque modo aliud esse quam quod erat antea. Quam sententiam suo ipsius exemplo illustrans Socrates deinceps addit hoc: Ita ego quum susceperim et subierim *parvitatem* et adhuc idem sim qui antea, *idem illo* parvus sum. Illud vero (magnum) non sustinet *parvum* esse, quippe quum id ipsius adversetur naturae. Tum vero, explicata magnitudinis concretae ratione, quum iam suo ipsius exemplo parvitatis quoque rationem obiter significaverit (pertinent enim verba: ὥσπερ ἐγὼ σμικρός εἰμι, ad antegressae sententiae explicationem), tamen etiam parvitatis vim rationemque declarare instituit. Quocirca denique haec subiungit: *pariter vero etiam* (ὡς δ' αὔτως καὶ) *parvum, quod in nobis* inest, non vult unquam magnum fieri aut esse, omninoque nihil eorum, quae sunt contraria, in contrarium abire. Istud ὡς δ' αὔτως, pro quo codd. quidam ὡσαύτως offerunt, extat etiam Legg. V. p. 729. A. IX. p. 879. D. Politic. p. 310. D. Xenoph. Hellen. II. 2, 9. Cyrop. II. 1, 26. Eurip. Med. 313. al. Τολμᾶν de rebus inanimatis usurpatum illustravit Gataker. Miscell. IX. p. 318. et Wyttenbach. ad h. l.

Cap. LI. P. 103. αὐτὸ τὸ ἐναντίον — ἐκ τοῦ —] Verba ἐκ τοῦ ἐλ. usque ad ἐκ τῶν ἐναντίων per epexegesin addita sunt superioribus. Praeterea animadvertendum etiam est, quum αὐτὸ τὸ ἐναντίον (grade das Gegentheil) in nominativo casu positum sit propter v. ὡμολογεῖτο, deinde etiam constructionem nominativo cum infinitivo continuari, perinde ac si non ὡμολογεῖτο, sed ἐλέγετο positum esset. — Istud ἐκ τῶν ἐναντίων explicat praegressum αὔτη. Ceterum respicitur ad p. 70. D. sqq.

τὸ μεῖζον γίγνεσθαι καὶ ἐκ τοῦ μείζονος τὸ ἔλαττον, καὶ ἀτεχνῶς αὖτη εἶναι ἡ γένεσις τοῖς ἐναντίοις, ἐκ τῶν ἐναντίων; νῦν δέ μοι δοκεῖ λέγεσθαι, ὅτι τοῦτο οὐκ ἄν ποτε γένοιτο. Καὶ ὁ Σωκράτης παραβαλὼν
B τὴν κεφαλὴν καὶ ἀκούσας, Ἀνδρικῶς, ἔφη, ἀπεμνημόνευκας· οὐ μέντοι ἐννοεῖς τὸ διαφέρον τοῦ τε νῦν λεγομένου καὶ τοῦ τότε. τότε μὲν γὰρ ἐλέγετο ἐκ τοῦ ἐναντίου πράγματος τὸ ἐναντίον πρᾶγμα γίγνεσθαι, νῦν δέ, ὅτι αὐτὸ τὸ ἐναντίον ἑαυτῷ ἐναντίον οὐκ ἄν ποτε γένοιτο, οὔτε τὸ ἐν ἡμῖν οὔτε τὸ ἐν τῇ φύσει. τότε μὲν γάρ, ὦ φίλε, περὶ τῶν ἐχόντων τὰ ἐναντία ἐλέγομεν, ἐπονομάζοντες αὐτὰ τῇ ἐκείνων ἐπωνυμίᾳ, νῦν δὲ περὶ ἐκείνων αὐτῶν, ὧν ἐνόντων ἔχει τὴν ἐπωνυμίαν τὰ ὀνομαζόμενα· αὐτὰ δ' ἐκεῖνα
C οὐκ ἄν ποτέ φαμεν ἐθελῆσαι γένεσιν ἀλλήλων δέξα-

C. οὐκ ἄν ποτέ φαμεν ἐθελῆσαι] V. φαῖμεν, quod e Bodl. Coisl. Vat. Tub. Ven. *Α Π.* Vind. *Φ.* Par. CEGHIL. Ambr. Aug. Flor. b. c. d. i. m. mutatum. Referendum est ἄν ad infinitivum ἐθελῆσαι.

C. Ἆρα μή που, ἔφη, ὦ Κ.] ἔφη ex optimis ac plurimis codd. restitutum est.

Οὐδ' αὖ, ἔφη ὁ Κέβης] αὖ, quod olim deerat, codd. fere unanimi consensione tuentur. Pro Οὐδ' Bodl. Vat. Coisl. Ven. *Α Π.* Par. EGHI. Flor. d. i. ὅ δ'. Fortasse legendum Οὐχί αὖ. Dein vett. editt. pro καίτοι οὔ τι, quod Coisl. Par. G. et marg. Bodl. suppeditarunt, καὶ τοιοῦτό τι habent.

παραβαλὼν — τὴν κεφ.] capite admoto. Nam ille summissa voce locutus erat.

ἀνδρικῶς — ἀπεμν.] gnaviter — rem retulisti. Solent enim vocabula a pugna et certamine repetita ad disputationem transferri. Voc. ἀνδρικῶς Wyttenbachius ad h. l. illustrat.

B. τότε μὲν γὰρ ἐλέγ. —] Sententia haec est: Antea loquebamur de *rebus* contrariis et disiunctis: nunc de ipsa contrarii specie agitur, quam neque in nobis neque in rerum natura contrarium unquam in se admittere contendimus. Distinguitur hoc loco τὸ ἐν ἡμῖν ἐναντίον et τὸ ἐν τῇ φύσει ἐναντίον, ut supra D. οὐ μόνον αὐτὸ τὸ μέγεθος — ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν ἡμῖν μέγεθος commemorabatur: ex quo loco quid sit τὸ ἐν τῇ φύσει ἐναντίον, facile intelligi potest: nimirum species contrarii, quae a rebus ipsius disiuncta ac separata per se consistit. Eundem usum loquendi habes De Rep. X. p. 597. B. οὐκοῦν τριτταί τινες κλῖναι αὗται γίγνονται, μία μὲν ἐν τῇ φύσει οὖσα, μία δὲ ἣν ὁ τέκτων εἰργάσατο κ. τ. λ. Parmenid. p. 132. D. τὰ μὲν

σθαι. Καὶ ἅμα βλέψας εἰς τὸν Κέβητα εἶπεν, Ἆρα μή που, ἔφη, ὦ Κέβης, καὶ σέ τι τούτων ἐτάραξεν ὧν ὅδε εἶπεν; Οὐδ' αὖ, ἔφη ὁ Κέβης, οὕτως ἔχω· καίτοι οὔτι λέγω, ὡς οὐ πολλά με ταράττει. Ξυνωμολογήκαμεν ἄρα, ἦ δ' ὅς, ἁπλῶς τοῦτο, μηδέποτε ἐναντίον ἑαυτῷ τὸ ἐναντίον ἔσεσθαι. Παντάπασιν, ἔφη.

Cap. LII. Ἔτι δή μοι καὶ τόδε σκέψαι, ἔφη, εἰ ἄρα ξυνομολογήσεις. Θερμόν τι καλεῖς καὶ ψυχρόν; Ἔγωγε. Ἆρ' ὅπερ χιόνα καὶ πῦρ; Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. Ἀλλ' ἕτερόν τι πυρὸς τὸ θερμὸν καὶ D ἕτερόν τι χιόνος τὸ ψυχρόν; Ναί. Ἀλλὰ τόδε γ' οἶμαι δοκεῖ σόι, οὐδέποτε χιόνα γ' οὖσαν, δεξαμένην τὸ θερμόν, ὥςπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐλέγομεν, ἔτι

εἰ ἄρα ξυνομολογήσεις. Θερμόν τι κ.] Steph. ξυνομολογήσεις θερμόν τι καλεῖν, invitis libris omnibus. Gorg. p. 463. E. σῶμά που καλεῖς τι; Ibid p. 495. C. ἐπιστήμην που καλεῖς τι; Prot. p. 358. D. τί οὖν, ἔφην ἐγώ· καλεῖτε τι δέος καὶ φόβον; ubi plura id genus adscripsi.

Ἆρ' ὅπερ χιόνα καὶ πῦρ] Sic codd. longe plurimi atque optimi. Vett. editt. Ἆρ' οὐχ ὅπερ χιών.

D. χιόνα γ' οὖσαν] 'γ' cum Bekkero e Vind. Θ. Ambr.

εἴδη ταῦτα ὥςπερ παραδείγματα ἑστάναι ἐν τῇ φύσει, τὰ δὲ ἄλλα τούτοις ἐοικέναι.

C. γένεσιν ἀλλήλων δέξασθαι] mutuam originem, ita ut alterum ex altero nascatur.

Οὐδ' αὖ — καίτοι οὔτι λέγω —] Pro οὐδ' αὖ scribendum esse οὐκ αὖ, recte videtur coniecisse Heindorf. Respicit autem Cebes ad p. 77. A., ubi appellatus erat παρτερώτατος ἀνθρώπων πρὸς τὸ ἀπιστεῖν. Itaque se alt non denuo nunc ἀπιστεῖν τῷ λόγῳ. Proxima, quae vulgo perperam sic scribebantur: καὶ τοιοῦτό τι λέγω, ὡς —, hanc continent sententiam: quanquam haudquaquam dico me non multis turbari, h. e. quanquam fateor me alias esse hominem, qui sibi aegre de aliqua re persuaderi patiatur. Post οὐ πολλά με Heindorfio ἀεὶ vel ἑκάστοτε excidisse videbatur: quo addito orationem plus perspicuitatis habituram esse nemo diffitebitur. — Mox ἁπλῶς est simpliciter, sine ulla exceptione.

Cap. LII. D. ὥςπερ ἐν τοῖς ἔμπρ. ἐλέγομεν] p. 102. D. E.

ἔσεσθαι ὅπερ ἦν, χιόνα καὶ θερμόν, ἀλλὰ προσιόντος τοῦ θερμοῦ ἢ ὑπεκχωρήσειν αὐτῷ ἢ ἀπολεῖσθαι. Πάνυ γε. Καὶ τὸ πῦρ γε αὖ προσιόντος τοῦ ψυχροῦ αὐτῷ ἢ ὑπεξιέναι ἢ ἀπολεῖσθαι, οὐ μέντοι ποτὲ τολμήσειν δεξάμενον τὴν ψυχρότητα ἔτι εἶναι
E ὅπερ ἦν, πῦρ καὶ ψυχρόν. Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις. Ἔστιν ἄρ', ἦ δ' ὅς, περὶ ἔνια τῶν τοιούτων, ὥστε μὴ μόνον αὐτὸ τὸ εἶδος ἀξιοῦσθαι τοῦ ἑαυτοῦ ὀνόματος εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλο τι, ὃ ἔστι μὲν οὐκ ἐκεῖνο, ἔχει δὲ τὴν ἐκείνου μορφὴν ἀεί, ὅταν περ ᾖ. ἔτι δ' ἐν τοῖσδε ἴσως ἔσται σαφέστερον ὃ λέγω.

τοῦ ἑαυτοῦ ὀνόματος] Editt. omnes τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος. Optime vero Coisl. Vat. Ven. *AΠ.* Vind. *Φ.* Par. CEGHIL. Ambr. Aug. Flor. b. c. d. i. m. ἑαυτοῦ quod nescio cur Heindorfius adeo spreverit. Est enim verborum sententia haec: Est igitur nonnullarum istiusmodi rerum haec ratio, ut non solum ipsa earum species (ε'δος) suum sibi nomen vindicet perpetuo, sed etiam aliud quidpiam illud sibi attribuat, quod etsi non est ipsa species, tamen semper, quandocunque est, illius habet formam. Nam post ἀλλὰ καὶ ἄλλο τι liquet repetendum esse ex antecedentibus, ἀξιοῦσθαι τούτου τοῦ ὀνόματος. Reflexivum tuentur quae adduntur

E. Ἔστιν ἄρ', ἦ δ' ὅς, περὶ ἔνια τῶν τοιούτων, ὥστε —] Non solum ipsa contraria sese invicem non admittunt, sed ne illa quidem, quae, quum non sint per se et proprie contraria, tamen semper aliquid contrariorum secum ferunt, videntur suscipere eam formam, quae est contraria formae ipsis adhaerenti: imo hac accedente aut pereunt aut refugiunt. Ita numerus ternarius, quum ipse non sit alii cuidam contrarius neque habeat quod ei oppositum videatur, tamen quia semper in se continet formam imparilitatis, nunquam paris numeri naturam suscipit. Eadem ratio est ignis et caloris. Nam quum aliud sit ignis, aliud calor, frigori contrarius; tamen ignis semper calorem habet adiunctum, ideoque non potest, quamdiu naturam suam retinet, frigus ita in se suscipere, ut fiat ignis frigidus, sed frigore accedente solet evanescere. Pariter nix, quae semper cum frigore habet coniunctionem, calore accedente refugit atque interit: quamdiu vero nix permanet, calida fieri nullo modo potest. Transfert haec philosophus deinde ad animum, eiusque immortalitatem inde demonstrare conatur. Quod quidem his conclusionibus studet efficere. Animus, inquit, in quodcunque corpus ingreditur, illuc semper secum vitam afferre solet. Quum autem mors vitae sit contraria, sequitur, ut ne animus quidem patiatur et in se recipiat formam contrariam ei, quae cum ipso necessitate quadam coniuncta est, quam vitam esse dicimus. Quidquid vero mortem non admittit, sed

τὸ γὰρ περιττὸν ἀεί που δεῖ τούτου τοῦ ὀνόματος τυγχάνειν, ὅπερ νῦν λέγομεν· ἢ οὔ; Πάνυ γε. Ἆρα μόνον τῶν ὄντων, τοῦτο γὰρ ἐρωτῶ, ἢ καὶ ἄλλο τι, ὃ ἔστι μὲν οὐχ ὅπερ τὸ περιττόν, ὅμως δὲ 104
δεῖ αὐτὸ μετὰ τοῦ ἑαυτοῦ ὀνόματος καὶ τοῦτο καλεῖν ἀεί, διὰ τὸ οὕτω πεφυκέναι, ὥστε τοῦ περιττοῦ μηδέποτε ἀπολείπεσθαι; λέγω δὲ αὐτὸ εἶναι οἷον καὶ ἡ τριὰς πέπονθε καὶ ἄλλα πολλά. σκόπει δὲ περὶ τῆς τριάδος· ἆρα οὐ δοκεῖ σοι τῷ τε αὐτῆς ὀνόματι ἀεὶ προσαγορευτέα εἶναι καὶ τῷ τοῦ περιττοῦ, ὄντος οὐχ οὕπερ τῆς τριάδος; ἀλλ' ὅμως οὕτω

mox p. 104. A. δεῖ αὐτὸ μετὰ τοῦ ἑαυτοῦ ὀνόματος καὶ τοῦτο καλεῖν ἀεί.

ἔτι δ' ἐν τοῖσδε] Ven. *A*. Par. CEHIL. Aug. Flor. b. c. i. m. ed. Bas. 2. ἐν τῷδε, quod debetur iis, qui pluralem propterea, quod deinde unum tantum τοῦ περιττοῦ exemplum affertur, ferri non posse existimarent.

P. 104. σκόπει δὲ περὶ τῆς τριάδος] V. δή. Recte δὲ praestant Bodl. a. pr. m. Ven. *AII*. Vind. *Φ*. Par. CEGHI. Vat. Aug. Flor. b. c. d. m.

οὐχ οὕπερ τῆς τριάδος] Sic Bekker. et Turic. de coniectura Heindorfii. Codd. omnes ὅπερ.

aspernatur, id est immortale. Ex quo sponte consequitur animum esse immortalem ideoque nunquam interiturum. P. 103. E.— p. 106 E. — Verba ἔστιν ἄρ' — ὥστε sq. infinitivo sic interpretamur: Ita igitur sese habet, ut —. Comparavit Heindorf. Isocrat. Archid. p. 124. A. ed. Steph. εἰ δὲ πολλάκις γέγονεν, ὥστε καὶ τοὺς μείζω δύναμιν ἔχοντας ὑπὸ τῶν ἀσθενεστέρων κριτηθῆναι. et Sophocl. Philoct. v. 656. ἆρ' ἔστιν, ὥστε κἀγγύθεν θέαν λαβεῖν. conf. Hermann. ad Viger. p. 949. Mox ἐν τοῖς δὲ ἴσως ἔστιν σαφέστερον est: an diesem wird es vielleicht deutlicher sein. v. ad Rempubl. III. p. 292. D. Phaedr. p. 252. C. Phileb. p. 17. A. p. 21. A. Men. p. 82. B.

P. 104. μετὰ τοῦ ἑαυτοῦ ὀνόματος καὶ τοῦτο καλεῖν] quod tamen praeterquam quod suo ipsius nomine appellatur, etiam nomine τοῦ περιττοῦ appellandum est. Formulam τοῦτο καλεῖν, τοῦτο ὀνομάζειν, τοῦτο ἐρεῖν, alibi attigimus, veluti Crat. p. 406. B.

ὄντος οὐχ οὕπερ τῆς τριάδος] Codd. manuscripti cum vett. editt. unanimi consensu scriptum exhibent ὅπερ. Quam lectionem recte iudicavit Heindorf. ferri non posse; scribi enim debuisse aut ὄντος οὐχ ὅπερ ἡ τριάς (ἔστιν), aut ὄντος οὐχ οὕπερ τῆς τριάδος. Posterius consentiente Im. Bekkero nunc recepimus, probante etiam Lobeckio ad Phrynich. p. 755. Aliter Elmsleius. ad Aristoph. Acharn. v. 608. qui allatis exemplis Arist.

πως πέφυκε καὶ ἡ τριὰς καὶ ἡ πεμπτὰς καὶ ὁ ἥμισυς τοῦ ἀριθμοῦ ἅπας, ὥστε οὐκ ὢν ὅπερ τὸ περιττὸν ἀεὶ ἕκαστος αὐτῶν ἐστι περιττός. καὶ αὖ τὰ δύο καὶ τὰ τέτταρα καὶ ἅπας ὁ ἕτερος αὖ στίχος τοῦ ἀριθμοῦ οὐκ ὢν ὅπερ τὸ ἄρτιον, ὅμως ἕκαστος αὐτῶν ἄρτιός ἐστιν ἀεί. ξυγχωρεῖς, ἢ οὔ; Πῶς γὰρ οὔκ; ἔφη. Ὅ τοίνυν, ἔφη, βούλομαι δηλῶσαι, ἄθρει. ἔστι δὲ τόδε, ὅτι φαίνεται οὐ μόνον ἐκεῖνα τὰ ἐναντία ἄλληλα οὐ δεχόμενα, ἀλλὰ καὶ ὅσα οὐκ ὄντα ἀλλήλοις ἐναντία ἔχει ἀεὶ τἀναντία, οὐδὲ ταῦτα ἔοικε δεχομένοις ἐκείνην τὴν ἰδέαν, ἢ ἂν τῇ ἐν αὐτοῖς οὔσῃ ἐναντία ᾖ, ἀλλ' ἐπιούσης αὐτῆς ἢ τοι ἀπολλύμενα ἢ ὑπεχχωροῦντα. ἢ οὐ φήσομεν τὰ τρία καὶ

B. καὶ τὰ τέτταρα] V. τέσσαρα, quod ex optimis ac plurimis libris mutatum. Articulum τὰ hic om. Vat. Vind. Φ. Par. CGHL. Ambr. Flor. d. m.

ἢ ἂν τῇ ἐν αὐτοῖς οὔσῃ ἐν. ἦ] V. ἐν αὐτῇ, quod iam Fischerus emendavit ex Ficino. Habent αὐτοῖς Coisl. et Vind. Φ, ex corr.

C. πρὶν ὑπομεῖναι] V. πρινὴ i. e. πρὶν ἤ. Sed ἤ ignorant Vat. Coisl. Tub. Ven. Α Π. Vind. Y. Par. CEGHIL. Ambr. Flor. b. c. d. i. m. Particulis πρὶν ἤ scriptores Atticos antiquiores prorsus abstinuisse observavit Guil. Dindorf. Praefat. ad Demosth.

Acharn. v. 601. et Xenoph. Hist. Gr. I. 4, 16. veterem scripturam tueri conatus est. Atqui recte iudicavit A. Matthiae Gr. Gr. §. 473. b. p. 1052. ed. 3. horum locorum rationem omnino diversam esse, quippe qui ita demum huic loco forent consimiles, si apud Platonem scriptum legeretur ὄντος οὐχ οὗπερ ἡ τριάς.

καὶ ὁ ἥμισυς τοῦ ἀριθμοῦ ἅπας] h. e. et tota altera dimidia pars numerorum, videl. imparium. Nam omnis numerorum multitudo duabus aequalibus partibus constat, altera parium, altera imparium. Opponitur mox ἅπας ὁ ἕτερος στίχος τοῦ ἀριθμοῦ, i. e. series numerorum parium. Constructionem verborum ὁ ἥμισυς τοῦ ἀριθμοῦ illustrat Matth. §. 320.

B. ὅσα οὐκ ὄντα — ἔχει ἀεὶ τἀναντία] quae quum non habeant contrarium, tamen non carent eodem, videlicet quia ἔχει τὴν τῶν ἐναντίων μορφὴν ἀεί, ὅταν περ ᾖ, veluti nix, ignis, numeri. Paullo ante ἐκεῖνα τὰ ἐναντία sunt αὐτὰ τὰ εἴδη τῶν ἐναντίων.

ἢ ἂν τῇ ἐν αὐτοῖς οὔσῃ] Recte Ficinus: quae ipsi speciei, quam in se habent, contraria sit.

ἤτοι ἀπολλύμενα ἢ ὑπεχχωροῦντα] Constructionis mutationem, qua ἔοικε primum cum dativo participii, deinde cum

ἀπολεῖσθαι πρότερον καὶ ἄλλο ὁτιοῦν πείσεσθαι, πρὶν ὑπομεῖναι ἔτι τρία ὄντα ἄρτια γενέσθαι; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη ὁ Κέβης. Οὐδὲ μήν, ἦ δ' ὅς, ἐναντίον γέ ἐστι δυὰς τριάδι. Οὐ γὰρ οὖν. Οὐκ ἄρα μόνον τὰ εἴδη τὰ ἐναντία οὐχ ὑπομένει ἐπιόντα ἄλληλα, ἀλλὰ καὶ ἄλλ' ἄττα τὰ ἐναντία οὐχ ὑπομένει ἐπιόντα. Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις.

Cap. LIII. Βούλει οὖν, ἦ δ' ὅς, ἐὰν οἷοί τε ὦμεν, ὁρισώμεθα ὁποῖα ταῦτ' ἐστίν; Πάνυ γε. Ἆρ' οὖν, ἔφη, ὦ Κέβης, τάδε εἴη ἄν, ἃ ὅ τι ἂν κατάσχῃ μὴ μόνον ἀναγκάζει τὴν αὑτοῦ ἰδέαν αὐτὸ ἴσχειν, ἀλλὰ καὶ ἐναντίου αὐτῷ ἀεί τινος; Πῶς λέγεις; Ὥσπερ ἄρτι ἐλέγομεν. οἶσθα γὰρ δήπου, ὅτι D

T. I. p. IV. sq. Bodl. *πρινῆ*. in quo libro punctorum signa vitiosam lectionem indicant.

D. *αὐτὸ ἴσχειν*] Steph. *σχεῖν*, invitis codd. Idem deinde de Cornarii coniectura scripsit: *ἀλλὰ καὶ μηδ' ἐναντίαν αὐτῇ δέχεσθαι*. Ald. Bas. 1. *ἀλλὰ καὶ μηδ' ἐναντίου αὐτῷ δήνος*. Bas. 2. *μηδ' ἐναντίου αὐτῷ ἀεί τινος*. Bodl. Ven. *Ξ Π*. Tub. Flor. a. Zitt. Vind. *Y*. *ἐναντίου αὐτῷ ἀεί τινος*. Vat. Coisl. Vind. *Φ*. Par. G. Flor. d. *ἐναντίου ἀεί τινος αὐτῷ*. Ven. *Λ*. Par. C E H L. *ἐναντίου δεῖ ἀεί τινος αὐτῷ*. Aug. Flor. b. c. i. m. *ἐναντίου δεῖ αὐτῷ τινος*. Ambr. *ἐναντίων δεῖ ἀεί τινος αὐτῷ*. Par. I. *ἐναντίον δεῖ αὐτό τινος*.

nominativo iunctum est, tetigit Matthiae Gr. §. 555. 2.

C. *ἀλλὰ καὶ ἄλλ' ἄττα — ἐπιόντα*] P. 103. E. *ἔστιν ἄρα — περὶ ἕνια τῶν τοιούτων, ὥςτε μὴ μόνον αὐτὸ τὸ εἶδος ἀξιοῦσθαι τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος — ἀλλὰ καὶ ἄλλο τι, ὃ ἔστι μὲν οὐκ ἐκεῖνο, ἔχει δὲ τὴν ἐκείνου μορφὴν ἀεί.*

Praeivit vero Platoni hac in re viam manifesto Socrates, quamquam ipsi verisimiliter coniicere licet simul etiam amorem Pythagoreorum ob oculos versatum esse. Etenim Socrates quum soleret in animis hominum disserendo et percontando excitare veri rectique scientiam atque rerum notiones natura quasi involutas elicere et explicare, quo facilius hoc suo officio atque munere fungeretur, sectatus inprimis est adolescentes ingenii bonitate praestantes, de quibus pro futuro bene sperari posse videretur. Quamobrem ille sese simulabat eorum esse amatorem atque artem profitebatur amatoriam, licet alias constanter negaret sese ullius rei scientiam tenere. De qua re v. Xenoph. Mem. IV. 1, 2. πολλάκις γὰρ ἔφη μὲν ἄν τινος ἐρᾶν, φανερὸς δ' ἦν οὐ τῶν τὰ σώματα πρὸς ὥραν, ἀλλὰ τῶν τὰς ψυχὰς πρὸς ἀρετὴν εὖ πεφυκότων ἐφιέμενος. Memor. II. 6, 28. Ibid. I. 3, 14. Oecon. VI. 14—16. Sympos. III. 3. VIII. 2. 15. 25. Platon. Symp. p. 177. D. 193. E. 198. D. 201. D. 217. B. sqq. Lysid. p. 204. Phaedr. p. 227. C. Charm. in., Prot. p. 309. A. Maxim. Tyr. Diss. XXIV. p. 452 sqq. XXV. p. 3 sqq. XXVI. p. 15 sqq. XXVII. p. 32 sqq. ed. Lips. Atque eodem pertinet quodammodo illud, quod sese subinde dictitabat artis obstetriciae gnarum esse, de qua ipsius professione v. Plat. Theaet. p. 149.

A. sqq. et p. 150. B. C. ibique annot. Nimirum festiva ille urbanaque usus ironia his dictis significavit, quod quorsum pertineret, non omnes assequuti sunt, sese et ipsum amore sapientiae esse repletum et eandem quam maxime cupere in adolescentium animis generare vel etiam quaerendo, percontando, sermocinando tamquam partum aliquem inde elicere. Quem quidem viri sapientissimi amorem luculente descripsit Plato in Alcibiade primo p. 131. C. sqq., quem libellum qui nuper spurium ac subditicium esse iudicaverunt, ii in fraudem eo inducti sunt, quod Platonis Socratici scripta non ab aliis discreverunt, quae maturiori philosophi aetati accepta referuntur. Ita igitur Socrates. Atque hinc profectus Plato rem aliquanto provexit altius. Retulit enim ille Socraticam amoris professionem non tantum ad animi virtutem aut mentis notiones, quas spectabat ipsius magister, sed traduxit illam continuo ad studium rerum divinarum, quod in cognoscendis atque intuendis ideis contineretur. Quippe huic, qui deditus ita esset, ut totus versaretur in veritatis aeternae contemplatione atque alios quoque ad eam perducere conaretur, eum demum perfectum censuit philosophum, atque eundem etiam perfectum amatorem esse iudicavit, de qua sententia v. De Republ. III. p. 402. A. sqq. p. 403. A. B. C. VI. p. 490. A. B. C. et Phaedonem locis plurimis. Et Socraticam quidem rationem expressit Xenophon in Symposio; Platonicam, ut diximus, in uno maxime Phaedro ac Symposio expositam habemus, ut facile hinc cognoscere et intelligere liceat, quantum discriminis inter utriusque scriptoris Convivia intercedere existimandum sit. Atque huius ipsius rei commemoratio tamquam sponte nos denique ad illud deducit, quod in hisce Prolegomenis nostris ultimo loco attingere constituimus.

Dicendum enim adhuc paucis est de ratione, quae inter Platonicum et Xenophonteum Symposium intercedat. Vetus est autem et inde ab Athenaei atque Gellii aetate ad nostram usque memoriam propagata opinio, certa in his operibus extare mutuae simultatis documenta, quae utriusque scriptoris animos disiunxerit*). Quae opinio quid habeat verisimilitudinis vel

*) V. Athen. IX. p. 400. D. Diogen. Laert. III. 34. Gell. N. A. XIV. 3.

etiam improbabilitatis, etsi a multis disputatum est*), tamen hoc loco commemoranda videtur, non quo nos rem multum disceptatam ad liquidum perducere posse existimemus, sed ut nostram de ea sententiam ne consulto reticuisse videamur. Ut igitur quid rei sit accurate cognoscatur, ante omnia quae utriusque Symposii ratio sit, breviter indicandum videtur. Nam perspecto utriusque operis consilio caussae diversitatis in eo conspicuae facilius sane detegentur, certiusque erit iudicium, utrum malignitatis cuiusdam et invidiae vestigia appareant, qua nobilissimi Socratis discipuli flagraverint, an frustra de iis sit somniatum. Est autem nostro iudicio de utriusque operis argumento et consilio sic statuendum. Xenophon Socratem nobis exhibuit talem, qualis in ipsa vita et in familiarium atque convivarum hilaritate fuisse videretur, induxitque eum de amore ea loquentem, quae revera ipsi placuissent; Plato autem amoris philosophi praestantiam ac dignitatem adumbravit atque monstravit viam, qua ad illam perveniretur, eaque in re Socratis exemplo usus est sic, ut ipsius imagine virtus hominis divine prorsus amantis ideoque summa sapientia, moderatione ac temperantia ornati expressa cerneretur. Quae si tenemus, Xenophontem profecto facile intelligemus Symposium suum aliter adornare debuisse atque Platonem, nullumque ex hac diversitate mutuae invidiae aut obtrectationis argumentum peti posse, nisi alia eius indicia reperiantur. Accedit huc, quod utrique convivium quoddam, praesentia Socratis celebre factum, alteri Calliae, alteri Agathonis, caussam et opportunitatem scribendi praebuisse videtur, ut hinc quoque dissensionis rationes nullo negotio repetere liceat. Videamus igitur, quid tandem sit, unde viri docti alterum Symposium oppositum esse alteri coniectaverint. Itaque primum aiunt**) in Symposio Platonis tibicinas eiectas, apud Xenophontem contra easdem una cum scurris

*) V. Cornarius Praefat. ad Interpretat. Symposii Plat. et Xenoph. p. 13 sqq. Menag. ad Diog. L. II. 57. III. 34. Muret. Varr. Lectt. V. 14. Voss. Hist. Gr. I. p. 24. Hindenburg. Animadverss. in Xen. Mem. III. 6. Tennemann. Histor. phil. T. I. p. 24. et inprimis A. Böckh. De simultate, quae Platoni cum Xenophonte intercessisse fertur. Berolin. 1811. 4. C. Fr. Hermann. Indicc. Lectt. Academ. Marburgens. per semestre hibernum ann. 1834—1835. habendarum. Marb. ex offic. Elwertiana.

**) Athen. XI. p. 505. E. Cornarius l. c. 14.

A. sqq. et p. 150. B. C. ibique annot. Nimirum festiv ille urbanaque usus ironia his dictis significavit, quod quorsum pertineret, non omnes assequuti sunt, sese et ipsum amore sapientiae esse repletum et eandem quam maxime cupere in adolescentium animis generare vel etiam quaerendo, percontando, sermocinando tamquam partum aliquem inde elicere. Quem quidem viri sapientissimi amorem luculente descripsit Plato in Alcibiade primo p. 131. C. sqq., quem libellum qui nuper spurium ac subditicium esse iudicaverunt, ii in fraudem eo inducti sunt, quod Platonis Socratici scripta non ab aliis discreverunt, quae maturiori philosophi aetati accepta referuntur. Ita igitur Socrates. Atque hinc profectus Plato rem aliquanto provexit altius. Retulit enim ille Socraticam amoris professionem non tantum ad animi virtutem aut mentis notiones, quas spectabat ipsius magister, sed traduxit illam continuo ad studium rerum divinarum, quod in cognoscendis atque intuendis ideis contineretur. Quippe huic, qui deditus ita esset, ut totus versaretur in veritatis aeternae contemplatione atque alios quoque ad eam perducere conaretur, eum demum perfectum censuit philosophum, atque eundem etiam perfectum amatorem esse iudicavit, de qua sententia v. De Republ. III. p. 402. A. sqq. p. 403. A. B. C. VI. p. 490. A. B. C. et Phaedonem locis plurimis. Et Socraticam quidem rationem expressit Xenophon in Symposio; Platonicam, ut diximus, in uno maxime Phaedro ac Symposio expositam habemus, ut facile hinc cognoscere et intelligere liceat, quantum discriminis inter utriusque scriptoris Convivia intercedere existimandum sit. Atque huius ipsius rei commemoratio tamquam sponte nos denique ad illud deducit, quod in hisce Prolegomenis nostris ultimo loco attingere constituimus.

Dicendum enim adhuc paucis est de ratione, quae inter Platonicum et Xenophonteum Symposium intercedat. Vetus est autem et inde ab Athenaei atque Gellii aetate ad nostram usque memoriam propagata opinio, certa in his operibus extare mutuae simultatis documenta, quae utriusque scriptoris animos disiunxerit*). Quae opinio quid habeat verisimilitudinis vel

*) V. Athen. IX. p. 400. D. Diogen. Laert. III. 34. Gell. N. A. XIV. 3.

etiam improbabilitatis, etsi a multis disputatum est*), tamen hoc loco commemoranda videtur, non quo nos rem multum disceptatam ad liquidum perducere posse existimemus, sed ut nostram de ea sententiam ne consulto reticuisse videamur. Ut igitur quid rei sit accurate cognoscatur, ante omnia quae utriusque Symposii ratio sit, breviter indicandum videtur. Nam perspecto utriusque operis consilio caussae diversitatis in eo conspicuae facilius sane detegentur, certiusque erit iudicium, utrum malignitatis cuiusdam et invidiae vestigia appareant, qua nobilissimi Socratis discipuli flagraverint, an frustra de iis sit somniatum. Est autem nostro iudicio de utriusque operis argumento et consilio sic statuendum. Xenophon Socratem nobis exhibuit talem, qualis in ipsa vita et in familiarium atque convivarum hilaritate fuisse videretur, induxitque eum de amore ea loquentem, quae revera ipsi placuissent; Plato autem amoris philosophi praestantiam ac dignitatem adumbravit atque monstravit viam, qua ad illam perveniretur, eaque in re Socratis exemplo usus est sic, ut ipsius imagine virtus hominis divine prorsus amantis ideoque summa sapientia, moderatione ac temperantia ornati expressa cerneretur. Quae si tenemus, Xenophontem profecto facile intelligemus Symposium suum aliter adornare debuisse atque Platonem, nullumque ex hac diversitate mutuae invidiae aut obtrectationis argumentum peti posse, nisi alia eius indicia reperiantur. Accedit huc, quod utrique convivium quoddam, praesentia Socratis celebre factum, alteri Calliae, alteri Agathonis, caussam et opportunitatem scribendi praebuisse videtur, ut hinc quoque dissensionis rationes nullo negotio repetere liceat. Videamus igitur, quid tandem sit, unde viri docti alterum Symposium oppositum esse alteri coniectaverint. Itaque primum aiunt**) in Symposio Platonis tibicinas eiectas, apud Xenophontem contra easdem una cum scurris

*) V. Cornarius Praefat. ad Interpretat. Symposii Plat. et Xenoph. p. 13 sqq. Menag. ad Diog. L. II. 57. III. 34. Muret. Varr. Lectt. V. 14. Voss. Hist. Gr. I. p. 24. Hindenburg. Animadverss. in Xen. Mem. III. 6. Tennemann. Histor. phil. T. I. p. 24. et inprimis A. Böckh. De simultate, quae Platoni cum Xenophonte intercessisse fertur. Berolin. 1811. 4. C. Fr. Hermann. Indicc. Lectt. Academ. Marburgens. per semestre hibernum ann. 1834—1835. habendarum. Marb. ex offic. Elwertiana.

**) Athen. XI. p. 505. E. Cornarius l. c. 14.

introductas esse. Quasi vero apud Platonem, ubi statim ab initio operis docti de amore sermones habentur, iis ullus locus concedi potuerit, nec eaedem per rei naturam debuerint placere Xenophonti, qui convivii hilaritatem suavitatemque omnem describere constituisset*). At vero, inquiunt**), quod Xenophon maiorum poculorum usum reiicit, Plato autem Socratem suum informat talem, qui fortiter usque ad diluculum e psyctere bibit, estne hoc eiusmodi, ut alterum scriptorem suspicari liceat alteri suam rationem cum aliqua simultate opposuisse? Nimirum Plato Socratis invictam continentiam animique fortitudinem ostensurus eum extremo convivio ita facit bibentem, ut, licet compotationi indulgeat, tamen praeter ceteros omnes maneat sobrius et veri philosophi tueatur dignitatem; Xenophon autem eum iussit in eo versari convivio, quod a vulgari more et consuetudine non recederet, ut profecto quidquid convivarum intemperantiam argueret, id totum tollere et removere debuerit***). Paullo plus ponderis habere videntur argumenta mutuae simultatis a Cornario in medium allata. Is enim, dum statuit Xenophontem eum fuisse, qui librum suum Platonico scripto utpote prius in lucem emisso opposuerit, haec scribit†): „Sed non in his tantum, quae ex aemulatione quadam Platonis Symposio prius edito contraria scripsit, sed etiam *in* his, quae velut aliunde sumta citat, Xenophon a *Platone* dissentire deprehenditur. Quale et hoc est, quod Socrates apud ipsum Pausaniae apologiam pro his, qui in intemperantia simul volutantur, adducens, in qua dixerit ille, quod etiam exercitus fortissimus esset, qui ex amatis et amatoribus constaret, et dictum hoc primum veluti falsissimum refellit et mox testimonia ab illo de Thebanis et Eleis producta reiicit. Quod autem non hanc Pausaniae opinionem eo loco reprobare voluerit, cuius scriptum etiam Athenaei saeculo ignotum fuit, et qui etiam apud nullum alium quam Platonem de amatoribus et amatis loquens inducitur, sed ipsum Platonem per hoc notare instituerit, ex eo clarum fit, quod ea Pausaniae verba apud Platonem haben-

*) Idem de hac re visum est Böckhio l. c. p. 8 sqq.

**) Athen. l. c. Cornarius l. c. p. 28 sqq.

***) Ita Böckhius quoque censuit p. 18.

†) P. 42 sq.

tur non quidem in Pausaniae attributa oratione, sed in ea, quam Phaedro adscripsit, ut vel sic, ne Platonem reprehendere ab omnibus deprehenderetur, Xenophon aliquatenus caverit, vel aliter scriptum Platonis Symposium habuisse iudicandus sit, id quod ego cum Athenaeo sentire malim, quam haec ex toto a Xenophonte conficta esse cum eodem Athenaeo asserere, quum in Phaedri quidem oratione palam habeantur, sed testimonia tamen de Thebanis sive Boeotis atque Eleis adducta in ipsa Pausaniae oratione legantur." Haec igitur Cornarius. Locus Xenophontis est Symp. VIII. 32. καίτοι Παυσανίας δέ, ὁ Ἀγάθωνος τοῦ ποιητοῦ ἐραστής, ἀπολογούμενος ὑπὲρ τῶν ἀκρασίᾳ συγκυλινδουμένων εἴρηκεν, ὡς καὶ στράτευμα ἀλκιμώτατον ἂν γένοιτο ἐκ παιδικῶν τε καὶ ἐραστῶν· τούτους γὰρ ἂν ἔφη οἴεσθαι μάλιστα αἰδεῖσθαι ἀλλήλους ἀπολείπειν· θαυμαστὰ λέγων, εἴ γε οἱ ψόγου τε ἀφροντιστεῖν καὶ ἀναισχυντεῖν πρὸς ἀλλήλους ἐθιζόμενοι, οὗτοι μάλιστα αἰσχύνονται αἰσχρόν τι ποιεῖν. καὶ μαρτύρια δὲ ἐπήγετο, ὡς ταῦτα ἐγνωκότες εἶεν καὶ Θηβαῖοι καὶ Ἠλεῖοι. συγκαθεύδοντας γοῦν αὐτοῖς ὅμως παρατάττεσθαι ἔφη τὰ παιδικὰ εἰς τὸν ἀγῶνα, οὐδὲν τοῦτο σημεῖον λέγων ὅμοιον· ἐκείνοις μὲν γὰρ ταῦτα νόμιμα, ἡμῖν δ' ἐπονείδιστα. Quibus verbis carpi dicuntur quae Plato Phaedro attribuit p. 178. E. et Pausaniae Platonici verba p. 182. A. Sed primum quidem mirabile est, quod, quae a Platone Phaedro adscripta sunt, ea ab Xenophonte Pausaniae sunt tributa: unde Cornarius cum Athenaeo V. p. 216. E. coniecit Xenophontem Platonis Symposium aliter scriptum habuisse. Deinde quae Pausanias de Boeotis et Eleis dicitur narravisse, eorum apud Platonem nec vola nec vestigium extat, apud quem Pausanias hoc tantum dicit, differre circa amorem civitatum mores, adeoque improbat Eleorum ac Thebanorum instituta, quatenus vergant ad lubidinem. Ex quibus consequens est, ut Xenophon ad Platonis Symposium omnino non respexerit, quod miror praeteriisse Car. Fr. Hermannum*), qui Xenophontem censet memoria lapsum Pausaniae tribuisse quae a Platone Phaedro essent adscripta. Verum iam dudum Boeckhius vidit. Iam si quaeris, quorsum Xenophon respexerit, non possum equidem Friderico Thierschio accedere libellum aliquem amatorium Pausaniae extitisse existimanti, unde et

*) L. c. p. VII.

vestigia, quae etiam in Xenophonteo Symposio expressa extare probabiliter docuit Welckerus Nov. Mus. Rhen. V. I. p. 504 sqq. Verum ista quidem rei excusatione ne opus quidem est. Convenit enim Pausaniae Platonici sententia etiam Socrati planissime, quem satis constat docuisse, unam eandemque rem utique posse pro rerum et conditionum diversitate et malam et bonam existere. Sed quamquam invidiae et aemulationis vestigia nulla apparere videntur, tamen, si quis alterum scriptorem alterius librum ob oculos habuisse affirmet, nos quidem non multum reluctabimur. Multa enim in utriusque opere inveniuntur, quae, nisi alter alterum respexisset, vix potuisset fieri, ut ab ambobus commemorarentur. Itaque ego in ea sententia sum, ut utrumque Socratis speciem et imaginem suo more informasse existimem, alterutrum autem alterius librum sic ob oculos habuisse credam, ut nonnulla inde in suum opus transtulerit, sive id casu factum esse dicamus, siquidem ea ex recenti lectione in memoria haerere potuerunt, sive *ideo* sic institutum est, ut ab utroque in simili argumento elaboratum esse ab omnibus animadverteretur. Uter autem utrum respexerit, adhuc sub iudice lis est, neque videtur res ad hunc usque diem dubia et nuper quoque acerrimis controversiis agitata ita decerni posse, ut quid pro vero probandum sit, omni ex parte exploratum habeatur*).

---

*) Res nuper demum acrioribus studiis rursus in disceptationem vocata est. Nam C. Fr. Hermannus, quum in Indicibus Lectionum, Marburg. a. 1834—1835. 4. mai., ostendere conatus esset, Xenophontem ad Platonis Symposium respexisse ut prius editum, adversarius ei extitit A. I. F. Henrichsenius Flenopolitanus in dissertatione: De consilio et arte Convivii Xenophontei eiusque cum Platonico necessitudine. Flenopoli, 1840. 4., qui Xenophontem priorem scripsisse contendit, sed alterum scriptorem ab altero respectatum esse omnino negat. Cui respondit Hermannus in Indicibus Lectt. Marburg. aestiv. a. 1841., in quo libro pristinam sententiam suam defendit et clarius explicatam exhibuit, ita quidem, ut etiam certius demonstraverit, quod vix quisquam antea negavisset, alteri alterius librum sine dubio ob oculos versatum esse, adeoque suspicatus sit (p. VI.) Xenophontem fortasse contra ipsum Platonem magistri sui memoriam tueri voluisse, quem quum huic multa tribuisse existimaret, quae Socrates, qualis in vita sua fuit, numquam dicturus facturusve fuisse videretur, ipsum verisimile esse illius Convivio suum opposuisse, quo ostenderet, quomodo fictio comparata esse debuisset, si Plato vel maxime magistrum

Itaque his missis iam hoc unum adiiciamus, praeter Xenophontem atque Platonem multos alios extitisse antiquitatis philosophos, qui Symposia scriberent, ut vel suas de amore opiniones vel alia etiam placita sua illustrarent, quorum memoria quum ab aliis, tum a Plutarcho in Quaestionn. Convivalibus servata est. In quorum numero fuerunt, ut alios taceam, etiam Aristoteles et Speusippus, Platonis ex sorore nepos, de quibus vide Athen. XV. 16. Macrob. Saturn. VII. 3. Plutarch. Quaest. Convivall. in. Et horum quidem scripta eo magis dolendum est quod non tulerunt aetatem, quia sine dubio inde ad Platonici operis intelligentiam non parum utilitatis percepturi essemus. Verum quoniam quae semel perdita sunt, ea numquam possunt restitui, temporum iniuriam consolemur sic, ut quae bona nobis adhuc supersunt, iis sapienter perfruamur et ad caussam humanitatis iuvandam sustentandamque utamur.

CODICES.

Bodleianus s. Clarkianus. Coislin. (Γ), Vat. Δ (225.), quem contulit Bekkerus; aliam collationem subinde a Bekkeri indiciis discrepantem, quam fecerat Bastius, insigni humanitati Chr. Fel. Baehrii, viri eruditissimi, debemus. Ven. Ξ. Vind. Υ nobis olim num. 2. signatus. Vindob. 1. et 7. a Bastio in scriptione De Symposio Platon. adhibiti; Parisini DEFK (cod. K etiam Bipontini usi sunt). Ambr. r. Angel. u. w. Vatic. n. p. r. s. Ven. t. (postremus liber priorem tantum Symposii partem continet). Florentini a. b. c. i. n. Palatini Excerpta a Creuzero publici iuris facta. Praeterea Rückertus adhibuit Raudnitiensem librum et Zittaviensem, qui quoniam admirabiliter cum Vindobon. Υ et Ven. Ξ consentiunt, a nobis raro sunt commemorati.

inter pocula de amore disserentem fingere voluisset. Neque tamen hac defensione acquievit Henrichsen., qui in Epistola critica ad Car. Frid. Hermannum de consilio Convivii Xenophontei, Sleswici a. 1844. edita, singulis quibusdam pristinae sententiae partibus mutatis rationem suam omnino quidem vindicare studuit. Sed non concessit illi postea Hermannus, uti ipse professus est in disputatione De Convivii Xenophontei temporibus P. I. p. 4. Gott. ed. 1844.

vestigia, quae etiam in Xenophonteo Symposio expressa extare probabiliter docuit Welckerus Nov. Mus. Rhen. V. I. p. 504 sqq. Verum ista quidem re excusatione ne opus quidem est. Convenit enim Pausaniae Platonici sententia etiam Socrati planissime, quem satis constat docuisse, unam eandemque rem utique posse pro rerum et conditionum diversitate et malam et bonam existere. Sed quamquam invidiae et aemulationis vestigia nulla apparere videntur, tamen, si quis alterum scriptorem alterius librum ob oculos habuisse affirmet, nos quidem non multum reluctabimur. Multa enim in utriusque opere inveniuntur, quae, nisi alter alterum respexisset, vix potuisset fieri, ut ab ambobus commemorarentur. Itaque ego in ea sententia sum, ut utrumque Socratis speciem et imaginem suo more informasse existimem, alterutrum autem alterius librum sic ob oculos habuisse credam, ut nonnulla inde in suum opus transtulerit, sive id casu factum esse dicamus, siquidem ea ex recenti lectione in memoria haerere potuerunt, sive *ideo* sic institutum est, ut ab utroque in simili argumento elaboratum esse ab omnibus animadverteretur. Uter autem utrum respexerit, adhuc sub iudice lis est, neque videtur res ad hunc usque diem dubia et nuper quoque acerrimis controversiis agitata ita decerni posse, ut quid pro vero probandum sit, omni ex parte exploratum habeatur*).

---

*) Res nuper demum acrioribus studiis rursus in disceptationem vocata est. Nam C. Fr. Hermannus, quum in Indicibus Lectionum, Marburg. a. 1834—1835. 4. mai., ostendere conatus esset, Xenophontem ad Platonis Symposium respexisse ut prius editum, adversarius ei extitit A. I. F. Henrichsenius Flenopolitanus in dissertatione: De consilio et arte Convivii Xenophontei eiusque cum Platonico necessitudine. Flenopoli, 1840. 4., qui Xenophontem priorem scripsisse contendit, sed alterum scriptorem ab altero respectatum esse omnino negat. Cui respondit Hermannus in Indicibus Lectt. Marburg. aestiv. a. 1841., in quo libro pristinam sententiam suam defendit et clarius explicatam exhibuit, ita quidem, ut etiam certius demonstraverit, quod vix quisquam antea negavisset, alteri alterius librum sine dubio ob oculos versatum esse, adeoque suspicatus sit (p. VI.) Xenophontem fortasse contra ipsum Platonem magistri sui memoriam tueri voluisse, quem quum huic multa tribuisse existimaret, quae Socrates, qualis in vita sua fuit, numquam dicturus facturusve fuisse videretur, ipsum verisimile esse illius Convivio suum opposuisse, quo ostenderet, quomodo fictio comparata esse debuisset, si Plato vel maxime magistrum

Itaque his missis iam hoc unum adiiciamus, praeter Xenophontem atque Platonem multos alios extitisse antiquitatis philosophos, qui Symposia scriberent, ut vel suas de amore opiniones vel alia etiam placita sua illustrarent, quorum memoria quum ab aliis, tum a Plutarcho in Quaestionn. Convivalibus servata est. In quorum numero fuerunt, ut alios taceam, etiam Aristoteles et Speusippus, Platonis ex sorore nepos, de quibus vide Athen. XV. 16. Macrob. Saturn. VII. 3. Plutarch. Quaest. Convivall. in. Et horum quidem scripta eo magis dolendum est quod non tulerunt aetatem, quia sine dubio inde ad Platonici operis intelligentiam non parum utilitatis percepturi essemus. Verum quoniam quae semel perdita sunt, ea numquam possunt restitui, temporum iniuriam consolemur sic, ut quae bona nobis adhuc supersunt, iis sapienter perfruamur et ad caussam humanitatis iuvandam sustentandamque utamur.

CODICES.

Bodleianus s. Clarkianus. Coislin. (Γ), Vat. Δ (225.), quem contulit Bekkerus; aliam collationem subinde a Bekkeri indiciis discrepantem, quam fecerat Bastius, insigni humanitati Chr. Fel. Baehrii, viri eruditissimi, debemus. Ven. Ξ. Vind. ϒ nobis olim num. 2. signatus. Vindob. 1. et 7. a Bastio in scriptione De Symposio Platon. adhibiti; Parisini DEFK (cod. K etiam Bipontini usi sunt). Ambr. r. Angel. u. w. Vatic. n. p. r. s. Ven. t. (postremus liber priorem tantum Symposii partem continet). Florentini a. b. c. i. n. Palatini Excerpta a Creuzero publici iuris facta. Praeterea Rückertus adhibuit Raudnitiensem librum et Zittaviensem, qui quoniam admirabiliter cum Vindobon. ϒ et Ven. Ξ consentiunt, a nobis raro sunt commemorati.

inter pocula de amore disserentem fingere voluisset. Neque tamen hac defensione acquievit Henrichsen., qui in Epistola critica ad Car. Frid. Hermannum de consilio Convivii Xenophontei, Sleswici a. 1844. edita, singulis quibusdam pristinae sententiae partibus mutatis rationem suam omnino quidem vindicare studuit. Sed non concessit illi postea Hermannus, uti ipse professus est in disputatione De Convivii Xenophontei temporibus P. I. p. 4. Gott. ed. 1844.

EDITIONES SYMPOSII.

Platonis dialogi duo, Philebus et Symposium, Graece, e recensione Henrici Stephani, varietate lectionis animadversionibusque criticis illustrati ab Io. Frid. Fischero. Lipsiae, 1776. 8.

Platons Gastmahl, hin und wieder verbessert und mit kritischen und erklärenden Anmerkungen herausgegeben von Fr. Aug. Wolf. Leipzig, 1782. 8. et iterum emendatius curante anonymo ed. 1828.

Platonis Symposium et Alcibiades I., recensuit Fr. Astius. Landishuti, 1809. 8. Idem vir doctus edidit: *Platons Phaedrus und Gastmahl, übersetzt, erläutert und verbessert von Fr. Ast. Jena*, 1817. 8.

Platonis Symposium, ad optimorum librorum fidem edidit et adiectis Wyttenbachii animadversionibus annotatione instruxit P. A. Reynders. Groning., 1825. 8.

Platonis Convivium, recensuit et illustravit L. I. Rückert. Lipsiae, 1829. 8.

Platonis Convivium, recensuit, emendavit, illustravit Alex. Hommel. Lips., 1834. 8.

Praeterea hic nominandi sunt hi libri: *Kritischer Versuch über den Text des Platonischen Gastmahls nebst einer beurtheilenden Anzeige aus den drei Handschriften der k. k. Hofbibliothek zu Wien von Fr. Jac. Bast. Leipzig*, 1794. 8. min.

Fr. Thierschii Specim. edit. Symposii Platon. Gotting., 1808. 4.

Ph. Gu. van Heusde, Specimen crit. in Platon. Lugd. Bat., 1803.

Eiusdem Initia Philosoph. Platon. V. I. P. I., ubi agitur de amore Platonis.

H. Th. Rötscher: *Das Platonische Gastmahl dargestellt als ein philosophisches Kunstwerk. Bromberg*, 1832. 4.

A. Schwegler: *Ueber die Composition des Platon. Symposions. Tübingen*, 1843. 8. Conf. *Jahns Neue Jahrbücher* etc. Vol. XLI. a. 1844. p. 357 sqq.

Fr. Susemihl.: *Ueber die Composition des Platon. Gastmahls*, quae commentatio inserta est Philologo Schneidewini Vol. VI. p. 177. a. 1851.

CORRIGENDA.

Prolegg. p. XLIII. v. 4. lege superioribus pro superiorinus.
Ibid. p. XLVI. v. 11. lege saperent pro superarent.
Comment. p. 105. v. 3. lege caderent pro caperent.

PLATONIS

SYMPOSIUM.

A. sqq. et p. 150. B. C. ibique annot. Nimirum festiva ille urbanaque usus ironia his dictis significavit, quod quorsum pertineret, non omnes assequuti sunt, sese et ipsum amore sapientiae esse repletum et eandem quam maxime cupere in adolescentium animis generare vel etiam quaerendo, percontando, sermocinando tamquam partum aliquem inde elicere. Quem quidem viri sapientissimi amorem luculente descripsit Plato in Alcibiade primo p. 131. C. sqq., quem libellum qui nuper spurium ac subditicium esse iudicaverunt, ii in fraudem eo inducti sunt, quod Platonis Socratici scripta non ab aliis discreverunt, quae maturiori philosophi aetati accepta referuntur. Ita igitur Socrates. Atque hinc profectus Plato rem aliquanto provexit altius. Retulit enim ille Socraticam amoris professionem non tantum ad animi virtutem aut mentis notiones, quas spectabat ipsius magister, sed traduxit illam continuo ad studium rerum divinarum, quod in cognoscendis atque intuendis ideis contineretur. Quippe huic, qui deditus ita esset, ut totus versaretur in veritatis aeternae contemplatione atque alios quoque ad eam perducere conaretur, eum demum perfectum censuit philosophum, atque eundem etiam perfectum amatorem esse iudicavit, de qua sententia v. De Republ. III. p. 402. A. sqq. p. 403. A. B. C. VI. p. 490. A. B. C. et Phaedonem locis plurimis. Et Socraticam quidem rationem expressit Xenophon in Symposio; Platonicam, ut diximus, in uno maxime Phaedro ac Symposio expositam habemus, ut facile hinc cognoscere et intelligere liceat, quantum discriminis inter utriusque scriptoris Convivia intercedere existimandum sit. Atque huius ipsius rei commemoratio tamquam sponte nos denique ad illud deducit, quod in hisce Prolegomenis nostris ultimo loco attingere constituimus.

Dicendum enim adhuc paucis est de ratione, quae inter Platonicum et Xenophonteum Symposium intercedat. Vetus est autem et inde ab Athenaei atque Gellii aetate ad nostram usque memoriam propagata opinio, certa in his operibus extare mutuae simultatis documenta, quae utriusque scriptoris animos disiunxerit*). Quae opinio quid habeat verisimilitudinis vel

*) V. Athen. IX. p. 400. D. Diogen. Laert. III. 34. Gell. N. A. XIV. 3.

etiam improbabilitatis, etsi a multis disputatum est*), tamen hoc loco commemoranda videtur, non quo nos rem multum disceptatam ad liquidum perducere posse existimemus, sed ut nostram de ea sententiam ne consulto reticuisse videamur. Ut igitur quid rei sit accurate cognoscatur, ante omnia quae utriusque Symposii ratio sit, breviter indicandum videtur. Nam perspecto utriusque operis consilio caussae diversitatis in eo conspicuae facilius sane detegentur, certiusque erit iudicium, utrum malignitatis cuiusdam et invidiae vestigia appareant, qua nobilissimi Socratis discipuli flagraverint, an frustra de iis sit somniatum. Est autem nostro iudicio de utriusque operis argumento et consilio sic statuendum. Xenophon Socratem nobis exhibuit talem, qualis in ipsa vita et in familiarium atque convivarum hilaritate fuisse videretur, induxitque eum de amore ea loquentem, quae revera ipsi placuissent; Plato autem amoris philosophi praestantiam ac dignitatem adumbravit atque monstravit viam, qua ad illam perveniretur, eaque in re Socratis exemplo usus est sic, ut ipsius imagine virtus hominis divine prorsus amantis ideoque summa sapientia, moderatione ac temperantia ornati expressa cerneretur. Quae si tenemus, Xenophontem profecto facile intelligemus Symposium suum aliter adornare debuisse atque Platonem, nullumque ex hac diversitate mutuae invidiae aut obtrectationis argumentum peti posse, nisi alia eius indicia reperiantur. Accedit huc, quod utrique convivium quoddam, praesentia Socratis celebre factum, alteri Calliae, alteri Agathonis, caussam et opportunitatem scribendi praebuisse videtur, ut hinc quoque dissensionis rationes nullo negotio repetere liceat. Videamus igitur, quid tandem sit, unde viri docti alterum Symposium oppositum esse alteri coniectaverint. Itaque primum aiunt**) in Symposio Platonis tibicinas eiectas, apud Xenophontem contra easdem una cum scurris

*) V. Cornarius Praefat. ad Interpretat. Symposii Plat. et Xenoph. p. 13 sqq. Menag. ad Diog. L. II. 57. III. 34. Muret. Varr. Lectt. V. 14. Voss. Hist. Gr. I. p. 24. Hindenburg. Animadverss. in Xen. Mem. III. 6. Tennemann. Histor. phil. T. I. p. 24. et inprimis A. Böckh. De simultate, quae Platoni cum Xenophonte intercessisse fertur. Berolin. 1811. 4. C. Fr. Hermann. Indicc. Lectt. Academ. Marburgens. per semestre hibernum ann. 1834—1835. habendarum. Marb. ex offic. Elwertiana.

**) Athen. XI. p. 505. E. Cornarius l. c. 14.

introductas esse. Quasi vero apud Platonem, ubi statim ab initio operis docti de amore sermones habentur, iis ullus locus concedi potuerit, nec eaedem per rei naturam debuerint placere Xenophonti, qui convivii hilaritatem suavitatemque omnem describere constituisset*). At vero, inquiunt**), quod Xenophon maiorum poculorum usum reiicit, Plato autem Socratem suum informat talem, qui fortiter usque ad diluculum e psyctere bibit, estne hoc eiusmodi, ut alterum scriptorem suspicari liceat alteri suam rationem cum aliqua simultate opposuisse? Nimirum Plato Socratis invictam continentiam animique fortitudinem ostensurus eum extremo convivio ita facit bibentem, ut, licet compotationi indulgeat, tamen praeter ceteros omnes maneat sobrius et veri philosophi tueatur dignitatem; Xenophon autem eum iussit in eo versari convivio, quod a vulgari more et consuetudine non recederet, ut profecto quidquid convivarum intemperantiam argueret, id totum tollere et removere debuerit***). Paullo plus ponderis habere videntur argumenta mutuae simultatis a Cornario in medium allata. Is enim, dum statuit Xenophontem eum fuisse, qui librum suum Platonico scripto utpote prius in lucem emisso opposuerit, haec scribit†): „Sed non in his tantum, quae ex aemulatione quadam Platonis Symposio prius edito contraria scripsit, sed etiam in his, quae velut aliunde sumta citat, Xenophon a Platone dissentire deprehenditur. Quale et hoc est, quod Socrates apud ipsum Pausaniae apologiam pro his, qui in intemperantia simul volutantur, adducens, in qua dixerit ille, quod etiam exercitus fortissimus esset, qui ex amatis et amatoribus constaret, et dictum hoc primum veluti falsissimum refellit et mox testimonia ab illo de Thebanis et Eleis producta reiicit. Quod autem non hanc Pausaniae opinionem eo loco reprobare voluerit, cuius scriptum etiam Athenaei saeculo ignotum fuit, et qui etiam apud nullum alium quam Platonem de amatoribus et amatis loquens inducitur, sed ipsum Platonem per hoc notare instituerit, ex eo clarum fit, quod ea Pausaniae verba apud Platonem haben-

*) Idem de hac re visum est Böckhio l. c. p. 8 sqq.

**) Athen. l. c. Cornarius l. c. p. 28 sqq.

***) Ita Böckhius quoque censuit p. 18.

†) P. 42 sq.

tur non quidem in Pausaniae attributa oratione, sed in ea, quam Phaedro adscripsit, ut vel sic, ne Platonem reprehendere ab omnibus deprehenderetur, Xenophon aliquatenus caverit, vel aliter scriptum Platonis Symposium habuisse iudicandus sit, id quod ego cum Athenaeo sentire malim, quam haec ex toto a Xenophonte conficta esse cum eodem Athenaeo asserere, quum in Phaedri quidem oratione palam habeantur, sed testimonia tamen de Thebanis sive Boeotis atque Eleis adducta in ipsa Pausaniae oratione legantur." Haec igitur Cornarius. Locus Xenophontis est Symp. VIII. 32. καίτοι Παυσανίας δέ, ὁ Ἀγάθωνος τοῦ ποιητοῦ ἐραστής, ἀπολογούμενος ὑπὲρ τῶν ἀκρασίᾳ συγκυλινδουμένων εἴρηκεν, ὡς καὶ στράτευμα ἀλκιμώτατον ἂν γένοιτο ἐκ παιδικῶν τε καὶ ἐραστῶν· τούτους γὰρ ἂν ἔφη οἴεσθαι μάλιστα αἰδεῖσθαι ἀλλήλους ἀπολείπειν· θαυμαστὰ λέγων, εἴ γε οἱ ψόγου τε ἀφροντιστεῖν καὶ ἀναισχυντεῖν πρὸς ἀλλήλους ἐθιζόμενοι, οὗτοι μάλιστα αἰσχύνονται αἰσχρόν τι ποιεῖν. καὶ μαρτύρια δὲ ἐπήγετο, ὡς ταῦτα ἐγνωκότες εἶεν καὶ Θηβαῖοι καὶ Ἠλεῖοι. συγκαθεύδοντας γοῦν αὐτοῖς ὅμως παρατάττεσθαι ἔφη τὰ παιδικὰ εἰς τὸν ἀγῶνα, οὐδὲν τοῦτο σημεῖον λέγων ὅμοιον· ἐκείνοις μὲν γὰρ ταῦτα νόμιμα, ἡμῖν δ' ἐπονείδιστα. Quibus verbis carpi dicuntur quae Plato Phaedro attribuit p. 178. E. et Pausaniae Platonici verba p. 182. A. Sed primum quidem mirabile est, quod, quae a Platone Phaedro adscripta sunt, ea ab Xenophonte Pausaniae sunt tributa: unde Cornarius cum Athenaeo V. p. 216. E. coniecit Xenophontem Platonis Symposium aliter scriptum habuisse. Deinde quae Pausanias de Boeotis et Eleis dicitur narravisse, eorum apud Platonem nec vola nec vestigium extat, apud quem Pausanias hoc tantum dicit, differre circa amorem civitatum mores, adeoque improbat Eleorum ac Thebanorum instituta, quatenus vergant ad lubidinem. Ex quibus consequens est, ut Xenophon ad Platonis Symposium omnino non respexerit, quod miror praeteriisse Car. Fr. Hermannum*), qui Xenophontem censet memoria lapsum Pausaniae tribuisse quae a Platone Phaedro essent adscripta. Verum iam dudum Boeckhius vidit. Iam si quaeris, quorsum Xenophon respexerit, non possum equidem Friderico Thierschio accedere libellum aliquem amatorium Pausaniae extitisse existimanti, unde et

*) L. c. p. VII.

vestigia, quae etiam in Xenophonteo Symposio expressa extare probabiliter docuit Welckerus Nov. Mus. Rhen. V. I. p. 504 sqq. Verum ista quidem rei excusatione ne opus quidem est. Convenit enim Pausaniae Platonici sententia etiam Socrati planissime, quem satis constat docuisse, unam eandemque rem utique posse pro rerum et conditionum diversitate et malam et bonam existere. Sed quamquam invidiae et aemulationis vestigia nulla apparere videntur, tamen, si quis alterum scriptorem alterius librum ob oculos habuisse affirmet, nos quidem non multum reluctabimur. Multa enim in utriusque opere inveniuntur, quae, nisi alter alterum respexisset, vix potuisset fieri, ut ab ambobus commemorarentur. Itaque ego in ea sententia sum, ut utrumque Socratis speciem et imaginem suo more informasse existimem, alterutrum autem alterius librum sic ob oculos habuisse credam, ut nonnulla inde in suum opus transtulerit, sive id casu factum esse dicamus, siquidem ea ex recenti lectione in memoria haerere potuerunt, sive ideo sic institutum est, ut ab utroque in simili argumento elaboratum esse ab omnibus animadverteretur. Uter autem utrum respexerit, adhuc sub iudice lis est, neque videtur res ad hunc usque diem dubia et nuper quoque acerrimis controversiis agitata ita decerni posse, ut quid pro vero probandum sit, omni ex parte exploratum habeatur*).

---

*) Res nuper demum acrioribus studiis rursus in disceptationem vocata est. Nam C. Fr. Hermannus, quum in Indicibus Lectionum, Marburg. a. 1834—1835. 4. mai., ostendere conatus esset, Xenophontem ad Platonis Symposium respexisse ut prius editum, adversarius ei extitit A. I. F. Henrichsenius Flenopolitanus in dissertatione: De consilio et arte Convivii Xenophontei eiusque cum Platonico necessitudine. Flenopoli, 1840. 4., qui Xenophontem priorem scripsisse contendit, sed alterum scriptorem ab altero respectatum esse omnino negat. Cui respondit Hermannus in Indicibus Lectt. Marburg. aestiv. a. 1841., in quo libro pristinam sententiam suam defendit et clarius explicatam exhibuit, ita quidem, ut etiam certius demonstraverit, quod vix quisquam antea negavisset, alteri alterius librum sine dubio ob oculos versatum esse, adeoque suspicatus sit (p. VI.) Xenophontem fortasse contra ipsum Platonem magistri sui memoriam tueri voluisse, quem quum huic multa tribuisse existimaret, quae Socrates, qualis in vita sua fuit, numquam dicturus facturusve fuisse videretur, ipsum verisimile esse illius Convivio suum opposuisse, quo ostenderet, quomodo fictio comparata esse debuisset, si Plato vel maxime magistrum

Itaque his missis iam hoc unum adiiciamus, praeter Xenophontem atque Platonem multos alios extitisse antiquitatis philosophos, qui Symposia scriberent, ut vel suas de amore opiniones vel alia etiam placita sua illustrarent, quorum memoria quum ab aliis, tum a Plutarcho in Quaestionn. Convivalibus servata est. In quorum numero fuerunt, ut alios taceam, etiam Aristoteles et Speusippus, Platonis ex sorore nepos, de quibus vide Athen. XV. 16. Macrob. Saturn. VII. 3. Plutarch. Quaest. Convivall. in. Et horum quidem scripta eo magis dolendum est quod non tulerunt aetatem, quia sine dubio inde ad Platonici operis intelligentiam non parum utilitatis percepturi essemus. Verum quoniam quae semel perdita sunt, ea numquam possunt restitui, temporum iniuriam consolemur sic, ut quae bona nobis adhuc supersunt, iis sapienter perfruamur et ad caussam humanitatis iuvandam sustentandamque utamur.

CODICES.

Bodleianus s. Clarkianus. Coislin. (Γ), Vat. Δ (225.), quem contulit Bekkerus; aliam collationem subinde a Bekkeri indiciis discrepantem, quam fecerat Bastius, insigni humanitati Chr. Fel. Baehrii, viri eruditissimi, debemus. Ven. Ξ. Vind. Υ nobis olim num. 2. signatus. Vindob. 1. et 7. a Bastio in scriptione De Symposio Platon. adhibiti; Parisini DEFK (cod. K etiam Bipontini usi sunt). Ambr. r. Angel. u. w. Vatic. n. p. r. s. Ven. t. (postremus liber priorem tantum Symposii partem continet). Florentini a. b. c. i. n. Palatini Excerpta a Creuzero publici iuris facta. Praeterea Rückertus adhibuit Raudnitiensem librum et Zittaviensem, qui quoniam admirabiliter cum Vindobon. Υ et Ven. Ξ consentiunt, a nobis raro sunt commemorati.

inter pocula de amore disserentem fingere voluisset. Neque tamen hac defensione acquievit Henrichsen., qui in Epistola critica ad Car. Frid. Hermannum de consilio Convivii Xenophontei, Sleswici a. 1844. edita, singulis quibusdam pristinae sententiae partibus mutatis rationem suam omnino quidem vindicare studuit. Sed non concessit illi postea Hermannus, uti ipse professus est in disputatione De Convivii Xenophontei temporibus P. I. p. 4. Gott. ed. 1844.

EDITIONES SYMPOSII.

Platonis dialogi duo, Philebus et Symposium, Graece, e recensione Henrici Stephani, varietate lectionis animadversionibusque criticis illustrati ab Io. Frid. Fischero. Lipsiae, 1776. 8.

Platons Gastmahl, hin und wieder verbessert und mit kritischen und erklärenden Anmerkungen herausgegeben von Fr. Aug. Wolf. Leipzig, 1782. 8. et iterum emendatius curante anonymo ed. 1828.

Platonis Symposium et Alcibiades I., recensuit Fr. Astius. Landishuti, 1809. 8. Idem vir doctus edidit: *Platons Phaedrus und Gastmahl, übersetzt, erläutert und verbessert von Fr. Ast. Jena*, 1817. 8.

Platonis Symposium, ad optimorum librorum fidem edidit et adiectis Wyttenbachii animadversionibus annotatione instruxit P. A. Reynders. Groning., 1825. 8.

Platonis Convivium, recensuit et illustravit L. I. Rückert. Lipsiae, 1829. 8.

Platonis Convivium, recensuit, emendavit, illustravit Alex. Hommel. Lips., 1834. 8.

Praeterea hic nominandi sunt hi libri: *Kritischer Versuch über den Text des Platonischen Gastmahls nebst einer beurtheilenden Anzeige aus den drei Handschriften der k. k. Hofbibliothek zu Wien von Fr. Jac. Bast. Leipzig*, 1794. 8. min.

Fr. Thierschii Specim. edit. Symposii Platon. Gotting., 1808. 4.

Ph. Gu. van Heusde, Specimen crit. in Platon. Lugd. Bat., 1803.

Eiusdem Initia Philosoph. Platon. V. I. P. I., ubi agitur de amore Platonis.

H. Th. Rötscher: *Das Platonische Gastmahl dargestellt als ein philosophisches Kunstwerk. Bromberg*, 1832. 4.

A. Schwegler: *Ueber die Composition des Platon. Symposions. Tübingen*, 1843. 8. Conf. *Jahns Neue Jahrbücher* etc. Vol. XLI. a. 1844. p. 357 sqq.

Fr. Susemihl.: *Ueber die Composition des Platon. Gastmahls*, quae commentatio inserta est Philologo Schneidewini Vol. VI. p. 177. a. 1851.

CORRIGENDA.

Prolegg. p. XLIII. v. 4. lege superioribus pro superiorinus.
Ibid. p. XLVI. v. 11. lege saperent pro superarent.
Comment. p. 105. v. 3. lege caderent pro caperent.

PLATONIS

SYMPOSIUM.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ. ΕΤΑΙΡΟΣ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ. ΓΛΑΥΚΩΝ. ΑΡΙΣΤΟΔΗΜΟΣ. ΣΩΚΡΑΤΗΣ. ΑΓΑΘΩΝ. ΦΑΙΔΡΟΣ. ΠΑΥΣΑΝΙΑΣ. ΕΡΥΞΙΜΑΧΟΣ. ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ. ΔΙΟΤΙΜΑ. ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ.

Cap. I. Δοκῶ μοι περὶ ὧν πυνθάνεσθε οὐκ 172
ἀμελέτητος εἶναι. καὶ γὰρ ἐτύγχανον πρώην εἰς ἄστυ

P. 172. περὶ ὧν πυνθάνεσθε οὐκ ἀμελ.] Quod olim post πυνθάνεσθε addebatur νῦν, id codd. omnes omittunt praeter Par. E. Vat. n. Flor. n, nec expressit Ficinus. Ad sententiam illud non est necessarium, imo otiosum et alieno loco collocatum, sive cum Schleiermachero ad πυνθάνεσθε sive cum aliis ad οὐκ ἀμελέτητος εἶναι trahatur. Dein Steph. πρώην omisit, errore, opinor. Cod. Bodl. πρώιην, ut assolet. Vulgo πρώην.

P. 172. Δοκῶ μοι περὶ ὧν π.] Triplex de Agathonis convivio distinguenda narratio est. Primum enim res ab Aristodemo, qui ipse illi interfuerat, Apollodoro et Phoenici erat exposita; v. p. 173. B. Deinde Glauco quum de ea per Phoenicem aliquid inaudivisset, precibus adierat Apollodorum, ut sibi eam accuratius pleniusque narraret. Quocirca hic, qui eandem postea etiam ab ipso Socrate accepisset, faciendum putaverat, ut illius precibus concederet. Nunc idem Apollodorus, iterum ab amicis rogatus, ut rei memoriam instauret, rursus id est acturus, ut quid convivae apud Agathonem egerint dixerintve, diligenter exponat. Quocirca se ad rei narrationem non imparatum ait accedere, ut qui eam haud ita pri-

οἴκοθεν ἀνιὼν Φαληρόθεν. τῶν οὖν γνωρίμων τις ὄπισθεν κατιδών με πόρρωθεν ἐκάλεσε καὶ παίζων

ὄπισθεν κατιδών] Coisl., ut solet, ὄπισθε, quae est perpetua in codd. mss. variatio, v. infra p. 191. B. 213. A. et quae notavit Schneider. ad Remp. II. p. 363. D. Nec tamen hic sine ceterorum librorum consensu cum Bekkero scribam ὄπισθε, v. Lobeck. ad Phrynich. p. 284. Buttm. Gr. ampl. §. 264. §. 116. 1.

Ὦ Φαληρεύς, ἔφη, οὗτος Ἀπ.] ὦ pro vulg. ὁ habent

dem cum Glaucone communicaverit. Et prior quidem Apollodori narratio in ea incidit tempora, quibus Socrates adhuc in vivis erat, sicuti clarissime apparet ex p. 172 C. Posterior autem haec, quia non magno temporis intervallo a superiore distare dicitur, certe non est post obitum Socratis instituta, id quod etiam intelligitur e verbis p. 173. D: *καὶ δοκεῖς μοι ἀτεχνῶς πάντας ἀθλίους ἡγεῖσθαι πλὴν Σωκράτους κ. τ. λ.* Itaque Apollodorus quum Socrate atque Agathone adhuc viventibus ista omnia narrans inducatur, probabile est quartum fere aut tertium Olymp. 94. annum narrationis esse tempus. Difficilior paullo quaestio est de loco, ubi Apollodorus fingatur convivarum sermones retulisse. Et Hommelio quidem si credimus, factum hoc est inter viam inde a portu Phalereo usque ad urbem. Enimvero Apollodorus ipse narrat sese Glauconi totam rem exposuisse, quum aliquando ex Phalero in urbem proficisceretur. Itaque vir doctus censet hominem nunc eandem rem narraturum etiam viam illam repetiisse. Id quod colligit ex p. 173. C., ubi veterem lectionem *ταὐτὰ χρὴ ποιεῖν* servandam censet, ita quidem, ut *ταὐτὰ* ad viae iterationem referatur. At primum quidem per se non est verisimile Apollodorum fingi inter eundum omnes istas orationes ita recitavisse, sicuti apud Platonem perscriptae leguntur, praesertim quum eas compluribus familiaribus retulerit. Neque ille Glauconi videtur eas antea integras exposuisse, sicuti colligere licet e verbis p. 173. B: *οὕτω δὴ ἰόντες ἅμα τοὺς λόγους περὶ αὐτῶν ἐποιούμεθα.* Deinde ille ipse locus, quo Hommelius sententiam suam confirmare studuit, ob sequentia, *καὶ γὰρ ἔγωγε κ. τ. λ.*, necessario corrigendus est. Verissime enim viri docti emendarunt *ταῦτα*, ut pronomen numeri pluralis de una re accipiatur referaturque ad praegressum *ὑμῖν διηγήσασθαι*, qui usus loquendi sicuti scribas non raro fefellit, ita apud Platonem longe est frequentissimus. Nam hac demum emendatione admissa omnia recte inter se cohaerent. Itaque statuendum est potius Apollodorum omnia in conventu quodam amicorum narrantem induci, in quo de orationibus in Agathonis convivio habitis erat rogatus. Principium dialogi iocolari imitatione expressit Alexis apud Athenaeum XIII. p. 562. A. = T. III. p. 1250 sq. ed. Dindorf. *Πορευομένῳ δ' ἐκ Πειραιῶς ὑπὸ τῶν κακῶν Καὶ τῆς ἀπορίας φιλοσοφεῖν κατῆλθέ μοι. Καί μοι δοκοῦσιν ἀγνοεῖν οἱ ζωγράφοι Τὸν Ἔρωτα, συντομώτατον δ' εἰπεῖν, ὅσοι Τοῦ δαίμονος τούτου ποιοῦσιν εἰκόνας κ. τ. λ.*, ubi quod hi versiculi non e Symposio, sed ex Phaedro

ἅμα τῇ κλήσει, Ὦ Φαληρεύς, ἔφη, οὗτος Ἀπολλόδωρος, οὐ περιμένεις; Κἀγὼ ἐπιστὰς περιέμενα.

Bodl. Coisl. Vat. *A*. Par. DEFK. Ambr Ang. u. w. Vat. n. p. r. a. Ven. t. Flor. a. b. c. i. Vind. 1. 7. Igitur restitui. *Φαληρεῦ* Par. EF. Vat. s., sed v. ann.

οὐ περιμένεις] Sic codd. praeter unum solum Flor. n. omnes, uti videtur. Stephan. *οὐ περιμενεῖς*. Quod nostra annotatione inspecta nemo, opinor, putabit necessarium. Reduxit tamen Hermannus vel invitis codicibus.

dicuntur esse depromti, quid exinde de utriusque libri necessitudine et coniunctione colligere liceat, in praefatione ad Phaedrum significavimus. Ob oculos etiam habuit scriptor Charidemi Lucianei T. III. p. 618. ed. Reitz.

ἀνιὼν Φαληρόθεν] De Phalero, quod fuit navale Atheniensium, ab ipsa urbe circiter viginti stadia distans, v. Meursius de Popul. Att. p. 805 et in Piraeo c. 10. coll. Pausan. VIII. 10. Itaque Apollodorus quum ibi habitaret, dicitur *οἴκοθεν* adscendisse *εἰς ἄστυ*, h. e. Athenas.

τῶν οὖν γνωρίμων τις] Glauconem vocat mox p. 172. E.

Ὦ Φαληρεύς, ἔφη, οὗτος Ἀπολλόδωρος] Heus tu, qui es Phalereus Apollodorus. Nominativus enim in compellando usurpatur, sicubi alterum non subiective, ut ita dicam, sed obiective potius spectatum alloquimur, de qua re v. ad Hipp. mai. p. 281 in. Sic infra p. 213. B: *Σωκράτης οὗτος ἑλλοχῶν — ἐνταῦθα κατέκεισο*. Prot. p 193. D: *Ἱπποκράτης, ἔφην, οὗτος, μή τι νεώτερον ἀπαγγέλλεις*; Nihil vero insolentiae habet, quod cum eiusmodi nominativo *ὦ* consociatur, veluti apud Eurip. Suppl. v. 277: *ὦ φίλος, ὦ δοκιμώτατος Ἑλλάδι*. Aristoph. Nubb. 1169: *ὦ φίλος, ὦ φίλος*. Cuiusmodi exempla plura suppeditabunt Koenius ad Gregor. Corinth. p. 117. Boeckh. ad Pind. Nott. critt. p. 441. Longe frequentissimum autem est *ὦ οὗτος*, ut apud Sophocl. Aiac. 89: *ὦ οὗτος Αἴας*. Quod igitur simpliciter dici potuit *ὦ οὗτος Ἀπολλόδωρος*, id nunc enuntiatur sic: *ὦ Φαληρεὺς οὗτος Ἀπολλόδωρος*. Ex quo apparet locum in uno isto *Φαληρεὺς* esse quaerendum. Fallitur enim Hommelius mirifice, qui et *ἀπολλόδωρος* scripsit, praefixo articulo, et eo nomine hominis opportunitatem, ut ait, designari statuit. Nimirum nec articulus hic ferendus est, nec profecto intelligitur, quomodo per nomen Apollodori significari queat is, qui alteri opportune obvius factus est. Sed illud ipsum *Φαληρεὺς* quid ioci lususque per pronuntiationem efficere potuerit, valde incertum est. Mitto Sydenhami rationem utpote nimis longe arcessitam, aliorum expositurus sententias. Wolfius igitur in sono, quo ille vocem pronuntiaverit, festivitatem aliquam inesse statuit; sed qualis tandem ea festivitas sit, id vero non demonstravit. Schützius lusum contineri censet in imitatione formulae in iudiciis et concionibus usitatae, qua nomini proprio pagi sive τοῦ δήμου mentio adiiciebatur. Et sane similis est lusus Gorg. p. 495. D. conf. Thucyd. VII, 10: *πα-*

Καὶ ὅς, Ἀπολλόδωρε, ἔφη, καὶ μὴν καὶ ἔναγχός σε
ἐζήτουν βουλόμενος διαπυθέσθαι τὴν Ἀγάθωνος
B *ξυνουσίαν καὶ Σωκράτους καὶ Ἀλκιβιάδου καὶ τῶν*
ἄλλων τῶν τότε ἐν τῷ συνδείπνῳ παραγενομένων
περὶ τῶν ἐρωτικῶν λόγων, τίνες ἦσαν. ἄλλος γάρ
τίς μοι διηγεῖτο ἀκηκοὼς Φοίνικος τοῦ Φιλίππου,

ἀνθρώποις ἡ μέθη ἐστί· καὶ οὔτε αὐτὸς ἐκὼν εἶναι
πόῤῥω ἐθελήσαιμι ἂν πιεῖν, οὔτε ἄλλῳ συμβουλεύ-
σαιμι, ἄλλως τε καὶ κραιπαλῶντα ἔτι ἐκ τῆς προτε-
ραίας. Ἀλλὰ μήν, ἔφη φάναι ὑπολαβόντα Φαῖδρον
τὸν Μυῤῥινούσιον, ἔγωγέ σοι εἰωθα πείθεσθαι, ἄλ-
λως τε καὶ ἅττ' ἂν περὶ ἰατρικῆς λέγῃς, νῦν δ',
ἂν εὖ βουλεύωνται, καὶ οἱ λοιποί. Ταῦτα δὴ ἀκού-

D. ἄλλως τε καὶ κραιπαλῶντα] Bodl. a. pr. m. Vat. *A.* Par. DK. Vat. p. *κραιπαλοῦντα.* Dein Bodl. Vat. *A. Φαίδρων.* Iidem cum Ven. *Σ.* Par. D. Ang. u. w. Vat. n. p. Vind. 7. Flor. a. b. c. i. *Μυῤῥινούσιον* pro vulg. *Μυρινούσιον.* v. Pausan. I. 31. et Steph. Byzant. in voc.

νῦν δ', ἂν εὖ βουλεύωνται, καὶ οἱ λοιποί] Vett. editt. *νῦν δ' αὖ εὖ βούλονται.* Bekkerus cum Par. E. *νῦν δὲ αὖ βούλονται.* In Vind. I. Flor. b. c. i. Coisl. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. r.

ipsam infra p. 323. C. probavisse narratur.

ὥςτ' ἐξαρκέσει αὐτῷ] ut satis habiturus sit, ut ei satisfacturum sit, utrumcunque faciamus.

ἧττον ἂν εἴην ἀηδής] cum Attica urbanitate dictum pro vobis haudquaquam molestus ero.

D. αὐτὸς ἐκὼν εἶναι] h. e. quantum quidem ex mea voluntate pendeat, quantum quidem res mea sit arbitrii, v. Hermann. ad Viger. p. 888.

ἄλλως τε καὶ κραιπαλῶντα] Accusativus, qui ad infinitivum πιεῖν pertinet, more non infrequenti post dativum infertur, ut Criton. c. XIII: τῷ ἐξουσίαν πεποιηκέναι Ἀθηναίων τῷ βουλομένῳ — ἐξεῖναι λαβόντα τὰ αὑτοῦ κ. τ. λ. Infra c. XIII: πᾶσαν ἡμῖν εὐδαιμονίαν παρασκευάζει, καὶ ἀλλήλοις διναμένους ὁμιλεῖν. De Republ. III. p. 414. A: τιμὰς φοτέον ζώντι — λαγχάνοντα. Euthyphr. p. 5. A: κράτιστόν ἐστι μαθητῇ σῷ γενέσθαι καὶ προκαλεῖσθαι, λέγοντα ὅτι κ. τ. λ., ubi v. annot. Dinarch. Or. contra Demosth. extr. προσεκτέον ὑμῖν — εἰδότας. Sophocl. Electr. v. 480: ὕπεστί μοι θράσος, ἀδυπνόων κλύουσαν ἀρτίως ὀνειράτων, ubi v. Brunck. Plura dabunt Elmsleius ad Eurip. Heraclid. v. 693. Interpp. ad Lucian. Electr. §. 3. ad Thucyd. VII. 57. Iacobs. in Athen. p. 97.

σοι εἰωθα πείθεσθαι] V. Phaedr. p. 227. A.

ἄλλως τε καὶ ἅττ' ἂν π. ἰ. λέγῃς] Hoc paullo gravius dictum pro ἄλλως τε καὶ ἐάν τινα λέγῃς, v. ad Euthyphron. p. 3. D. Apol. Socrat. p. 22. B. Phaedr. p. 242. C. 269. D. Lachet. p. 188. A.

νῦν δ', ἂν εὖ βουλεύωνται, καὶ οἱ λοιποί] nunc vero, si bene sibi consulant (nec velint valetudini officere), etiam reliqui praeter me convivae consilio

πῶς ἔχει πρὸς τὸ ἐῤῥῶσθαι πίνειν Ἀγάθων, Οὐδαμῶς, φάναι, οὐδ' αὐτὸς ἐῤῥώμαι. Ἕρμαιον ἂν
C εἴη ἡμῖν, ἦ δ' ὅς, ὡς ἔοικεν, ἐμοί τε καὶ Ἀριστοδήμῳ καὶ Φαίδρῳ καὶ τοῖςδε, εἰ ὑμεῖς οἱ δυνατώτατοι πίνειν νῦν ἀπειρήκατε· ἡμεῖς μὲν γὰρ ἀεὶ ἀδύνατοι. Σωκράτη δ' ἐξαιρῶ λόγου· ἱκανὸς γὰρ καὶ ἀμφότερα, ὥςτ' ἐξαρκέσει αὐτῷ ὁπότερ' ἂν ποιῶμεν. ἐπειδὴ οὖν μοι δοκεῖ οὐδεὶς τῶν παρόντων προθύμως ἔχειν πρὸς τὸ πολὺν πίνειν οἶνον, ἴσως ἂν ἐγὼ περὶ τοῦ μεθύσκεσθαι, οἷόν ἐστι, τἀληθῆ λέγων ἡ-

habet nescio quid fucati coloris et ornamenti, ut facile appareat hominis ingenium et mores, [ut ceterorum convivarum, a Platone ad ipsam veritatem esse expressos.

πῶς ἔχει πρὸς τὸ ἐῤῥῶσθαι πίνειν] h. e. ecquid Agatho ad bibendum valeat.

Ἕρμαιον ἂν εἴη — εἰ ὑμεῖς νῦν ἀπειρήκατε] Sunt haec verba Eryximachi, non Agathonis. — Ἕρμαιον, i. e. κέρδος ἀπροσδόκητον, εὐτύχημα. Phaed. p. 107. C: εἰ μὲν γὰρ ἦν ὁ Θάνατος τοῦ παντὸς ἀπαλλαγή, ἕρμαιον ἂν ἦν τοῖς κακοῖς ἀποθανοῦσι κ. τ. λ. Infra p. 217. A c. XXXIII: ἡγούμενος δὲ αὐτὸν ἐσπουδακέναι ἐπὶ τῇ ἐμῇ ὥρᾳ ἕρμαιον ἡγησάμην εἶναι καὶ εὐτύχημα ἐμὸν θαυμαστόν. In verbis Ἕρμαιον ἂν εἴη ne quis οὖν insertum capiat, prohibebunt quae ad Remp. V. p. 463. adscripsimus. De indicativo ἀπειρήκατε post optativum illato v. ad Apolog. Socr. c. XII extr. p. 42.

C. ἐξαιρῶ λόγου] V. ἐξαίρω τοῦ λόγου. Articulum om. Bodl. Coisl. Vat. Δ. Par. DEFK. Ang. u. w. Par. a. β. r. a. Flor. a. b. c. i. Illud ἐξαίρω autem [cum Heindorfio ad Theaet. p. 352. praeeunte Bekkero in ἐξαιρῶ mutavi.

εἴην ἀηδής] ἀηλής pr. Bodl. Vat. Δ.

C. ὡς ἔοικεν] Attica urbanitate pro ὡς ἀληθῶς dictum, usu frequenti, v. Lennep. ad Phalar. Epp. p. 316.

ἐξαιρῶ λόγου] Ne quis requirat articulum, prorsus eodem modo Phaedr. p. 242. B: Σιμμίαν τὸν Θηβαῖον ἐξαιρῶ λόγον. De Republ. VI. p. 493. A: Φέρε μέντοι — ἐξαιρῶ λόγου. Ibid. III. p. 394. B, in quibus locis omnibus perperam scribebatur ἐξαίρω, v. Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 141. et Heindorf. ad Theaetet. p. 352. Sed ἐξαιρῶ scribi oportere docet inter alia Maxim. Tyr. X. 4: Ἐπίκουρον ἂν ἐξελῶ λόγου. Inserto articulo Libanius Or. in Iul. I. p. 379. ed. Reis. Reyndersio laudatus: Φαίδρον ἐξαιρῶ τοῦ λόγου. Aristid. Orat. II. p. 269. T. II. ed. Πλάτωνα δ' ἐξαιρῶ τοῦ· ἱκανὸς γὰρ ἀμφότερα. hoc loco imitatione sunt. Socratem quod eximit, valet hoc ad eius animi fortitudi-

τον … ταδηλ… ἀνθ… πόῤῥω … σαιμι. ἄλλως τε καὶ χ… ρειας. Ἀλλὰ μήν, … τον Μυῤῥινούσιον. … λως τε καὶ ἀπ' ἄν … ἂν εὖ βουλεύωνται, καὶ οἱ ἄλλοι. …

D. ἄλλως τε καὶ χρηματίζοντι …
Par. DK. Vat. p. χρηματιζοῦντα. Dein … Vat …
lidem cum Ven. Ξ Par. D. Ang. u w. Vat …
a. b. c. i. Μυῤῥινούσιον pro vulg. Μυῤῥιν… …
et Steph. Byzant. in voc.

νῦν δ', ἂν εὖ βουλεύωνται. … νῦν δ' αὖ εὖ βούλονται. Bekkerus cum Par. … ται. In Vind. I. Flor. b. c. i. Coisl. Ang. …

…d. …ao– …ng. Vat. …g. w. n. et

ipsam infra p. 323. C. probavisse narratur.

ὥστ' ἐξαρκέσει αὐτῷ] ut satis habiturus sit, ut ei satisfacturum sit, utrumcunque faciamus.

ἧττον ἂν εἴην ἀηδής] cum Attica urbanitate dictum pro … bis haudquaquam mo… stus ero.

D. αὐτὸς ἑκὼν εἶναι] … e. quantum quidem ex … voluntate pendeat, … tum quidem res m… arbitrii, v. Herm… Viger. p. 888.

ἄλλως τε καὶ χρ… τα] Accusativus … tivum πιεῖν pertinet … infrequenti post … tur, ut Criton. c. … οἷαν πεποιηκέναι … βουλομένῳ — … τὰ αὐτοῦ κ. τ. λ. … πᾶσαν ἡμῖν … σκευάζει, … νους ὁμιλ… p. 414. …

…rptt. …άντας] …isse, et …ipsum …opus ver–

μῦθος] …versu uti– usurpatum …bium, quo …se averte– …polog. So– … Phaedrum … auctorem, …σοφώτατον. τοσούτῳ multorum …i et tam …nim placet …amelii in– …m vetusto …n. Expeditt. … τοσαῦτα ἢ … ὰ πλῆθος …ja n. Somn. …φεὶς αὐτοὺς …ούτους ἄν–

E σαντας συγχωρεῖν πάντας μὴ διὰ μέθης ποιήσασθαι τὴν ἐν τῷ παρόντι συνουσίαν, ἀλλ' οὕτω πίνοντας πρὸς ἡδονήν.

Cap. V. Ἐπειδὴ τοίνυν, φάναι τὸν Ἐρυξίμαχον, τοῦτο μὲν δέδοκται, πίνειν ὅσον ἂν ἕκαστος βούληται, ἐπάναγκες δὲ μηδὲν εἶναι, τὸ μετὰ τοῦτο εἰσηγοῦμαι τὴν μὲν ἄρτι εἰσελθοῦσαν αὐλητρίδα χαίρειν ἐᾶν, αὐλοῦσαν ἑαυτῇ, ἤ, ἂν βούληται, ταῖς γυναιξὶ ταῖς ἔνδον, ἡμᾶς δὲ διὰ λόγων ἀλλήλοις συνεῖναι τὸ τήμερον. καὶ δι' οἵων λόγων, εἰ βούλεσθε, ἐθέλω

est νῦν δ' ἂν εὖ β., in quo veri insunt vestigia. Bodl. Vat. A. Vind. 1. 2. Par. F. Ambr. Aug. u. w. Vat. n. r. Ven t. βούλωνται. Coisl. ex em. βουλεύωνται. Mittamus iam reliquas virorum doctorum coniecturas. Patet enim ex librorum lectionibus proxime ad verum accessisse Bastium Epist. crit. p. 13., qui legendum putat: νῦν δ' ἂν εὖ βουλεύωνται καὶ οἱ λοιποί, i. e modo ceteri quoque sibi bene consulant, modo verba ἂν εὖ βουλεύωνται a ceteris interpunctione separentur, ut cohaereant inter se haec:

tuo obtemperabunt. Nam ad νῦν δὲ καὶ οἱ λοιποὶ intelligendum relinquitur σοι πείσονται. Optime Winckelmannus ad Euthydem. p. 140, qui veram loci rationem acute perspexit, comparat Thucyd. V. 111: ὃ ὑμεῖς, ἢν εὖ βουλεύησθε, φυλάξεσθε καὶ οὐκ ἀπρεπὲς νομιεῖτε πόλεως τῆς μεγίστης ἡττᾶσθαι. Ibid. c. 110: οὔκ, ἢν γε σωφρόνως βουλεύησθε. Menon. p. 80. B: καί μοι δοκεῖς εὖ βουλεύεσθαι οὐκ ἐκπλέων ἐνθένδε, οὐδ' ἀποδημῶν.

E. διὰ μέθης ποιήσασθαι τὴν — συνουσίαν] h. e. ξυνεῖναι μεθυσκομένους. Legg. I. p. 640. B: ἔστι δέ γε ἡ τοιαύτη συνουσία, εἴπερ ἔσται διὰ μέθης, οὐκ ἀθόρυβος. v. Matthiae §. 580. e. Eodem modo mox dicitur διὰ λόγων ἀλλήλοις ξυνεῖναι, h. e. ἀλλήλοις διαλεγομένους ξυνεῖναι. conf. Baehrius ad Plutarchi Pyrrhum c. 14.

οὕτω π. ἡδονήν] ita ut valeat ad voluptatem, h. e. quantum quisque velit. v. cap. V. in., ubi est: ὅσον ἂν ἕκαστος βούληται, ἐπάναγκες δὲ μηδὲν εἶναι. De Rep. IV. p. 420. E: πρὸς ἡδονὴν ἐργάζεσθαι τὴν γῆν. Eurip. Med. 771: δέχου δὲ μὴ πρὸς ἡδονὴν λόγους. Demosth. pro. Coron. §. 2: ὃ μέν ἐστι πρὸς ἡδονήν, τοῦτο δέδοται. Isocrat. De Pac. p. 179. Beck.: πρὸς ἡδονὴν δημηγορεῖν. Herodot. III. 126: οὐ πρὸς ἡδονήν οἱ ἦν τὰ ἀγγελλόμενα. Aeschyl. Prometh. v. 503: ἔχοντ' ἂν εἴη δαίμοσι πρὸς ἡδονήν. Ac similiter dicitur πρὸς ὀργήν, πρὸς χάριν, πρὸς ἔχθραν, al. de quibus v. Dorvill. ad Chariton. p. 538. ed. Lips. Istud οὕτως autem, δεικτικῶς dictum, accipiendum est ut in formulis illis, οὕτως ἐξ ὑπογυίου, οὕτως ἐν τῷ παρόντι, aliis. v. Heindorf. ad Phaedr. p. 235. C. Neque enim mihi persuadere possum verum vidisse Hommelium, qui post οὕτω commate distinxit, ut πρὸς ἡδονήν per epexegesin adiiciatur.

τὸ μετὰ τοῦτο εἰσηγοῦ-

ὑμῖν εἰςηγήσασθαι. Φάναι δὴ πάντας καὶ βούλε- 177
σθαι καὶ κελεύειν αὐτὸν εἰςηγεῖσθαι. Εἰπεῖν οὖν
τὸν Ἐρυξίμαχον, ὅτι Ἡ μέν μοι ἀρχὴ τοῦ λόγου
ἐστὶ κατὰ τὴν Εὐριπίδου Μελανίππην· οὐ γὰρ ἐμὸς
ὁ μῦθος, ἀλλὰ Φαίδρου τοῦδε, ὃν μέλλω λέγειν.
Φαῖδρος γὰρ ἑκάστοτε πρός με ἀγανακτῶν λέγει·
Οὐ δεινόν, φησίν, ὦ Ἐρυξίμαχε, ἄλλοις μέν τισι
θεῶν ὕμνους καὶ παιῶνας εἶναι ὑπὸ τῶν ποιητῶν
πεποιημένους, τῷ δὲ Ἔρωτι, τηλικούτῳ ὄντι καὶ το-

νῦν δ' — καὶ οἱ λοιποί, id quod sensit etiam Winkelm ad Euthyd. p. 140.

E. ἄν βούληται] V. ἐάν γε βούληται: sed γε non agnoscunt Bodl. Coisl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. p. r. Ven. t. Flor. a. b. c. i. Pro ἐὰν Bodl. Vat. Δ. Par. DK ἄν praebuerunt.

P. 177. καὶ κελεύειν] Hoc καὶ ignorant Vat. Δ. Ang. w. C. Fr. Herm. καὶ ante βούλεσθαι extrudi iubet. v. explicatt.

καὶ παιῶνας] παίονας Vat. Δ. Coisl. Ang. w. Vat. n. et

μαι] h. e. συμβουλεύω, interprete Hesychio. Nam εἰςηγεῖσθαι est conditionem ferre, auctorem esse, suadere. Criton. p. 48. A: ὥςτε — οὐκ ὀρθῶς εἰςηγεῖ εἰςηγούμενος — δεῖν ἡμᾶς φροντίζειν κ. τ. λ. Putarunt autem viri docti dimitti tibicinam, ut notaretur Xenophon, qui tibicinae et aliis ludis in suo convivio locum dedisset. Quam quidem opinionem nuper exploserunt Boeckhius in disput. de simultate, quae Platoni cum Xenophonte intercessisse fertur p. 8 sq. et Astius de Vita et Scriptis Platon. p. 317. conf. Plato ipse Protag. p. 347. C. D. et Antiphan. ap. Athen. X. p. 446. A. Plutarch. Sympos. Quaest. VII. 7.

ταῖς γυναιξὶ ταῖς ἔνδον] Cornel. Nep. Praefat. §. 7: Neque sedet (mulier) nisi in interiore parte aedium, quae gynaeconitis appellatur, ubi v. interptt.

P. 177. Φάναι δὴ πάντας] Tum vero omnes dixisse, et velle sese, et iubere ipsum, id proponere. Non opus verborum mutatione.

οὐ γὰρ ἐμὸς ὁ μῦθος] Lepide et festive hoc versu utitur, quem a Graecis usurpatum esse tanquam proverbium, quo dictorum invidiam a se averterent, docuimus ad Apolog. Socrat. p. 20. E., Quippe Phaedrum facit horum sermonum auctorem, hominem τὰ ἐρωτικὰ σοφώτατον.

τηλικούτῳ καὶ τοσούτῳ θ.] h. e. deo tam multorum bonorum auctori et tam potenti. Non enim placet Rückerti et Hommelii interpretatio: deo tam vetusto et magno. Arrian. Expeditt. Alexandr. I. 12, 6: τοσαῦτα ἢ τηλικαῦτα ἔργα κατὰ πλῆθος ἢ μέγεθος. Lucian. Somn. s. Vit. Lucian. 13: ἀφεὶς αὐτοὺς τηλικούτους καὶ τοιούτους ἄνδρας.

B σούτῳ θεῷ, μηδὲ ἕνα πώποτε τοσούτων γεγονότων ποιητῶν πεποιηκέναι μηδὲν ἐγκώμιον; εἰ δὲ βούλει αὖ σκέψασθαι τοὺς χρηστοὺς σοφιστάς, Ἡρακλέους μὲν καὶ ἄλλων ἐπαίνους καταλογάδην συγγράφειν, ὥςπερ ὁ βέλτιστος Πρόδικος· καὶ τοῦτο μὲν ἧττον καὶ θαυμαστόν, ἀλλ' ἔγωγε ἤδη τινὶ ἐνέτυχον βιβλίῳ ἀνδρὸς σοφοῦ, ἐν ᾧ ἐνῆσαν ἅλες ἔπαινον θαυμά-

pr. Bodl. παιᾶνας Vind. 1. 2. 7. Par. DK. Ambr. Vat. p. r. Ven. t. et schol. cum corr. Bodl. v. ad Remp. VI. p. 383. B. Ruhnk. ad Tim. p. 202.

B. ἧττον καὶ θαυμαστόν] καὶ om. Vind. 7. et Pal. Creuz., probantibus Bastio atque Thierschio, quos tamen frustra male habuit istud καὶ comparativo postpositum, v. commentar.

ἀνδρὸς σοφοῦ] Desunt haec in Bodl. Vat. A. Vind. 2. et

μηδὲ ἕνα] Cave idem esse putes quod μηδένα: significat enim neunum quidem, h, e. plane nullum, vide annot. ad p. 214. D. Deinde Valckenar. Diatrib. in Eurip. Reliq. p. 157. legi volebat μηδὲ ἐγκώμιον, Quo non opus est. Quum enim ἐγκώμιον sensu latiore ita dicatur, ut complectatur ὕμνους καὶ παιᾶνας, id quod docuerunt interprt. ad Thom. Mag. p. 561. et Ilgen. ad Scolia p. XXXVII., ne hoc quidem loco causa ulla est, cur angustiore significatione accipiendum putemus.

τοὺς χρηστοὺς σοφ.] Leni cum cavillatione hoc dictum est, ut mox ὁ βέλτιστος Πρόδικος.

Ἡρακλέους μὲν] Oratio ἀνακόλουθος. Sed effertur deinde alio modo quod menti loquentis obversabatur: nec vero laudes Amoris celebrasse, sed maluisse adeo in laudandis rebus tritis ac vulgaribus operam suam consumere.

καταλογάδην συγγράφειν] h. e. prosa oratione, ut saepe. Pendet hic infinitivus item ex οὐ δεινόν, quod etsi paullo remotius est, tamen in hac imitatione orationis Phaedri, studii et indignationis plenae, haud incommode intelligetur. Ficinus haec sic convertit: invenies sophistas Herculem laudasse, ut legisse videatur: εὑρήσεις Ἡρακλέους μὲν καὶ ἄλλων — συγγράφειν sc. αὐτούς. Respicit autem Plato ad nobilem illam Prodici de Hercule narrationem, quam habet Xenophon. Memor. II. 1, 21 sqq.

ὥσπερ ὁ β. Πρόδικος] Int. συγγέγραφεν. De usu nominativi v. ad Phaedon. p. 111. A.

τοῦτο μὲν ἧττον καὶ θαυμαστόν] atque id minus etiam mirum est quam hoc, quod iam in librum quendam incidi ctr. Iniuria Bastius atque Thierschius καὶ cum cod. Vind. et Vat. omittendum putarunt. Pertinet enim ad ἧττον, quod propter ponderis sui gravitatem praemissum est. Thucyd. VI. 1: ἢ μᾶλλον καὶ ἐπέθεντο. Xenoph. Cyrop. I. 6, 39. p. 104. ed. Bornem. ταῦτα γὰρ μᾶλλον καὶ ἐξαπατᾶν δύναται. Synesius De Provident. p. 15. ed. Krabing. ἀλλὰ τὰ μεγάλα δεῦρο μείζοσι καὶ φροιμίοις προσανα-

σιον ἔχοντες πρὸς ὠφέλειαν· καὶ ἄλλα τοιαῦτα συ- C
χνὰ ἴδοις ἂν ἐγκεκωμιασμένα. τὸ οὖν τοιούτων μὲν
πέρι πολλὴν σπουδὴν ποιήσασθαι, Ἔρωτα δὲ μηδένα
πω ἀνθρώπων τετολμηκέναι εἰς ταυτηνὶ τὴν ἡμέραν
ἀξίως ὑμνῆσαι! ἀλλ' οὕτως ἠμέληται τοσοῦτος θεός!
ταῦτα δή μοι δοκεῖ εὖ λέγειν Φαῖδρος. ἐγὼ οὖν
ἐπιθυμῶ ἅμα μὲν τούτῳ ἔρανον εἰσενέγκεῖν καὶ χα-

pr. Ven. Σ. Eiicienda censet Herm, qui ironiam iis expressam Socrati, non Phaedro convenire ait. Quasi vero non idem dicat χρηστοὺς σοφιστάς et ὁ βέλτιστος Πρόδικος.

C. τοιαῦτα συχνά] Hunc ordinem firmant Bodl. Coisl. Vat. Δ. Ven. Σ. Par. DK. Ang. u. w. Vat. n. p. r. Flor. a. b. c. i. Vett. editt. συχνὰ τοιαῦτα. Mox pro ἀξίως Bodl. Vat. Δ. Par. DK. Aug. w. Vat. p. prave ἀξιῶ.

δείκνυται. Plat. Legg. X. p. 904. D: διαφέροντα καὶ μετέβαλε τόπον. Parmen. p. 161, A: ἑτεροῖα καὶ εἴη ἄν. Sophist. p. 218. A: ἆρα τοίνυν οὕτω καὶ, καθάπερ εἶπε Σωκράτης, πᾶσι κεχαρισμένος ἴσει. Hinc lucem afferas Sophocli Antig. 280: παῦσαι, πρὶν ὀργῆς κάμὲ μεστῶσαι λέγων, ubi procul dubio cum Seidlero scribendum καί με, ut καὶ ad ὀργῆς referatur, hoc sensu: desinas, ne me ira etiam repleas, sicuti antea indignatione. Nam Hermanni quidem explicatio parum placet.

ἐν ᾧ ἐνῆσαν — ὠφέλειαν] quo continebantur salis laudes. Isocrat. Helen. Laudat. p. 304: τῶν μὲν γὰρ τοὺς βομβυλιοὺς καὶ τοὺς ἄλας καὶ τὰ τοιαῦτα βουληθέντων ἐπαινεῖν οὐδεὶς πώποτε λόγων ἠπόρησεν. Nimirum in huiusmodi argumentis tractandis versabatur sophistarum et rhetorum, posterioris imprimis aetatis, studium ac diligentia. Cicero Brut. §. 47: Singularum rerum laudationes vituperationesque conscripsit, quod iudicaret hoc oratoris esse proprium, rem augere posse laudando vituperandoque rursus affligere. Sed doctissime de hac re exposuerunt Wolf. Prolegomm. ad Demosthen. Leptin. p. XXXV. sqq. et Wyttenbach. ad Plut. Mor. Vol. 1. p. 385. sqq. ed. Lips.

C. τὸ οὖν τοιούτων —] Infinitivus cum articulo admirationem et indignationem loquentis indicat, v. ad Phaedon. p. 99. B: τὸ γὰρ μὴ διελέσθαι οἷόν τ' εἶναι! Itaque post ὑμνῆσαι posui signum exclamandi. Pro ἀλλ' οὕτως θεὸς legitima ratio exigebat ἠμελῆσθαι τοσοῦτον θεόν. Sed abrupte loquitur more indignantium. Miraris Wyttenbach. Bibl. Crit. Vol. 1. P. 1. p. 48. et Vol. III. Part. XII. p. 10. locum sanissimum coniectura tentantem. Ceterum τολμᾶν est h. l. sustinere, suscipere, v. Gataker in Advers. Misc. II. 9. Opuscul. Critt. p. 318.

ἔρανον εἰσενεγκεῖν] symbolam aliquam conferre, h. e. amici consilium adiuvare eique gratum facere. De formula ἔρανον εἰσενεγκεῖν eiusque usu laudant interpretes Casaubon. ad Theophrast. Char. c. XV.

ρίσασθαι, ἅμα δ' ἐν τῷ παρόντι πρέπον μοι δοκεῖ εἶναι ἡμῖν τοῖς παροῦσι κοσμῆσαι τὸν θεόν. εἰ οὖν
D ξυνδοκεῖ καὶ ὑμῖν, γένοιτ' ἂν ἡμῖν ἐν λόγοις ἱκανὴ διατριβή· δοκεῖ γάρ μοι χρῆναι ἕκαστον ἡμῶν λόγον εἰπεῖν ἔπαινον Ἔρωτος ἐπὶ δεξιὰ ὡς ἂν δύνηται κάλλιστον, ἄρχειν δὲ Φαῖδρον πρῶτον, ἐπειδὴ καὶ πρῶτος κατάκειται καὶ ἔστιν ἅμα πατὴρ τοῦ λόγου. Οὐδείς σοι, ὦ Ἐρυξίμαχε, φάναι τὸν Σωκράτη, ἐναντία ψηφιεῖται. οὔτε γὰρ ἄν που ἐγὼ ἀποφήσαιμι,
E ὃς οὐδέν φημι ἄλλο ἐπίστασθαι ἢ τὰ ἐρωτικά, οὔτε

E. *πᾶσα ἡ διατριβή*] Articulum praebuerunt Bodl. Vat. *A*. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Angel. w. Vat. p. *πάντες ἄρα ξυνέφασαν*] Wyttenbach. Bibl. Crit. I. p. 39.

κοσμῆσαι τ. θ.] h. e. laudibus ornare.

εἰ οὖν ξυνδοκεῖ — διατριβή] Haec in brevius contracta sunt. Nam plene debebat dici hoc modo: *εἰ οὖν ξυνδοκεῖ καὶ ὑμῖν, οὕτω ποιήσομεν· γένοιτο γὰρ ἂν ἡμῖν ἐν λόγοις ἱκανὴ διατριβή*. Ex qua interpretatione patet, qui fiat, ut post *εἰ ξυνδοκεῖ* inferatur optativus cum *ἄν* coniunctus. — *ἱκανὴ διατριβή*, h. e. satis larga in dicendo materia, qua otium consumamus, hinlängliche Unterhaltung. Non habet Latina lingua vocabulum, quo commode reddi possit Graecum *διατριβή*, quod de huiusmodi disputationibus et colloquiis amicorum frequentissime usurpari constat, v. Euthyphron. in. Apolog. Socr. p. 37. D. p. 41. A. Phaedon. p. 59. D. Politic. p. 285. C., ubi eadem verborum coniunctio: *περὶ πάσης τῆς ἐν τοῖς τοιοῖσδε λόγοις διατριβῆς*.

D. *ἐπὶ δεξιά*] a dextera in orbem. — *πατὴρ τοῦ λόγου*, h. e. auctor. Phaedr. p. 257. B: *Φαίδρός τε καὶ ἐγώ, Ἀνσίαν τὸν τοῦ λόγου πατέρα αἰτιώμενος*.

ὃς οὐδέν φημι ἄλλο ἐπίστασθαι] Profitebatur enim Socrates artem amatoriam, v. infra p. 212. B. Phaedr., p. 227. C. Lysid. p. 204. B. Xenoph. Mem. II. 6, 28. Symp. III. 3. Maxim. Tyr. XXIV. 4. Themist. Oratt. XIII. p. 161., quod quorsum pertineat in Prolegg. ad Charmidem et Phaedrum significavimus.

E. *οὐδὲ μὴν Ἀριστοφάνης*] Notabis *οὐδὲ μὴν* non sine gravitate post *οὔτε — οὔτε* illatum, v. ad Apolog. Socrat. c. IV. in. Etiam *οὔτε μὴν* ita post *οὔτε* inferri docuit Herbst. ad Xenoph. Symp. p. 17.

ᾧ περὶ Διόνυσον καὶ Ἀφροδίτην] Cum Baccho Aristophani res erat tanquam poetae comico. Erat enim huic deo res scenica sacra, v. Casaub. De poesi satyr. p. 9. ed. Rambach. Sed quid ei cum Venere intercesserit necessitudinis, de eo variae sunt hominum doctorum opiniones. Et Wolfius quidem suspicatur ad mores quosdam poetae respici, quos non accuratius cognitos habea-

που Ἀγάθων καὶ Παυσανίας, οὐδὲ μὴν Ἀριστοφάνης, ᾧ περὶ Διόνυσον καὶ Ἀφροδίτην πᾶσα ἡ διατριβή, οὐδὲ ἄλλος οὐδεὶς τουτωνὶ ὧν ἐγὼ ὁρῶ. καίτοι οὐκ ἐξ ἴσου γίγνεται ἡμῖν τοῖς ὑστάτοις κατακειμένοις· ἀλλ' ἐὰν οἱ πρόσθεν ἱκανῶς καὶ καλῶς εἴπωσιν, ἐξαρκέσει ἡμῖν. ἀλλὰ τύχῃ ἀγαθῇ καταρχέτω Φαῖδρος καὶ ἐγκωμιαζέτω τὸν Ἔρωτα.

Ταῦτα δὴ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἄρα ξυνέφασάν τε καὶ ἐκέλευον ἅπερ ὁ Σωκράτης. πάντων μὲν οὖν, 178
ἃ ἕκαστος εἶπεν, οὔτε πάνυ ὁ Ἀριστόδημος ἐμέμνητο

coni. *πάντες ἅμα ξυνέφ.* Sed v annot.

P. 178. *ἃ ἕκαστος εἶπεν*] Vett. editt. *ὅσα ἕκαστος εἶπεν*, praeter codicum fidem.

mus. Rückertus autem comoedias Aristophanis tanquam Veneris plenas significari censet. Posterior explicatio haudquaquam probanda. Simplicissimum est existimare Venerem quoque commemorari, quia ea cum Baccho fere solebat consociari et utrumque numen ad conviviorum hilaritatem valebat. Aristaen. I. Ep. 3: *καὶ οὕτω δὴ γέγονεν ἡμῖν ἀμφὶ Διόνυσόν τε καὶ Ἀφροδίτην ἡ πᾶσα διατριβή.* Lucian. Saturnal. §. 34: *οἳ πρῶτα μὲν οὐ κωφὸν καὶ ἄφωνον τὸ συμπόσιον ἐάσουσιν εἶναι, ἀλλ' ἐν μύθοις συμποτικοῖς καὶ σκώμμασιν ἀνεπαχθέσι καὶ φιλοφροσύναις συνέσονται, οἷαι ᾖδισται διατριβαί, φίλαι μὲν τῷ Διονύσῳ καὶ Ἀφροδίτῃ, φίλαι δὲ καὶ Χάρισιν.* Vide tamen Prolegg.

καίτοι οὐκ ἐξ ἴσου γ.] quanquam iniqua nobis conditio est. De hoc *καίτοι — ἀλλά — ἀλλά* v. ad Phaedon. p. 68. E.

τύχῃ ἀγαθῇ] v. ad Criton. p. 43. D.

Ταῦτα δὴ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἄρα ξυνέφ.] Non ausim hoc *ἄρα* cum Wyttenbachio in *ἅμα* mutare. Eandem voculae collocationem habes Sophist. p. 224. E: *ἔτι δὴ σκοπῶμεν, εἴ τινι τοιῷδε προσέοικεν ἄρα τὸ νῦν μεταδιωκόμενον γένος.* Legg. X. p. 906. B: *ψυχαὶ δή τινες ἐπὶ γῆς οἰκοῦσαι καὶ ἄδικον λῆμα κεκτημέναι δηλονότι θηριώδεις πρὸς τῶν νῦν φυλάκων ψυχὰς ἄρα κυνῶν κ. τ. λ.* De Rep. VIII. p. 547. B: *στάσεως, ἣν δ' ἐγώ, γενομένης εἰλκέτην ἄρα ἑκατέρω τὼ γένη.* Aristoph. Ecclesiaz. v. 91: *τί γὰρ ἂν χεῖρον ἀκροώμην ἄρα ξαίνουσα,* Ibid. v. 483. ed. Dind. al. Ceterum recte Reisigius Enarrat. Soph. Oed. Col. CCVIII. „ἄρα particula, quae ab ἄρω orta, multo latius patet, quam ad conclusiones faciendas tantummodo, atque omne id, quod aptum est, declarat.“ Hoc loco vocula significat propter ea, quae antea monita fuerint, factum esse, ut omnes consentirent.

P. 178. *οὔτε πάνυ ὁ Ἀριστόδημος —*] Caute haec interposuit, ne legentes in eam inciderent opinionem, ut has orationes revera habitas, non ab ipso cuiusque ingenio convenienter compositas esse putarent.

οὔτ᾽ αὖ ἐγὼ ἃ ἐκεῖνος ἔλεγε πάντα· ἃ δὲ μάλιστα καὶ ὧν ἔδοξέ μοι ἀξιομνημόνευτον [εἶναι], τούτων ὑμῖν ἐρῶ ἑκάστου τὸν λόγον.

Cap. VI. Πρῶτον μὲν γάρ, ὥςπερ λέγω, ἔφη Φαῖδρον, ἀρξάμενον ἐνθένδε ποθέν, λέγειν, ὅτι μέγας θεὸς εἴη ὁ Ἔρως καὶ θαυμαστὸς ἐν ἀνθρώποις τε καὶ θεοῖς, πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλῃ, οὐχ ἥκιστα δὲ
B κατὰ τὴν γένεσιν. Τὸ γὰρ ἐν τοῖς πρεσβύτατον εἶ-

ἀξιομνημόνευτον [εἶναι]] ἀξιομνημόνευτον Par. DK. Vat. p. Vatic. Creuzeri. In Bodl. Coisl. Vat. Δ. Par. EF. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. r s. Ven. t est ἀξιομνημόνευτον, quod verum. Vett. editt. habent ἀξιομνημονεύτων, sicuti in Bodl. superscriptum exstat. Id male defendit Hommel. Nam etsi genitivum cum ὧν coniungere liceat, tamen quum non ipsi oratores, sed tantummodo orationes vocari possint ἀξιομνημόνευτοι, eam lectionem vitiosam esse apparet. In Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Ang. w. εἶναι desideratur. Igitur uncis seclusi. Nam et recte abesse potest et optimorum librorum destituitur auctoritate.

B. ἐν τοῖς πρεσβύτατον εἶναι τῶν θεῶν] Vett. editt. πρεσβυτάτοις, quod e Bodl. Vat. Δ. Vind. 1. 2. 7, Par. DK. Ang. w. Vat. p. Stobaeo Eclogg. Phys. p. 154. mutatum. Pro τῶν θεῶν, quod tenemus, alii ex Par. DK. Ambr. Vat. r. p. Vind. 1. 7. Vat. Creuz. dederunt τὸν θεόν. Pro τίμιον ἢ δ᾽ ὅς Stobaeus l. c. τίμιον εἶδος. Inde Creuzerus ad Plotin. l. c. eleganti coniectura

ἃ δὲ μάλιστα — ἀξιομνημόνευτον εἶναι] Quod nunc reduximus tandem ἀξιομνημόνευτον, id mutatum ab iis est, qui structurae genus non cognitum haberent. Est vero ἃ ἀξιομνημόνευτον dictum ut ταῦτα ἀδύνατον, de qua loquendi forma v. Ast. ad Legg. p. 177., id quod recto iudicio perspexit Bernhardy Syntax. p. 336. Pergere Aristodemus poterat sic: καὶ ὧν ἔδοξέ μοι μάλιστα ἀξιομνημόνευτος ὁ λόγος; sed praemisso ἃ dixit potius ἀξιομνημόνευτον. Unde repetenda est structurae periodi insolentia.

Πρῶτον μὲν γάρ] Laudat Phaedrus Amorem a generis antiquitate et multis ex vetere historia propositis exemplis probat divinam eius et prorsus singularem esse vim in animis hominum ad omnem virtutem incitandis. Docet praeterea eos, qui Amori se prorsus dedideriint, maximis praemiis a diis esse affectos et ornatos. De forma huius orationis v. ad c. IV. B.

ἔφη — λέγειν] narrabat dixisse. v. p. 172. B.

B. ἐν τοῖς πρεσβύτατον εἶναι] Solet ἐν τοῖς superlativis addi, ut Latina longe, multo, imprimis, praecipue, omnium; sed num tali ellipsi, quali vulgo volunt, res explicanda sit, id quidem non immerito dubitavit Fr. A. Wolfius ad Reizii librum de Inclinat. Accent. p. 21. Nam solet ἐν τοῖς etiam nominibus feminini generis cum superlativo iunctis praemitti. Itaque sic statuendum videtur: principio quidem ἐν τοῖς dictum esse elliptice, ut intellfgeretur nomen

ναι τῶν θεῶν τίμιον, ἢ δ' ὅς, τεκμήριον δὲ τούτου· γονῆς γὰρ Ἔρωτος οὔτ' εἰσὶν οὔτε λέγονται ὑπ' οὐδενὸς οὔτε ἰδιώτου οὔτε ποιητοῦ· ἀλλ' Ἡσίοδος πρῶτον μὲν χάος φησὶ γενέσθαι,

αὐτὰρ ἔπειτα
γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί,
ἠδ' Ἔρος.

elicuit *τίμιον ὄνειδος*, comparans illud *καλὸν ὄνειδος*, *κάλλιστον ὄνειδος* et similia, de quibus v. Muret. Varr. Lectt. VI. 18. Valcken. ad Phoeniss. v. 828. Wackefield ad Soph. Phil. v. 476. Reisig. Enarrat. Oedip. Col. p. CIX. Bastius vero istud *ἢ δ' ὅς* delendum censebat. Et huic rationi nuper ipse Creuzerus accessit in Annal. Vindobb. l. c. p. 137 sq. *ἢ δ' ὅς* ortum putans e nota margini adscripta *ΗΔΟΣ*, i. e. *Ἡσιόδος*, qui statim allegetur. Habet tamen *ἢ δ' ὅς* aliquid defensionis ex eo, quod transitus fit ab obliqua oratione ad rectam, quodque nunc Phaedrus intelligitur, quum Apollodorus antea omnia retulerit ex mente Aristodemi. Neque offendit, quod formula in fine membri posita est; in qua re cur Bastius haeserit, equidem non video. Ad *τίμιον* intelligas *ἐστίν*, ut Euthydem. p. 304. B. Legg. v. p. 726. A. Symp. 209. D.

γονῆς γὰρ Ἔρωτος] Atticam formam servarunt Bodl. Coisl. Vat. *Δ*. t. Ang. Flor. a. w. et a pr. m. Par. F. Vett. editt. *γονεῖς*.

φησὶ γενέσθαι] Sic Coisl. Vat. *Δ*. Ven. *Ξ*. Vind. 2. Par. DK. Ambr. Ang. w. Vat. p. r. Ven. t. Vett. editt. *γενέσθαι φησί*.

adiectivum vel participium cum superlativo copulatum, cui additum esset *ἐν τοῖς*, sed usu paullatim factum esse, ut *ἐν τοῖς* simpliciter adderetur ad augendam vim superlativorum, neque amplius de ellipsi cogitaretur. cf. Viger. p. 787. et infra p. 178. C.

τεκμήριον δὲ τούτου· γονῆς γὰρ Ἔρωτος] De hac structura v. interptt. ad Xenoph. Sympos. IV. 17. Matth. Gr. §. 630. f. Buttmann. §. 138. IV. 6. Deinde *ἰδιώτης* est scriptor prosae orationis; opponitur enim *ποιητής*, ut Phaedr. p. 288. D. Nam est hoc vocabulum in numero eorum, quae pro varia oppositionis ratione variam habent vim et significationem. v. Hemsterhus. ad Lucian. Necyom. p. 484. Ruhnken. ad Longin. p. 410. ed. Weisk. Ceterum Cupidinis nullos esse parentes multi sane docuerunt: quanquam fuerunt etiam imprimis post Platonis aetatem, qui eum love et Venere aut aliis etiam parentibus natum dicerent. v. Valcken. Diatrib. p. 160 sq. et qui doctissime de hac re disputavit, Astius ad calcem Phaedri et Symposii in linguam German. conversi p. 273 sq.

ἀλλ' Ἡσίοδος] Theogon. v. 117 sq. Plutarchus Amat. p. 756. E: *Ἡσίοδος δὲ φυσικώτερον ἐμοὶ δοκεῖ ποιεῖν Ἔρωτα πάντων πρεσβύτατον, ἵνα πάντα δι' ἐκεῖνον μετάσχῃ γενέσεως.*

αὐτὰρ ἔπειτα —] Repentina transitio ab obliqua oratione ad ipsa Hesiodi verba, quae Phaedri ingenium non dedecet. Itaque nihil mutandum.

φησὶ μετὰ τὸ χάος δύο τούτω γενέσθαι, γῆν τε καὶ Ἔρωτα. Παρμενίδης δὲ τὴν Γένεσιν λέγει,

πρώτιστον μὲν Ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων.

φησὶ μετὰ τὸ χάος — μητίσατο πάντων] Stobaeus Eclogg. Phys. I. p. 154., ubi totum hunc locum exscripsit, haec verba: φησὶ μετὰ τὸ χάος — πάντων, omisit. Et pro glossemate ea habuit Heynius in Commentatt. Acad. Paris. Inscript. T. I. p. 377., qui ea suspicatus est ex Aristotel. Metaphys. I. 4. huc translata esse. Ita etiam Astius et Voegelin. Praef. ad Symp. ed. Tur. min. p. 4 sqq. de quibus v. infra. Asyndeton in verbis φησὶ μετὰ τὸ χάος Wolfius scribendo φησὶ δὴ μ. τ. χ., Heindorfius post Ἔρος inserendo ὅς amovere studuerunt. Hommelius coni.: ἀλλ' Ἡσίοδος πρῶτον μὲν χάος φησὶ γενέσθαι· αὐτὰρ

φησὶ μετὰ τὸ χάος — Ἔρωτα] Asyndeton ne mireris; sunt enim haec admonitionis gratia veluti διὰ μέσου addita.

φησὶ μετὰ τὸ χάος — πάντων] Haec verba Heynio aliisque suspecta visa esse in annotatione critica narravimus. Quanquam iis eiectis non video, qui deinde dici possit οὕτω πολλαχόθεν ὁμολογεῖται. Quippe ridiculum et ineptum paene esset, solo Hesiodi et Acusilai testimonio allato, ita pergi: tam multorum confirmatur consensione quod dicimus, Cupidinem esse deum longe antiquissimum. Tolerabilior certe haec oratio est servata Parmenidis mentione: quam cur Stobaeus, ubi hunc Platonis locum exscripsit, omiserit, ratio reddi potest satis idonea. Accedit quod Agatho in ea, quam recitat, oratione cap. XVIII. Phaedri hanc sententiam refutans non solum Hesiodi, sed etiam Parmenidis iniicit mentionem. Itaque ego in ea sum sententia, ut haec omnia servanda esse censeam. Mirum autem visum est, quod Parmenidis versiculus, quem habent etiam Sextus Empir. IX. 9. p. 550., ubi vid. Fabric., Stobaeus Eclogg. Phys. I. p. 274. ed. Heeren. et Plutarchus Amat. p. 756. E., ita affertur, ut, ad quodnam subiectum referendum sit verbum μητίσατο, primo certe aspectu in ambiguo relinquatur. Quod ego olim suspicatus eram, in verbis τὴν γένεσιν λέγει contineri subiecti significationem, id coniecit etiam Hermannus, qui teste Kochio meo Praefat. ad Additam. in Tim. Lex. p. XII sq. Γένεσιν, litera maiuscula initiali, scribendum censuit. Qua ratione probata omnia clara sunt et perspicua, quanquam γένεσιν non putamus necessario litera maiuscula scribendum esse, quod nec Karstenio De Parmen. Reliquiis p. 119 sq. nostram explicationem amplexanti visum est necessarium. Etenim quum vulgo Eros pro Ἀφροδίτης filio haberetur, Parmenides hanc sic interpretatus est, ut vim naturae generatricem intelligeret. A qua primum exilsse statuit coeundi appetitum, quem intellexit Amorem. Ex hac vero observatione perspicitur etiam, cur Parmenidis versiculus a multis sine subiecti mentione afferatur. Etenim quum antea τῆς γενέσεως facta esset commemoratio, non animadversum est veteres Graecos uno eodemque vocabulo saepenumero ita

Ἡσιόδῳ δὲ καὶ Ἀκουσίλεως ὁμολογεῖ. οὕτω πολλαχόθεν C
ὁμολογεῖται ὁ Ἔρως ἐν τοῖς πρεσβύτατος εἶναι.
Πρεσβύτατος δὲ ὢν μεγίστων ἀγαθῶν ἡμῖν αἴτιός

ἔπειτα, φησὶ, γαῖ' — ἠδ' Ἔρος. Ista autem: *Φησὶ μετὰ τὸ χάος — καὶ Ἔρωτα* eiicienda censet. Sed additamentum certe a Phaedri ingenio non abhorret. Denique C. Fr. Herm. ipse Hesiodi verba: *γαῖ' εὐρύστερνος — ἠδ' Ἔρος*, pro subditiciis habet. Ceterum pro vulg. *δύω* e Bodl. Coisl. Vat. *A*. Vind. 2. Par. DFK. aliis multis restitutum *δύο*.

C. *ἐν τοῖς πρεσβύτατος εἶναι*] V. *πρεσβυτάτοις*, quod e Bodl. Vat. *A*. Vind. 2. Ang. w. Vat. 1. Ven. t. mutatum. Proxima, *πρεσβύτατος δὲ ὤν*, Bastius spuria censebat; sine causa idonea.

uti consuevisse, ut et rem sive notionem abstractam significaret, et deorum vim naturamque complecteretur; cuius generis exempla infra consignavi ad p. 196. D. De Parmenide etiam Aristot. Metaph. I. 4: *καὶ γὰρ οὗτος (ὁ Παρμενίδης) κατασκευάζων τὴν τοῦ παντὸς γένεσιν, πρώτιστον μέν, φησὶν, Ἔρωτα θεῶν μητίσαιο πάντων*, quo loco item *γένεσιν* putamus ut apud Platonem dici. Pro *γενέσει* Plutarch. Amat. p. 756. F. vulgarem sequutus rationem posuit *Ἀφροδίτην*. Scripsit enim haec: *διὸ Παρμενίδης μὲν ἀποφαίνει τὸν Ἔρωτα τῶν Ἀφροδίτης ἔργων πρεσβύτατον, ἐν τῇ κοσμογραφίᾳ γράφων· πρώτιστον μὲν Ἔρωτα κ. τ. λ.*, quem locum debemus Brandisio Commentat. Eleatt. p. 127. Hinc lucem accipit Simplic. ad Aristot. Phys. p. 9. Parmenidem narrans habuisse *θεῶν αἰτίαν δαίμονα ἐν μέσῳ πάντων, ἣ πάντα κυβερνᾷ*. Ne vero mireris *γένεσιν* de vi genitrice dictum, ita iam Homer. Iliad. ξ 201: *Ὠκεανόν τε, θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν*, quo versu Plato utitur etiam Theaet. p. 152. D. E. 160. D. 179. E. et Cratyl. p. 402. B. Hinc Hesychius: *γένεσιν πατέρα ἢ μητέρα*. Ceterum post *τὴν Γένεσιν λέγει* ne quis *ὅτι* excidisse putet, quod certe Platonis loquendi consuetudo requirere videatur, eandem orationis formam habes Phaedon. p. 94. D: *οὐ λέγει τὸν Ὀδυσσέα στῆθος δὲ πλήξας κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ*, ubi v. ann. Nimirum hic quoque *τὴν γένεσιν λέγει* idem est quod *περὶ τῆς γενέσεως λέγει*. — De Acusilao disputavit Sturzius ad calcem libri de Pherecydis Fragmentis p. 215 sq. Ad hunc locum facit Clemens Alex. VI. p. 629. A: *τὰ Ἡσιόδου μετήλλαξαν εἰς πεζὸν λόγον καὶ ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν Εὐμηλός τε καὶ Ἀκουσίλαος*. Iactat igitur orator doctrinam suam.

C. *οὕτω πολλαχόθεν ὁμ.*] Pessime Hommelius: auf diese Weise wird von so vielen andern zugestanden etc. Nam ita scriptum esse oportebat: *οὕτω πολλαχόθεν ἄλλοθεν ὁμ.* Nunc orator testimoniorum allatorum vim rhetorice amplificans hoc dicit: adeo multis conceditur Amorem esse antiquissimum.

Πρεσβύτατος δὲ ὤν] Bastius Specim. crit. p. 15. quum participium causae indicium facere existimavisset, cur Amor etiam pro summorum auctore

ἐστιν. οὐ γὰρ ἔγωγ' ἔχω εἰπεῖν, ὅ τι μεῖζόν ἐστιν ἀγαθὸν εὐθὺς νέῳ ὄντι ἢ ἐραστὴς χρηστὸς καὶ ἐραστῇ παιδικά. ὃ γὰρ χρὴ ἀνθρώποις ἡγεῖσθαι παντὸς τοῦ βίου τοῖς μέλλουσι καλῶς βιώσεσθαι, τοῦτο οὔτε ξυγγένεια οἵα τε ἐμποιεῖν οὔτω καλῶς οὔτε τιμαὶ οὔτε πλοῦτος οὔτ' ἄλλο οὐδὲν ὡς ἔρως. λέγω δὲ δὴ τί τοῦτο; τὴν ἐπὶ μὲν τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνην, ἐπὶ δὲ τοῖς καλοῖς φιλοτιμίαν· οὐ γὰρ ἔστιν ἄνευ τούτων οὔτε πόλιν οὔτε ἰδιώτην μεγάλα καὶ καλὰ ἔργα ἐξεργάζεσθαι. φημὶ τοίνυν ἐγὼ ἄνδρα ὅστις ἐρᾷ,

οὔτε ξυγγενεια] Wyttenb. Epist. crit. p. 9. legendum censuit οὔτε εὐγένεια. Vat. A. habet συγκένεια.

οὕτω καλῶς] Par. K. Vat. p. οὔτε κάλλος. Unde Iacobsius in priore editione nostra elegantissime coniecit: οὕτω, οὔτε κάλλος οὔτε τιμαί κ. τ. λ. Idem proposuerat Reynders, qui tamen οὕτω ante ἐμποιεῖν sine librorum consensu inferciri volebat. Nec tamen in tanta praestantissimorum codicum consensione quidquam loco movendum duxi, praesertim quum pulcritudinis mentio ideo non sit necessaria, quia additur οὔτ' ἄλλο οὐδέν, imo etiam consulto omissa videatur, quia pulcritudo cum amore arctissima sane con-

bonorum habendus esset, legendum censuit: πρὸς δὲ τούτῳ τῶν μεγ. ἀγ. Sed recte iudicavit Astius esse hanc oratoriam quandam transitionem, quae argumentationis speciem prae se ferat more sophistarum studiose quaesitam.

καὶ ἐραστῇ παιδικά] sc. μέγα ἀγαθόν ἐστιν. Addit enim haec non amplius habens rationem inchoatae constructionis. Qua orationis conversione offensus Hommelius corrigendum censet: ἢ ἐραστὴς χρηστός, καὶ ἐραστῇ, ἢ παιδικά, verbis εὐθὺς νέῳ ὄντι post ὅ τι μεῖζόν ἐστιν ἀγαθὸν transpositis. Quae profecto nimia est corrigendi audacia.

ὃ γὰρ χρὴ ἀνθρ. κ. τ. λ.] h. e. ὃ γὰρ χρὴ τοῖς ἀνθρώποις ὥςπερ ἡγεμόνα εἶναι παντὸς τοῦ βίου.

τοῦτο οὔτε ξυγγένεια —] Intelligitur ξυγγένεια affinitas et cognatio hominum nobilium et honoratorum, quorum cogitatione quis ab humili ac turpi sentiendi agendique ratione deterreri queat. Apte contulit Astius de Rep. VI. p. 491. C: κάλλος καὶ πλοῦτος καὶ ἰσχὺς σώματος καὶ ξυγγένεια ἐρρωμένη ἐν πόλει καὶ πάντα τὰ τούτων οἰκεῖα.

D. λέγω δὲ δὴ τί τοῦτο;] De interrogationibus mediae orationi sic saepe apud Platonem interpositis v. ad Apolog. Socrat. p. 40. B. et ad Criton. p. 46. C. Menon. p. 97. E: πρὸς τί οὖν δὴ λέγω ταῦτα; πρὸς τὰς δόξας ἀληθεῖς κ. τ. λ. Gorg. p. 457. E: τοῦ δὴ ἕνεκα λέγω ταῦτα; ὅτι νῦν ἐμοὶ δοκεῖς κ. τ. λ. Plura dabit Heusdius Specim. crit. p. 87. Heindorf. ad Gorg. §. 18. ad Phaedr. p. 250. D. Ast. ad Legg. p. 29. Explicanda autem haec sunt hoc

εἴ τι αἰσχρὸν ποιῶν καταδηλος γίγνοιτο η πάσχων ὑπό του, δι' ἀνανδρίαν μὴ ἀμυνόμενος, οὔτ' ἂν ὑπὸ πατρὸς ὀφθέντα οὕτως ἀλγῆσαι οὔτε ὑπὸ ἑταίρων οὔτε ὑπ' ἄλλου οὐδενός, ὡς ὑπὸ παιδικῶν. ταὐτὸν δὲ τοῦτο καὶ τὸν ἐρώμενον ὁρῶμεν ὅτι διαφερόντως τοὺς ἐραστὰς αἰσχύνεται, ὅταν ὀφθῇ ἐν αἰσχρῷ τινι ὤν. εἰ οὖν μηχανή τις γένοιτο, ὥστε πόλιν γενέσθαι ἢ στρατόπεδον ἐραστῶν τε καὶ παιδικῶν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν ἄμεινον οἰκήσειαν τὴν ἑαυτῶν ἢ ἀπεχόμενοι πάντων τῶν αἰσχρῶν καὶ φιλοτι- E

tinetur cognatione, ut huic recte honores et opes opponantur, minus eleganter pulcritudo e regione collocetur.

D. *λέγω δὲ δή τί τοῦτο*] *δὲ* om. Par. DFK. Vat. p. Bastius malebat *δή τι τοῦτο*, ut est in Vind. 1. 2. 7. Par. K.; non opus mutatione.

ἔργα ἐξεργάζεσθαι] *ἐργάζεσθαι* Par. DK. Vat. p. et Creuz.

E. *ὡς ὑπὸ παιδικῶν*] Pro *ὡς* Par. DK. Vat. p. *ἤ*.

καὶ φιλοτιμούμενοι πρὸς ἀλλ.] Astius coni. *καὶ ἐπὶ τοῖς καλοῖς φιλοτ.*, uti in superioribus scriptum *ἐπὶ τοῖς καλοῖς φιλοτιμίαν*. Nec tamen hic opus est isto additamento.

modo: *τί δὲ δὴ τοῦτό ἐστιν, ὃ λέγω*;

πάσχων ὑπό του — μὴ ἀμυνόμενος] Nam viri fortis esse putabatur iniuriam acceptam ulcisci et punire, v. ad Criton. p. 49. C. huius edit. annotata.

E. *ταὐτὸν δὲ τοῦτο καὶ τ.*] In his *ταὐτὸν τοῦτο* absolute positum est. cf. Phileb. p. 37. D: *μῶν οὐκ ὀρθὴν μὲν δόξαν ἐροῦμεν, ἂν ὀρθότητα ἴσχῃ, ταὐτὸν δὲ ἡδονήν*; ubi *ταὐτὸν δέ* absolute accipiendum, pariterque voluptatem. Cratyl. p. 404. E: *ταὐτὸν δὲ καὶ περὶ τὸν Ἀπόλλω*. Protagor. p. 344. D: *καὶ γεωργὸν χαλεπὴ ὥρα ἐπελθοῦσα ἀμήχανον ἂν θείη καὶ ἰατρὸν ταὐτὰ ταῦτα*. Menon. p. 90. D: *οὐκοῦν καὶ περὶ αὐλήσεως καὶ τῶν ἄλλων ταὐτὰ ταῦτα πολλὴ ἄνοιά ἐστιν, βουλομένους κ τ. κ.* Politic. p. 308. E. De Rep. X. p. 605. B. VII. p. 535. D., ubi v. ann., Demosth. Midian. p. 526. extr. ed. Reisk. *Ἔπειθ' ὁ πληγεὶς ἐκεῖνος ὑπὸ τοῦ Πολυζήλου ταὐτὸ τοῦτο ἰδίᾳ διαλυσάμενος — οὐδ' εἰςήγαγε τὸν Πολύζηλον*. Loquendi genus cum alibi, tum hoc loco viros doctos fefellit. *Ἐν αἰσχρῷ τινι εἶναι* est in re turpi versari.

οἰκήσειαν τὴν ἑαυτῶν] Intell. *πόλιν*. Quanquam etiam voc. *στρατόπεδον* cogitatione iterandum est. Ceterum cave *οἰκεῖν* cum *οἰκίζειν* confundas, quod nupero huius libri interpreti accidisse video, aut *ἄμεινον* cum Hommelio delendum putes. Nam pro eo, quod sic poterat dici: optime eorum administrabitur civitas, sic potius loquitur: non erit qua ratione melius suam gerant rempublicam quam turpibus rebus omnibus abstinentes etc. repetita su-

179 μούμενοι πρὸς ἀλλήλους. καὶ μαχόμενοί γ' ἂν μετ' ἀλλήλων οἱ τοιοῦτοι νικῷεν ἂν ὀλίγοι ὄντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντας ἀνθρώπους. ἐρῶν γὰρ ἀνὴρ ὑπὸ παιδικῶν ὀφθῆναι ἢ λιπὼν τάξιν ἢ ὅπλα ἀποβαλὼν ἧττον ἂν δήπου δέξαιτο ἢ ὑπὸ πάντων τῶν ἄλλων, καὶ πρὸ τούτου τεθνάναι ἂν πολλάκις ἕλοιτο. καὶ μὴν ἐγκαταλιπεῖν γε τὰ παιδικὰ ἢ μὴ βοηθῆσαι κιν-

P. 179. *μετ' ἀλλήλων οἱ τοιοῦτοι*] Hunc ordinem et optimi et plurimi libri servarunt. Vett. editt. *οἱ τοιοῦτοι μετ' ἀλλήλων*.

καὶ πρὸ τούτου — ἕλοιτο] Multiplici ratione haec verba a viris doctis sollicitata sunt. Astius, quoniam ea quorsum referantur non habeant, aliquid addendum censuit. Alii ea cum sequentibus connecti voluerunt. Heusdius teste Ekkero in Specim. inaug. in Protagorae apud Platonem fabulam de Prometheo p. 113. et Init. philos. Plat. T. I. p. 109 sq. priore *καὶ* abiecto locum hunc in modum refingendum statuit: *ἐρῶν γὰρ ἀνὴρ ὑπὸ παι-*

periore sententia; quod post comparativum et *ἤ* ita fieri solere docebunt annot. ad Gorg. p. 500. C. coll. Matthiae Gr. p. 846. Itaque nec Rückerti probamus sententiam *ἤ* delendum putantis.

P. 179. *ὀλίγοι ὄντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντας ἀνθρ.*] h. e. propemodum omnes homines. Nam *ὡς ἔπος εἰπεῖν*, quod Hommelius perperam ad *ὀλίγους* refert, arcte connectendum cum *πάντας ἀνθρώπους*. Usum formulae ad Remp. I. p. 341. B. Phaed. 78. E. Gorg. p. 450. B. al. attigimus. De oratoria verborum oppositione cf. Menexen. p. 241. A: *κατὰ γῆν οἷοί τε ἀμύνεσθαι τοὺς βαρβάρους ὀλίγοι πολλούς*, ut alia taceamus. Ceterum scriptor in mente habere potuit *ἱερὸν λόχον* Thebanorum, de quo v. Perizon. ad Aelian. V. Hist. III. 9. et Davis. ad Maxim. Tyr. XXIV. 2. p. 587., si scriptum est Symposium Olymp. CII.

ἢ λιπὼν τάξιν ἢ ὅπλα ἀποβαλών] Nam *λειποταξία* turpissima habebatur. Lex Attica, cuius meminit Lysias Or. *κατὰ Φίλωνος δοκιμασίας*. T. V. p 887. ed. Reisk. et Demosthen. adv. Neaer. T. II. p. 1353. „*τὸν λιπόντα τὴν τάξιν ἀπέχεσθαι ἀγορᾶς μήτε στεφανοῦσθαι μήτ' εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ*.“ Nec minor erat infamia eorum, qui arma turpiter abiecissent: de qua re fuse disputavit Klotz. ad Tyrt. 1. 10. 27. cf. de Republ. V. p. 468 B. Legg. XII. p. 945. Aristot. de morib. V. 3. — *καὶ πρὸ τούτου*, sc. *πρὸ τοῦ ὀφθῆναι ὑπὸ παιδικῶν*. De formula loquendi *τεθνάναι πολλάκις* v. ad Apolog. Socr. c. XVII. p. 30. C.

καὶ μὴν ἐγκαταλιπεῖν γε — κινδυνεύοντι] Verissime Astius ad Translat. German. p 279. „Der Text ist unverderbt; *καὶ μὴν — γε* ist, wie weiter unten p. 202. B, *ja auch*, d. h. in diesem Zusammenhange, *vollends*, und die abgebrochene Rede, die mit einem allgemeinen Satze

δυνεύοντι οὐδεὶς οὕτω κακός, ὅντινα οὐκ ἂν αὐτὸς ὁ Ἔρως ἔνθεον ποιήσειε πρὸς ἀρετήν, ὥσθ' ὅμοιον εἶναι τῷ ἀρίστῳ φύσει. καὶ ἀτεχνῶς, ὃ ἔφη Ὅμηρος, μένος ἐμπνεῦσαι ἐνίοις τῶν ἡρώων τὸν θεόν, τοῦτο ὁ Ἔρως τοῖς ἐρῶσι παρέχει γιγνόμενον παρ' αὐτοῦ. B

Cap. VII. Καὶ μὴν ὑπεραποθνήσκειν γε μόνοι

δικῶν ἀφθῆναι ἢ λιπὼν τάξιν ἢ ὅπλα ἀποβαλὼν ἧττον ἂν δήπου δέξαιτο ἢ ὑπὸ πάντων τῶν ἄλλων· καὶ μὴν ἐγκαταλιπεῖν γε τὰ παιδικὰ ἢ μὴ βοηθῆσαι κινδυνεύοντι, πρὸ τούτου τεθνάναι ἂν πολλάκις ἕλοιτο. Verum librorum scripturam sanissimam esse et prorsus incorruptam nobis plane persuasum est. Ceterum Vat. n. κινδυνεύουσιν.

B. τοῦτο ὁ Ἔρως τοῖς ἐρῶσι] τοῦτο δὲ Ἔρως Ald. Bas. 1. et Flor. n. Frustra Orellius ad Isocrat. de antidos. p. 325. inserendum censuit πᾶσι.

endet (οὐδεὶς οὕτω κακός κ. τ. λ.), charakterisirt treffend den Phaedros als leidenschaftlichen Erotiker, den der Gedanke, dass der Liebhaber den Geliebten verlassen und ihm in der Gefahr nicht beistehen sollte, empört und fast ausser sich setzt.“ Minus recte Wolfius ad ἐγκαταλιπεῖν τὰ παιδικὰ e superioribus intelligendum censebat ἕλοιτ' ἄν. Nempe orator dicturus erat fere: οὐδεὶς οὕτω κακός, ὅστις οὐκ ἂν αἰσχιστον νομίζοι Sed dicendi fervore abreptus alia infert deinceps. — κινδυνεύοντι, sc. amasio. Nam τὰ παιδικὰ etiam hoc loco de uno amasio intelligendum est, unde recte subiicitur numerus singularis. Plura de hac re dixi ad Phaedrum p. 240. A. ὅντινα οὐκ ἂν αὐτὸς ὁ Ἔρως] Languere olim visum est istud αὐτὸς et mutandum in οὕτως, hoc sensu: Nemo adeo malus est, quem Amor non possit tanto incendere virtutis studio, ut vel optimo nihil cedat. Iacobsius tamen censet vi sua non carere αὐτός, si opposita existimes praecepta virtutis, leges, educationem et quae praeterea ad virtutem adducere possint. Aliter Rückertus vulgatum defendit, explicans: ipse Amor, i.e. hoc ipsum, quod amat, etiamsi sit alioquin ignavus. Cui Hommelius quoque assensus est. Fateor neutram explicationem mihi omni ex parte satisfacere. Ego enim locum sic intelligo: ipse Amor per se solus, sine illo pudoris et aemulationis sensu, antea memorato.

B. μένος ἐμπνεῦσαι] „Ut Iliad. X. v. 482: τῷ δ' (Diomedi) ἐμπνευσε μένος γλαυκῶπις Ἀθήνη. et XV. 262: ὣς εἰπὼν (Apollo) ἐμπνευσε μένος μέγα ποιμένι λαῶν (Hectori).“ Fischerus. Ceterum Orellius ad Isocrat. περὶ ἀντιδ. p. 325. propterea quod ἐνίοις praecedit, scribendum putabat τοῖς ἐρῶσι πᾶσι παρέχει. Sed quum τοῖς ἐρῶσι cum vi et gravitate

ἐθέλουσιν οἱ ἐρῶντες, οὐ μόνον ὅτι ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκες. τούτου δὲ καὶ ἡ Πελίου θυγάτηρ Ἄλκηστις ἱκανὴν μαρτυρίαν παρέχεται ὑπὲρ τοῦδε τοῦ λόγου εἰς τοὺς Ἕλληνας, ἐθελήσασα μόνη ὑπὲρ τοῦ αὐτῆς ἀνδρὸς ἀποθανεῖν, ὄντων αὐτῷ πατρός τε
C καὶ μητρός· οὓς ἐκείνη τοσοῦτον ὑπερεβάλετο τῇ φιλίᾳ διὰ τὸν ἔρωτα, ὥστε ἀποδεῖξαι αὐτοὺς ἀλλοτρί-

οὐ μόνον ὅτι ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκες] Articulum αἱ vulgo desideratum e Bodl. Vat. A. Ven. Ξ. Vind. 2. 7. Par. D K. Aug. w. Vat. p. cum Bekkero restituimus. Stephanus scribendum suspicabatur: οὐ μόνον οἱ ἄνδρες. Sed et οὐ μόνον ὅτι recte se habet, et articulus hic non incommode omittitur; ante γυναῖκες autem idem infertur propter oppositionis vim et gravitatem.

ὑπερ τοῦδε τοῦ λόγου] Haec verba tanquam glossema deleri voluerunt Wolfius et Astius, sed Winckelm. Praef. ad Plat. Diall. Spurios p. XI. ed. min. ὑπὲρ τοῦδε exterminari iubet. Et iam Stephanus istud ὑπὲρ τοῦδε expungendum, τοῦ λόγου autem post τούτου δὲ ponendum censuerat. Wyttenbach. ad Sel. Princip. Hist. p. 360. corr. παρέχεται τοῦ λόγου, i. e. τοῦ λελεγμένου. Heindorf. ad Protagor. p. 471. interpretatur: ut huic opponatur isti ἐνίοις τῶν ἡρώων, non opus esse putamus, ut πᾶσι addatur.

οὐ μόνον ὅτι ἄνδρες —] De οὐχ ὅτι, i. e. οὐ λέγω ὅτι, v. Schaefer. ad Lambert. Bos. Ellips. p. 775 sq. Matthiae §. 624. 3. c. Neque offendit μόνον in hac formula. Nam sententia haec est: οὐ λέγω μόνον ὅτι ἄνδρες (sc. τοῦτο ποιοῦσιν), ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκες. Xenoph. Mem. II. 9, 8: οὐχ ὅτι μόνος ὁ Κρίτων ἐν ἡσυχίᾳ ἦν, ἀλλὰ καὶ οἱ φίλοι αὐτοῦ. Alium locum comparavit Astius: Aristotel. Polit. VII. 11. p. 292. ed. Schneid. οὐχ ὅτι τείχη μόνον περιβλητέον, ἀλλὰ καὶ τούτων ἐπιμελητέον, ὅπως κ. τ. λ.

τούτου δὲ — ὑπὲρ τοῦδε τοῦ λόγου] τούτου referendum ad proxime praegressa, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας ἐθ. ὑπεραπ. Sed ὑπερ τοῦδε τοῦ λόγου pertinet ad omnem sententiam de amantibus expositam. Itaque Germanice dicas: Hiervon giebt des Pelias Tochter ein Zeugniss zu Gunsten meiner Behauptung.

Ἄλκηστις ἱκανὴν μ.] Seneca ad Helv. c. 17: nobilitatur carminibus omnium, quae se pro coniuge vicariam dedit. Res satis nota ex mythographis. Deinde verba εἰς τοὺς Ἕλληνας, quae vulgo perperam ad sequentia trahuntur, retulimus ad μαρτυρίαν παρέχεται. Neque vero εἰς pro ἐν dictum putari debet, sed proprie significat transitionem ad aliquem atque valet ad Graecos, coram Graecis. Menex. p. 239. A: πολλὰ δὴ καὶ καλὰ ἔργα ἀπεφήνατο εἰς πάντας ἀνθρώπους. Protagor. p. 312. A: σὺ δὲ — οὐκ ἂν αἰσχύνοιο εἰς τοὺς Ἕλληνας αὑτὸν σοφιστὴν παρέχων; ubi Heindorfius apte hunc locum compa-

ους ὄντας τῷ υἱεῖ καὶ ὀνόματι μόνον προσήκοντας. καὶ τοῦτ' ἐργασαμένη τὸ ἔργον οὕτω καλὸν ἔδοξεν ἐργάσασθαι οὐ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ θεοῖς, ὥστε πολλῶν πολλὰ καὶ καλὰ ἐργασαμένων εὐαριθμήτοις δή τισιν ἔδοσαν τοῦτο γέρας οἱ θεοί, ἐξ Ἅιδου ἀνελθεῖν πάλιν τὴν ψυχήν, ἀλλὰ τὴν ἐκείνης ἀνεῖσαν ἀγασθέντες τῷ ἔργῳ· οὕτω καὶ θεοὶ τὴν περὶ τὸν D

dicto fidem faciam. Bastius Spec. Crit. p. 106. verba *ὑπὲρ τοῦδε τοῦ λόγου* post *εἰς τοὺς Ἕλληνας* collocanda censet, ut *ὑπὲρ* sit *ἕνεκα*. Sed sinceram esse librorum scripturam docebit interpretatio nostra.

C. *καλὰ ἐργασαμένων*] V. *εἰργασμένων*, quod praeter Par. E. etiam Vat. *A*. tuetur.

ἔδοσαν τοῦτο γέρας] *τοῦτο τὸ γέρας* Par. DK. Vind. 7., sed v. ann.

ἀλλὰ τὴν ἐκείνης ἀν.] Sic Bodl. Coisl. Vat. *A*. Par. DE FK. Ambr. Aug. w. Vat. n. p. r. Ven. t. Vind. 1. 2. 7. Flor. a. b. c. i. Legebatur olim *ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ.*

ἀγασθέντες τῷ ἔργῳ] *τὸ ἔργον* Par. DK. Vat. p. Vind. 7. Darmst., v. ann.

ravit. Ibid. p. 349. A: *εἰς πάντας τοὺς Ἕλληνας (σαυτὸν) σοφιστὴν ἐπονομάσας*. Legg. p. 951. C. Gorg. p. 526. B: *ἑλλόγιμος γέγονε καὶ εἰς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας Ἀριστείδης*. Menexen. p. 239. A. Tim. p. 25. B. Eurip. Orest. 21: *ἐπίσημον εἰς Ἕλληνας*. — *ἐθελήσασα μόνη*. Eurip. Alcest. v. 15: *πάντας δ' ἐλέγξας καὶ διεξελθὼν φίλους, πατέρα γεραιὰν θ' ἥ σφ' ἔτικτε μητέρα, οὐχ εὗρε πλὴν γυναικός, ἥτις ἤθελε θανεῖν πρὸ κείνου*.

C. *ὥστε ἀποδεῖξαι αὐτοὺς ἀλλοτρίους*] ut ostenderet illos a filio esse alienos et nomine tantum cognatos, h. e. efficeret, ut illi viderentur tantum esse cognati, facta comparatione eius amoris, quem ipsa illi probavisset, et cognatorum, qui noluissent pro eo mori. Phaedon. p. 72. C: *τελευτῶντα λῆρον τὸν Ἐνδυμίωνα ἀποδείξειε καὶ οὐδαμοῦ ἂν φαίνοιτο*, ubi v. Wyttenbach. et quae ipsi nuper adiecimus.

εὐαριθμήτοις δή τισιν ἔδοσαν] facile numerabilibus, h. e. perpaucis. Apolog. Socrat. p. 40. E: *τὸν μέγαν βασιλέα εὐαριθμήτους ἂν εὑρεῖν*, ubi v. annot. De isto *δή τισιν* v. Politic. p. 306. B: *ὡς ἔστον κατὰ δή τινα τρόπον — ἔχοντε*. Legg. I. p. 630. B: *ἐκτὸς δή τινων*. De Republ. VI. p. 498. A. VII. p. 521. C. Phaedon. p. 108. C., ubi v. annot. Plura dabit Boissonad. ad Philostr. Her. p. 299. Hartung De Part. Graecis. T. I. p. 278. Deinde *τοῦτο* est subiectum, *γέρας* praedicatum, ut non necessarium sit scribere cum Wolfio *τοῦτο τὸ γέρας*, v. ad Apolog. Socr. p. 18. A. et p. 24. B. Pergere autem sic debebat orator: *τὴν δ' ἐκείνης ἀνεῖσαν ἀγασθέντες τῷ ἔργῳ*.

ἔρωτα σπουδήν τε καὶ ἀρετὴν μάλιστα τιμῶσιν. Ὀρφέα δὲ τὸν Οἰάγρου ἀτελῆ ἀπέπεμψαν ἐξ Ἅιδου, φάσμα δείξαντες τῆς γυναικὸς ἐφ' ἣν ἦκεν, αὐτὴν δὲ οὐ δόντες, ὅτι μαλθακίζεσθαι ἐδόκει ἅτε ὢν κιθαρῳδός, καὶ οὐ τολμᾶν ἕνεκα τοῦ ἔρωτος ἀποθνήσκειν, ὥσπερ Ἄλκηστις, ἀλλὰ διαμηχανᾶσθαι ζῶν εἰσιέναι εἰς Ἅιδου. τοιγάρτοι διὰ ταῦτα δίκην αὐτῷ ἐπέθε-

D. φάσμα δείξαντες] φάντασμα Coisl. Par. EF. Ambr. Ang. u. Vat. n r. s. Ven. t. Vind. 1. Flor. a. b. c. i. Darmst., quod ex interpretatione fluxit.

ἐφ' ἣν ἦκεν] Vett. editt. ἐφ' ἣν ἐκὼν ἦκεν. Sed ἐκὼν et languet mirifice et codicum plurimorum optimorumque auctoritate destitutum est.

ἀλλὰ διαμηχανᾶσθαι] διαμηχανάσασθαι Par. DK. Ambr. Ang. p. 1. Dein ζῶν ἰέναι Coisl. Ambr. Vat. n. r. Ang u. Darmst.

Sed gravius beneficii et honoris magnitudinem significaturus dicit ἀλλὰ τ. ἐκ. Nimirum pondus huic sententiae addunt verba ἀγασθέντες τῷ ἔργῳ, ut tota verborum comprehensio possit explicari sic: Hoc facinus eius diis adeo probatum est, ut quum non nisi paucis quibusdam ex inferis redire concesserint, huic non solum tribuerint hoc beneficium, sed cum admiratione tantae animi magnitudinis concesserint. Fallitur enim Hommel. ἀνιέναι legendum ratus; qua certe coniectura abstinuisset, si ordinem et collocationem verborum ἀγασθέντες τῷ ἔργῳ considerasset paullo diligentius. Ceterum Ruhnken. ad Tim. p. 9. verissime observavit hunc unum esse Platonis locum, in quo ἄγασθαι cum dativo casu constructum legatur. Nihil tamen mutandum, v. Xenoph. Cyrop. II. 4, 9. VI. 4, 9. al. coll. Pierson. ad Moer p. 1 sq. Matth. Gr. §. 390. Bernhardy Synt. 104.

D. Ὀρφέα δὲ τ. Οἰάγρ.] Etiam in hac narratione de Orpheo quaedam insunt a vulgari fabula discrepantia, quae Phaedrus aut ipse pro consilii sui ratione immutavit aut repetiit ab iis, qui rem ita memoriae tradiderant, ut facile omnia possent accommodari praesenti disputationi. — ἀτελῆ, i. e. re infecta, ἄπρακτον, οὐδὲν διαπράξαντα.

ἤσεις, καὶ ἐνενόησα τότε ἄρα καταγέλαστος ὤν, ἡνίκα ὑμῖν ὡμολόγουν ἐν τῷ μέρει μεθ' ὑμῶν ἐγκωμιάσεσθαι τὸν Ἔρωτα καὶ ἔφην εἶναι δεινὸς τὰ ἐρωτικά, D οὐδὲν εἰδὼς ἄρα τοῦ πράγματος, ὡς ἔδει ἐγκωμιάζειν ὁτιοῦν. ἐγὼ μὲν γὰρ ὑπ' ἀβελτερίας ᾠμην δεῖν τἀληθῆ λέγειν περὶ ἑκάστου τοῦ ἐγκωμιαζομένου, καὶ τοῦτο μὲν ὑπάρχειν, ἐξ αὐτῶν δὲ τούτων τὰ κάλλιστα ἐκλεγομένους ὡς εὐπρεπέστατα τιθέναι. καὶ πάνυ δὴ μέγα ἐφρόνουν ὡς εὖ ἐρῶν, ὡς εἰδὼς τὴν ἀλή-

cubi vel levia quaedam eius vestigia in bonis libris comparent, non statim eam revocandam censeant, codicum scilicet plurimorum ignava mancipia. Recte igitur p. 199. A. restitueris ἤδη et p. 217. C. ἐγχειρήκη; nam utroque loco veteris scripturae vestigia exstant; eodemque modo iudicandum est de Republ. I. p. 329. B. Euthydem. p. 271. C. D. Phaed. p. 63. E. Apolog. p. 31. D. p. 36. A. Men. p. 80. D. Euthyph. p. 14. C. Protagor. p. 335. D. aliis locis. Quocirca non possumus accedere iudicio Schneideri Praefat. ad Remp. p. XLII sqq., quod legentes expendant ipsi. Usus est hac forma etiam Aristophan., veluti Acharn. 10. et 323. Ecclesiaz. 32. Dignum est autem, quod memoretur, iudicium Dawesii in Miscellan. p. 427. ed. Kidd. statuentis sub Aristophanis senescentis aetatem hanc formam abiisse in desuetudinem, siquidem Anaxandrides apud Athenaeum XIV. p. 642. B. et Macho XIII. p. 580. C. ἤδειν eo loco positum habeant, ubi ἤδη in metrum peccaret.

D. ὑπ' ἀβελτερίας] Sic Bodl. Vat. *A*. Ang. w. V. ἀβελτηρίας. Dein vulgo erat τῶν ἐγκωμιαζομένων, quod mutatum e Bodl. Vat. *A*. Coisl. Par. D E F K. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. p. r. s. Vind. 1. 7. Flor. a. b. c. i. Perperam vero Hommel. τοῦ ante ἐγκωμ. delendum putat. Mox Bastius coni. καὶ τοῦτο πρῶτον vel μέγιστον μὲν ὑπάρχειν, sed v. comment.

τὸ τοῦ Ὁμήρου ἐπεπόνθη· ἐφοβούμην —] Apolog. Socrat. p 22. A: ἔπαθόν τι τοιοῦτον· οἱ μὲν μάλιστα εὐδοκιμοῦντες ἔδοξάν μοι — τοῦ πλείστου ἐνδεεῖς εἶναι, ubi v. annot. Respicitur autem ad locum Homeri Odyss. λ', 632., quo Ulysses veretur, ne Gorgus capite adspiciendo in lapidem mutetur, et similitudine nominum Gorgiae sophistae et Gorgus, terribilis illius monstri, facete luditur. Ita locum, temere a Cornario mutatum, bene intellexit Fischerus. conf. Euthydem. p. 298. A: ἦ οὐ σὲ ὁ αὐτὸς τὸς τῷ λίθῳ; Δέδοικα ἔγωγε — μὴ φανῶ ὑπὸ σοῦ ὁ αὐτός.

D. καὶ τοῦτο μὲν ὑπάρχειν] h. e. et hoc debere orationi subiectum esse argumentum. Nam verissime Schneider. ad Xenoph. Oecon. XXI. 11. „ὑπάρχειν dicuntur a Platone quaecunque fundamenti loco adesse debent, ubi quis quid exsequi voluerit.“ v. Menex 237. B. Tim. 30. C.

ὡς εἰδὼς τὴν ἀλήθειαν τοῦ ἐπαινεῖν] utpote veram tenens laudationis cuiuslibet naturam et rationem.

θειαν τοῦ ἐπαινεῖν ὁτιοῦν. τὸ δὲ ἄρα, ὡς ἔοικεν,
E οὐ τοῦτο ἦν τὸ καλῶς ἐπαινεῖν ὁτιοῦν, ἀλλὰ τὸ ὡς
μέγιστα ἀνατιθέναι τῷ πράγματι καὶ ὡς κάλλιστα,
ἐάν τε ἢ οὕτως ἔχοντα, ἐάν τε μή. εἰ δὲ ψευδῆ,
οὐδὲν ἄρ' ἦν πρᾶγμα. προυρρήθη γάρ, ὡς ἔοικεν,
ὅπως ἕκαστος ἡμῶν τὸν Ἔρωτα ἐγκωμιάζειν δόξει,
οὐχ ὅπως ἐγκωμιάσεται. διὰ ταῦτα δή, οἶμαι, πάντα
λόγον κινοῦντες ἀνατίθετε τῷ Ἔρωτι, καί φατε αὐ-
199 τὸν τοιοῦτόν τε εἶναι καὶ τοσούτων αἴτιον, ὅπως
ἂν φαίνηται ὡς κάλλιστος καὶ ἄριστος, δῆλον ὅτι
τοῖς μὴ γιγνώσκουσιν· οὐ γὰρ ἄν που τοῖς γε εἰδόσι.
καὶ καλῶς γ' ἔχει καὶ σεμνῶς ὁ ἔπαινος. ἀλλὰ γὰρ

τὸ δὲ ἄρα — οὐ τοῦτο ἦν] Bastius τοῦτο in τούτοις mutari volebat, sine idonea causa.

E. οὐδὲν ἄρ' ἦν πρᾶγμα] Coisl. τὸ πρᾶγμα, Sed οὐδὲν πρᾶγμα significat non molestum est. Dein vett. edītt. προυρρήθη, qui error vel sine codicibus tolli debuerat.

ἐγκωμιάζειν δόξει] Sic edidit Stephanus. Sed libri omnes δόξῃ, quod quomodo defendi possit, alii viderint, ego non video.

P. 199. οὐ γὰρ ἄν που τοῖς γε εἰδ.] ἂν Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ang. w. Vat. p. omittunt, non sine applausu Turicensium. Videlicet extruserunt illud qui φαίνοιτο optativum intelligendum relinqui vel non viderent vel moleste ferrent. Novo igitur hic locus argumento est vel optimos codices manum grammaticorum emendatricem expertos esse, ut iis non sine cautione fides habenda sit.

οὐκ ἤδη ἄρα] Sic Bodl. Vat. Δ. Ang. u. w. et corr. Coisl. Vulgo erat ἤδειν. Pro ἄρα quod in Bodl. Vat. Δ. Vind. 1. 2. 7. Par.

τὸ δὲ ἄρα — οὐ τοῦτο ἦν] De isto τὸ δέ v. ad Apolog. Socrat. p. 23. A. et de ἄρ' ἦν, quo Socrates, sapientiae suae dissimulator, significat hanc opinionem praeter exspectationem falso ac temere ab ipso susceptam esse, ad Phaedon. c. XIII. in. De Rep. II. p. 357. A. VII. p. 527. al. Infra p. 199. A: ἀλλὰ γὰρ ἐγὼ οὐκ ἤδη ἄρα τὸν τρόπον τοῦ ἐπαίνου. Ceterum hoc Socratis iudicium egregie convenit cum illis Menex. p. 234. C: οἱ (oratores funebres) οὕτω καλῶς ἐπαινοῦσιν, ὥστε καὶ τὰ προσόντα καὶ τὰ μὴ περὶ ἑκάστου λέγοντες, κάλλιστά πως τοῖς ὀνόμασι ποικίλλοντες γοητεύουσιν ἡμῶν τὰς ψυχάς.

E. προυρρήθη γάρ — ἐγκωμιάσεται] Haec dicta sunt cum acerba irrisione, cuius vim auget etiam urbanum istud ac modestum ὡς ἔοικεν.

πάντα λόγον κινοῦντες] Dictionem κινεῖν et ἐγείρειν λόγον exemplis illustrarunt Wyttenbach. ad Plutarch. de Ser. Num. Vind. p. 83. et Heusd. Specim. Crit. p. 110 sqq.

P. 199. οὐ γὰρ ἄν που τοῖς γε εἰδόσι] Intellige φαί-

ἐγὼ οὐκ ἤδη ἄρα τὸν τρόπον τοῦ ἐπαίνου, οὐδ' εἰδὼς ὑμῖν ὡμολόγησα καὶ αὐτὸς ἐν τῷ μέρει ἐπαινέσεσθαι. ἡ γλῶττα οὖν ὑπέσχετο, ἡ δὲ φρὴν οὔ. χαίρέτω δή. οὐ γὰρ ἔτι ἐγκωμιάζω τοῦτον τὸν τρόπον· οὐ γὰρ ἂν δυναίμην, οὐ μέντοι· ἀλλὰ τά γε ἀληθῆ, εἰ βούλεσθε, ἐθέλω εἰπεῖν κατ' ἐμαυτόν, οὐ B *πρὸς τοὺς ὑμετέρους λόγους, ἵνα μὴ γέλωτα ὄφλω. ὅρα οὖν, ὦ Φαῖδρε, εἴ τι καὶ τοιούτου λόγου δέει, περὶ Ἔρωτος τἀληθῆ λεγόμενα ἀκούειν, ὀνόμασι δὲ καὶ θέσει ῥημάτων τοιαύτῃ, ὁποία δ' ἂν τις τύχῃ ἐπελθοῦσα. Τὸν οὖν Φαῖδρον ἔφη καὶ τοὺς ἄλλους κελεύειν λέγειν, ὅπῃ αὐτὸς οἴοιτο δεῖν εἰπεῖν, ταύτῃ.*

DK. Ang. w. Vat. p. r. desideratur, et omissum item in Turic. est, Flor. b. i. Ang. u. Vat. n. habent ἔτι. Sed habet ἄρα plus elegantiae et urbanitatis, quam ut criticis deberi videatur.

B. εἴ τι καὶ τ. λ. δέει] V. δέῃ. Par. K. δέοι. Mox Vind. 1. ὀνομάσει δὲ καὶ θέσει, quod non debebant probare Bastius l. c. et Schaeferus ad Dionys. de Compos. verbor. p. 28.

ὁποία δ' ἄν τις τύχῃ ἐπ.] V. τύχοι, praeter fidem codicum fere omnium. Praeterea codd. omnes praeter Vat. s. et Flor. n. ὁποία δ' ἄν τις, probante Astio. Vett. editt. cum Vat. s. Flor. n. ὁποία τις, omisso δ'. Posterioria aetatis scriptoribus hunc usum vindicat Bastius Epist. crit. p. 219. ed. Lips. Sed dubitare licet, an etiam Platonis aetate δέ relativis ita adiunctum sit. Certe exempla rei a Bernhardyo Syntax. p. 483. allata alius generis sunt. Nihilominus servandam duximus librorum lectionem, in qua fortasse ὁποία δή latere iam olim suspicati sumus. Quamquam id nollem ab Hermanno continuo in Platonis orationem invectum esset. Causa certe adhuc est controversa.

νοιτο. De particulis οὐ γὰρ ἄν που — γε v. ad Apolog. Socrat. cap. V. in. coll. supra p. 182. A.

ἡ γλῶττα οὖν ὑπέσχετο] Respicit ad nobilissimum versum Euripidis Hippolyt. 612: ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. Cicero de Offic. III. 29: iuravi lingua, mentem iniuratam gero. Mox de vulgari οὐ μέντοι ἀλλὰ v. Viger. p. 464. Sed melius visum est post οὐ μέντοι denuo inferre interpunctionem, ut sit anadiplosis. Hipp. Mai. p. 292. B: οὔ μοι δοκεῖ, ὦ Ἱππία, οὕτω, εἰ ταῦτά γε ἀποκρινοῖμην. Odyss. γ', 27: οὐ γὰρ οὕτω, οὔ, σὲ θεῶν ἀέκητι γενέσθαι. Aristoph. Nub. 1067: εἴληφε — ἀλλ' οὐ μὰ Δί', οὔ, μάχαιραν. Rann. 28. 1308. al. Mox οὐ πρὸς τοὺς ὑμ. λόγους est: non ut contendam cum vestris orationibus.

B. τἀληθῆ λεγόμενα ἀκούειν] Addita haec sunt ἐπεξηγήσεως χάριν paullo liberiore orationis conformatione. Pendent autem e verbo δέει. Proxima sic intelligas: ὀνόμασι δὲ τοιούτοις καὶ θέσει ῥημάτων τοιαύτῃ. Mox quod legimus ἀνο-

Ἔτι τοίνυν, φάναι, ὦ Φαῖδρε, πάρες μοι Ἀγάθωνα σμίκρ' ἄττα ἐρέσθαι, ἵνα ἀνομολογησάμενος παρ' C αὐτοῦ οὕτως ἤδη λέγω. Ἀλλὰ παρίημι, φάναι τὸν Φαῖδρον· ἀλλ' ἐρώτα. Μετὰ ταῦτα δὴ τὸν Σωκράτη ἔφη ἐνθένδε ποθὲν ἄρξασθαι.

Cap. XXI. Καὶ μήν, ὦ φίλε Ἀγάθων, καλῶς μοι ἔδοξας καθηγήσασθαι τοῦ λόγου, λέγων, ὅτι πρῶτον μὲν δέοι αὐτὸν ἐπιδεῖξαι, ὁποῖός τίς ἐστιν ὁ Ἔρως, ὕστερον δὲ τὰ ἔργα αὐτοῦ· ταύτην τὴν ἀρχὴν πάνυ ἄγαμαι. Ἴθι οὖν μοι περὶ Ἔρωτος, ἐπειδὴ καὶ D τἄλλα καλῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς διῆλθες οἷός ἐστι, καὶ τόδε εἰπέ· πότερόν ἐστι τοιοῦτος, οἷος εἶναι τινός ὁ Ἔρως ἔρως, ἢ οὐδενός; ἐρωτῶ δ' οὐχ, εἰ μητρός τινος ἢ πατρός ἐστι — γελοῖον γὰρ ἂν εἴη τὸ ἐρώτημα, εἰ Ἔρως ἐστὶν ἔρως μητρὸς ἢ πατρός — ἀλλ'

σμίκρ' ἄττα ἐρέσθαι] V. μίκρ' ἄττα, quod unus fere Par. E. tenet. Dein Vat. n. ἀναλογισάμενος. Flor. b. i. ἀναλογησάμενος.

D. εἶναι τινὸς ὁ Ἔρως ἔρως] V. ἔρως ὁ ἔρως. Coisl. Paris. DEFK. Ang. u. Vat. n. p. s. Flor. b. c. ὁ ἔρως, altero ἔρως neglecto. Bodl. Vat. Δ. Ambr. Ang. w. Vat. r. Vind. 1. 2. ὁ ἔρως ἔρως, quod etiam altera lectione confirmatur, qua ἔρως omissum est.

μητρὸς ἢ πατρός] Hunc ordinem tuentur Bodl. Coisl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ambr. Ang. w. Vat. p. r. Vulgo erat πατρὸς ἢ μητρός.

E. Ὁμολογῆσαι καὶ τοῦτο] ὁμολογεῖσθαι Bodl. Vat. Δ. Coisl. Ven. Ξ. Vind. 1. 2. 7. Par. EF. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. r. s. Flor.

μολογησάμενος παρ' αὐτοῦ, alia huius loquutionis exempla consignavimus ad Gorg. p. 489. A.

C. καθηγήσασθαι τοῦ λόγου] Eadem verbi constructio est Lachet. p. 182. C. Epist. II. p. 312. C.

D. οἷός εἶναι τινὸς ὁ Ἔρως] Similis argumentatio est Lysid. p. 221. D sqq., quam contulisse iuvabit. Ostendit autem Socrates deinceps Amorem semper ad aliquid referri, neque in se absolutum esse ac semet ipso contentum. Quod ubi Agatho concessit, ille porro argumentatur Amorem iis, ad quae referatur, carere. Iam vero Agatho ipse quum antea Amorem tanquam pulcherrimum laudavisset, Socrates porro acutis conclusiunculis efficit, ut Amor existimandus sit ad pulcrum referri ideoque eo carere. Pulcrum autem et bonum quum arctissima necessitudine coniuncta sint, Amorem etiam bono carere intelligitur. Quibus ita disputatis, deinde inde a c. 22. Diotima docet quaenam vis et natura Amoris sit.

εἰ αὐτὸ τοῦτο — ἠρώτων. — εἶπες ἂν δήπου] De aoristo verborum loquendi, respondendi, quaerendi in sententia conditionali sic cum

ὥςπερ ἂν εἰ αὐτὸ τοῦτο, πατέρα, ἠρώτων, ἆρα ὁ πατήρ ἐστι πατήρ τινος, ἢ οὔ; εἶπες ἂν δήπου μοι, εἰ ἐβούλου καλῶς ἀποκρίνασθαι, ὅτι ἔστιν υἱός γε ἢ θυγατρὸς ὁ πατὴρ πατήρ· ἢ οὔ; Πάνυ γε, φάναι τὸν Ἀγάθωνα. Οὐκοῦν καὶ ἡ μήτηρ ὡςαύτως; Ὁμο- E
λογῆσαι καὶ τοῦτο. Ἔτι τοίνυν, εἰπεῖν τὸν Σωκράτη, ἀπόκριναι ὀλίγῳ πλείω, ἵνα μᾶλλον καταμάθῃς ὃ βούλομαι. εἰ γὰρ ἐροίμην, Τί δέ; ἀδελφός, αὐτὸ τοῦτο ὅπερ ἔστιν, ἔστι τινὸς ἀδελφός, ἢ οὔ; — Φάναι εἶναι. Οὐκοῦν ἀδελφοῦ ἢ ἀδελφῆς; Ὁμολογεῖν. Πειρῶ δή, φάναι, καὶ τὸν Ἔρωτα εἰπεῖν. ὁ Ἔρως ἔρως ἐστὶν οὐδενὸς ἢ τινός; Πάνυ μὲν οὖν ἔστιν. 200
Τοῦτο μὲν τοίνυν, εἰπεῖν τὸν Σωκράτη, φύλαξον παρὰ σαυτῷ μεμνημένος ὅτου· τοσόνδε δὲ εἰπέ, πότερον ὁ Ἔρως ἐκείνου, οὗ ἔστιν ἔρως, ἐπιθυμεῖ αὐτοῦ,

a. b. c l. ὁμολογεῖσθε Par. D. ὡμολογείσθω Par. k. et pr. Vat. p. Et recepit Rückertus ὁμολογεῖσθαι, quem ita secutus est Hommelius, ut tamen de scripturae veritate dubitaret. Enimvero passivum verbum hic quidem vix habet locum. Quocirca nisi ὁμολογεῖν καὶ τοῦτο scribendum, certe ὁμολογῆσαι retineri debet. Coniecturam nostram recepit Hermannus, nobis ipsis ille audacior.

ὀλίγῳ πλείω] Sic Bodl. Vat. A. Coisl. Ven. Ξ. Ven. 2. Par. DK. Vat. p. Legebatur ὀλίγα. Paullo post Bas. 2. Bodl. Vat. A. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. ϽK. Ambr. Ang. w. Vat. p. r. pro τί δαί recte τί δέ; Additur enim superioribus fratris mentio, nec animi aliqua commotio vel affectus proditur.

imperfecto consociato v. Euthyphron. p. 12. D: εἰ μὲν οὖν σύ με ἠρώτας — εἶπον ἂν ὅτι κ. τ. λ., ubi plurima exempla huius structurae comparavimus. Videlicet imperfectum indicat id, quod nunc fieret, si fieret: aoristus autem significat rem ita esse comparatam, ut e vestigio posset perfici et absolvi. — αὐτὸ τοῦτο, πατέρα, h. e. πατέρα, αὐτὸ τοῦτο ὅπερ ἔστιν, ut mox loquitur. Vult autem cogitari de patris notione, qualem mente informatam habemus.

E. Οὐκοῦν καὶ ἡ μήτηρ ὡςαύτως;] i. e. οὐκοῦν καὶ ἡ μήτηρ ὡςαύτως ἐστὶ υἱός γε ἢ θυγατρὸς μήτηρ;

εἰ γὰρ ἐροίμην — ἢ ἀδελφῆς;] Omissa est apodosis, quod post sententias conditionem aliquam indicantes apud optimos quosque scriptores non raro fieri solet, minimum autem habet offensionis in familiari colloquio. Prorsus sic infra p. 204. D. c. XXIV. init., ubi post εἰ δέ τις ἡμᾶς ἔροιτο — τῶν καλῶν τί ἐρᾷ; intelligas: τί ἂν φαίης; Protag. p. 311. E. Crat. p. 392. C. Phaedr. p. 268. B. v. Gregor. Corinth. p. 47 sqq. Lamb. Bos. de Ellips. p. 803. intpp. ad Aristoph. Plut. v. 468. Intelligere possis: φαίης ἄν, ἢ οὔ;

P. 200. ἐπιθυμεῖ αὐτοῦ;] Vid. annot. ad p. 195. A.

ἢ οὔ; Πάνυ γε, φάναι. Πότερον ἔχων αὐτό, οὖ ἐπιθυμεῖ τε καὶ ἐρᾷ, εἶτα ἐπιθυμεῖ τε καὶ ἐρᾷ, ἢ οὐκ ἔχων; Οὐκ ἔχων, ὡς τὸ εἰκός γε, φάναι. Σκόπει δή, εἰπεῖν τὸν Σωκράτη, ἀντὶ τοῦ εἰκότος εἰ ἀνάγκη οὕτως, τὸ ἐπιθυμοῦν ἐπιθυμεῖν οὗ ἐνδεές ἐστιν, ἢ μὴ ἐπιθυμεῖν, ἐὰν μὴ ἐνδεὲς ᾖ. ἐμοὶ μὲν
B γὰρ θαυμαστῶς δοκεῖ, ὦ Ἀγάθων, ὡς ἀνάγκη εἶναι. σοὶ δὲ πῶς; Κἀμοί, φάναι, δοκεῖ. Καλῶς λέγεις. ἆρ' οὖν βούλοιτ' ἄν τις μέγας ὢν μέγας εἶναι, ἢ ἰσχυρὸς ὢν ἰσχυρός; Ἀδύνατον ἐκ τῶν ὡμολογημένων. Οὐ γάρ που ἐνδεὴς ἂν εἴη τούτων ὅ γε ὤν. Ἀληθῆ λέγεις. Εἰ γὰρ καὶ ἰσχυρὸς ὢν βούλοιτο ἰσχυρὸς εἶναι, φάναι τὸν Σωκράτη, καὶ ταχὺς ὢν ταχύς, καὶ ὑγιὴς ὢν, ὑγιής, — ἴσως γὰρ ἄν τις ταῦτα οἰηθείη καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα τοὺς ὄντας τε τοιούτους καὶ

P. 200. B. ἐκ τῶν ὡμολογημένων] Sic Bodl. Vat. Δ. Coisl. Ven. Ξ. Vind. 1. 2. Par. DK. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. p. r. Flor. a. b. c. i. et ed. Bas. 2. Legebatur ὁμολογουμένων.

ταῦτα οἰηθείη] V. ταυτί, quod e Vat. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ang. w. Vat. p. mutatum.

C. τούτοις γάρ, ὦ Ἀγ.] Sic Bodl. Vat. Δ. Vind. 2. Par. DK. pro vulg. τούτους, quod alteri et propter librorum auctoritatem et quia dativus in accusativum facile mutari potuit, contrarium fieri non potuit, haud dubie anteponendum est. Frustra Rückertus tuetur accusativum. Dein ἕκαστα pro ἕκαστον praebuerunt Coisl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ambr. Ang. w. Vat. p. r., quod restituit Bekkerus.

B. θαυμαστῶς—ὡς ἀνάγκη εἶναι] Ne quis miretur ὡς tanto intervallo ab θαυμαστῶς remotum, alia huius generis exempla notavimus ad Phaedon. p. 95 A.

Εἰ γὰρ καὶ ἰσχυρὸς ὢν β.] Rursus deest apodosis. Volebat addere fere haec: ἐπιθυμοίη ἄν οὕτως ὢν ἤδη ἔχει, καὶ βούλοιτ' ἂν ἃ ἐν τῷ παρόντι κέκτηται καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον κεκτῆσθαι. Quum autem interiecta parenthesis animum a sententia paullulum avocaverit, deinceps ita rem explicare pergit, ut nullam amplius rationem habeat structurae verborum antea inchoatae. conf. Apol. p. 29. C.

C. καὶ τούτου γε δήπου] Notandum δήπου in interrogatione positum. Nimirum sententia verborum haec est: οὐ γὰρ δήπου τούτου γέ τις ἐπιθυμήσειεν, ut voculae vis et significatio nemini obscura esse possit. Eundem usum notavimus ad Remp. IV. p. 439. A. Ceterum antea ad ἐν τῷ παρόντι ἀνάγκη intelligas ἐστί, quae verbi omissio post ἀνάγκη longe est frequentissima.

D. ἄλλο τι ὁμολογοῖ ἄν;]

ἔχοντας ταῦτα τούτων, ἅπερ ἔχουσι, καὶ ἐπιθυμεῖν. C
ἵν' οὖν μὴ ἐξαπατηθῶμεν, τούτου ἕνεκα λέγω. τού-
τοις γάρ, ὦ Ἀγάθων, εἰ ἐννοεῖς, ἔχειν μὲν ἕκαστα
τούτων ἐν τῷ παρόντι ἀνάγκη, ἃ ἔχουσιν, ἐάν τε
βούλωνται ἐάν τε μή, καὶ τούτου γε δήπου τίς ἂν
ἐπιθυμήσειεν; ἀλλ' ὅταν τις λέγῃ, ὅτι Ἐγὼ ὑγιαίνων
βούλομαι καὶ ὑγιαίνειν, καὶ πλουτῶν βούλομαι καὶ
πλουτεῖν, καὶ ἐπιθυμῶ αὐτῶν τούτων, ἃ ἔχω, εἴποι-
μεν ἂν αὐτῷ, ὅτι Σύ, ὦ ἄνθρωπε, πλοῦτον κεκτη- D
μένος καὶ ὑγίειαν καὶ ἰσχὺν βούλει καὶ εἰς τὸν ἔπειτα
χρόνον ταῦτα κεκτῆσθαι, ἐπεὶ ἐν τῷ γε νῦν παρόντι,
εἴτε βούλει εἴτε μή, ἔχεις. σκόπει οὖν, ὅταν τοῦτο λέ-
γῃς, ὅτι Ἐπιθυμῶ τῶν παρόντων, εἰ ἄλλο τι λέγεις
ἢ τόδε, ὅτι Βούλομαι τὰ νῦν παρόντα καὶ εἰς τὸν
ἔπειτα χρόνον παρεῖναι. ἄλλο τι ὁμολογοῖ ἄν; Συμ-

βούλομαι καὶ ὑγιαίνειν] Adieci καὶ e Bodl. Vat. *A.* (quem Bastius narrat ita scriptum habere) Par. DK. Vind. 1. 7. Ambr. Ang. u. w. Flor. a. b. c. i. Vat. n. p. r. Indidem etiam ante πλουτεῖν inserui. Nam vulgo ab utroque loco abest. Errat autem Rückertus voculam ab ipsa sententia putans alienam esse. Gravissime enim significat eorum perversitatem, qui, quum prospera corporis valetudine et divitiarum copia fruantur, tamen eadem bona insuper sibi expetant.

D. ταῦτα κεκτῆσθαι] ταῦτα om. Par. EF. Vat. s. ἐν γε τῷ νῦν Par. DK. ἔχῃς Bodl.

ἄλλο τι ὁμολογοῖ ἄν] ὁμολογοῖ' cum Steph. habent Par. K. Ambr. Ang. w. Vat. r. s. ὁμολογοῖτ' ἄν Ald. Bas. 1. 2. Flor. u. ἄλλο τι ἢ ὁμ. pr. Coisl.

Nicht wahr, das würde er zugeben? Sic ἄλλο τι etiam mox p. 200. E. 201. A. et innumeris aliis locis positum. Solent enim Graeci cum alacritate interrogantes ἄλλο τι dicere pro pleniore ἄλλο τι ἢ vel ἄλλο τι ἢ ὅτι. v. Hermann. ad Viger. p. 731. et quae dixi ad Euthyphron. p. 104 Ad proximum Συμφάναι intelligas ὅτι ὁμολογοῖ ἄν. Perperam enim Stephanus ὁμολογοῖ' ἄν edidit. Nam quaerit Socrates, quid ille, qui hoc modo interrogetur, Agathoni videatur responsurus esse, non quid Agatho ipse responsurus sit. Nec necesse est, ὁμολογοίη scribas, quum altera forma Atticis haudquaquam displicuerit. In proximis ὃ οὔπω ἕτοιμον αὐτῷ ἐστιν οὐδὲ ἔχει, pronomen ὅ sic est positum, ut simul subiecti atque praedicati partes agat, de quo genere loquendi ad Charmidem diximus. Deinde haec: τὸ εἰς τὸν ἔπειτα χρ. κ. τ. λ. relativo pronomini per appositionem adiecta sunt, quum proprie deberet scribi τοῦ τ. κ. τ. λ. Sed non ita raro fit, ut appositio neglecta parte enuntiati primaria pronomini relativo accommodetur, v. ad Phaed. p.

φάναι ἔφη τὸν Ἀγάθωνα. Εἰπεῖν δὴ τὸν Σωκράτη, Οὐκοῦν τοῦτό γ' ἐστὶν ἐκείνου ἐρᾶν, ὃ οὔπω ἕτοιμον αὐτῷ ἐστιν οὐδὲ ἔχει, τὸ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ταῦτα
E εἶναι αὐτῷ σωζόμενα τὰ νῦν παρόντα; Πάνυ γε, φάναι. Καὶ οὗτος ἄρα καὶ ἄλλος πᾶς ὁ ἐπιθυμῶν τοῦ μὴ ἑτοίμου ἐπιθυμεῖ καὶ τοῦ μὴ παρόντος, καὶ ὃ μὴ ἔχει καὶ ὃ μὴ ἔστιν αὐτὸς καὶ οὗ ἐνδεής ἐστι, τοιαῦτ' ἄττα ἐστὶν ὧν ἡ ἐπιθυμία τε καὶ ὁ ἔρως ἐστίν. Πάνυ γ', εἰπεῖν. Ἴθι δή, φάναι τὸν Σωκράτη, ἀνομολογησώμεθα τὰ εἰρημένα. ἄλλο τι ἔστιν
201 ὁ ἔρως πρῶτον μὲν τινῶν, ἔπειτα τούτων, ὧν ἂν ἔνδεια παρῇ αὐτῷ; Ναί, φάναι. Ἐπὶ δὴ τούτοις ἀναμνήσθητι, τίνων ἔφησθα ἐν τῷ λόγῳ εἶναι τὸν Ἔρωτα. εἰ δὲ βούλει, ἐγώ σε ἀναμνήσω. οἶμαι γάρ σε οὐτωσί πως εἰπεῖν, ὅτι τοῖς θεοῖς κατεσκευάσθη τὰ πράγματα δι' ἔρωτα καλῶν. αἰσχρῶν γὰρ οὐκ εἴη ἔρως.

Οὐκοῦν τοῦτό γ' ἐστίν] Quod vulgo post *Οὐκοῦν* inserebatur *δή*, id abiecimus cum Vat. *A*. Vind. 2. Par. DEFK. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. p. r. s. Flor. a. b. c. i.

τὸ εἰς τὸν ἔπειτα χρ.] *τὰ* Bodl. Vat. *A*. Par. DK. Ang. w. Vat. p.

E. *τὰ νῦν παρόντα*] *σωζόμενα μοι π.* Bodl. Vat. *A*. Par. DK. Ang. w. Vat. p.. *τὰ καὶ π.* Coisl. Par. EF. Ambr. Vat. n. Ang. u. Flor. a. b c i. Hermann. *τὰ νῦν παρόντα* cancellis circumdedit utpote ex antecedentibus male repetita. Mox Bodl. et alii nonnulli rursus *ἔχῃ*, per errorem.

66. E. Apolog. Socr. p. 41. A. Itaque non assentior Rückerto interpunctionem post *αὐτῷ ἐστιν* inferenti.

E. *Ἴθι δή, φάναι τ. Σ.*] Utitur nunc Socrates ad refutandam Agathonis sententiam hac argumentatione. Quae cupimus, inquit, ea nondum possidemus. Amorem autem quum dixeris pulcritudinis cupiditate teneri, necesse est, eam ille non habeat. Alioquin enim non cuperet. Quum autem pulcrum atque bonum idem sit, caret Amor etiam bono. *Ἀνομολογεῖσθαι* est ea, de quibus convenit, paucis repetere; sich noch einmal in kurzem über etwas verständigen, v. Graser Advers. p. 82.

P. 201. *τίνων ἔφησθα — τὸν Ἔρωτα*] h. e. *τίνων ἐρωτα ἔφησθα εἶναι τὸν Ἔρωτα*. Dixi de hac ratione ad p. 196. D. Respicitur autem ad verba Agathonis p. 197. B.

αἰσχρῶν γὰρ οὐκ εἴη ἔρως] In his optativus pro accusativo cum infinitivo positus est, frequentissima constructione. Cf. mea ad Phileb. p. 191 sq. Matthiae §. 529. 3.

οὐχ οὑτωσί πως ἔλεγες; Εἶπον γάρ, φάναι τὸν Ἀγάθωνα. Καὶ ἐπιεικῶς γε λέγεις, ὦ ἑταῖρε, φάναι τὸν Σωκράτη. καὶ εἰ τοῦτο οὕτως ἔχει, ἄλλο τι ὁ Ἔρως κάλλους ἂν εἴη ἔρως, αἴσχους δ' οὔ; Ὡμολόγει. Οὐκοῦν ὡμολόγηται, οὗ ἐνδεὴς ἐστι καὶ μὴ ἔχει, τούτου ἐρᾶν; Ναί, εἰπεῖν. Ἐνδεὴς ἄρ' ἐστὶ καὶ οὐκ ἔχει ὁ B Ἔρως κάλλος. Ἀνάγκη, φάναι. Τί δέ; τὸ ἐνδεὲς κάλλους καὶ μηδαμῇ κεκτημένον κάλλος ἆρα λέγεις σὺ καλὸν εἶναι; Οὐ δῆτα. Ἔτι οὖν ὁμολογεῖς Ἔρωτα καλὸν εἶναι, εἰ ταῦθ' οὕτως ἔχει; Καὶ τὸν Ἀγάθωνα εἰπεῖν, Κινδυνεύω, ὦ Σώκρατες, οὐδὲν εἰδέναι ὧν τότε εἶπον. Καὶ μὴν καλῶς γε εἶπες, φάναι, ὦ Ἀγάθων. ἀλλὰ σμικρὸν ἔτι εἰπέ· τἀγαθὰ οὐ καὶ καλὰ C δοκεῖ σοι εἶναι; Ἔμοιγε. Εἰ ἄρα ὁ Ἔρως τῶν καλῶν ἐνδεής ἐστι, τὰ δὲ ἀγαθὰ καλά, κἂν τῶν ἀγαθῶν ἐνδεὴς εἴη. Ἔγω, φάναι, ὦ Σώκρατες, σοὶ οὐκ

ὧν ἡ ἐπιθυμία] ὃ Vat. Δ. Idem deinde cum Par. F. ἀνομολογησόμεθα.

πρῶτον μὲν τινῶν] V. τινων. Recte Bodl. τινῶν. Dein Par. K. ἔπειτα δὲ τούτων male.

P. 201. αἰσχρῶν γὰρ οὐκ εἴη ἔρως] ὁ ἔρως Vat. Δ. Par. K. Vat. p. r.

Ὡμολόγει. Οὐκοῦν ὡμ.] Par. DK. Vat. p. ὡμολογεῖτο. Bodl. rursus ἔχῃ.

B. Τί δέ; τὸ ἐνδεές] δαὶ Coisl. Vat. n. Flor. b. c.

ὁ Ἔρως κάλλους ἂν εἴη ἔρως] Poterat etiam hoc loco ἔρως omitti. Rectissime tamen ponitur, quo conclusio ista maiorem accipiat vim et perspicuitatem. Dein οὗ ἐνδεής ἐστι καὶ μὴ ἔχει sic dictum, ut ὃ apud ἔχει repetendum sit, de qua constructione v. Matth. Gr. §. 428. 2. Eodem modo Latini. v. Beier. ad Cic. Offic. I. c. 42. 151. II. 6. §. 21. Otto ad V. de Fin. 9. §. 26.

C. τἀγαθὰ οὐ καὶ καλὰ δ.] Pulcrum atque bonum Graecis arctissimo vinculo colligatum visum esse, qui sciunt quid sit καλοκἀγαθία, noverunt omnes. Et apud Platonem quidem saepissime pulcrum et bonum idem esse dicitur. v. Tim. 87. C. Lysid. p. 216. D. Hipp. Mai. p. 296. A sqq. Menon. p. 77. B. Legg. IX. p. 859. D. adeoque quibus causis et rationibus ea coniunctio nitatur, subtiliter disputatur Phileb. p. 64 sqq. Idem argumentum Socrates deinceps diligentius illustrat ex persona Diotimae. Itaque non miraberis ab Agathone concedi quod Socrates sumit, bonum et pulcrum inter se nihil differre atque unam eandemque habere vim et naturam.

ἂν δυναίμην ἀντιλέγειν, ἀλλ' οὕτως ἐχέτω, ὡς σὺ λέγεις. Οὐ μὲν οὖν τῇ ἀληθείᾳ, φάναι, ὦ φιλούμενε Ἀγάθων, δύνασαι ἀντιλέγειν· ἐπεὶ Σωκράτει γε οὐδὲν χαλεπόν.

C. *Οὐ μὲν οὖν*] V. *Οὔμενουν*, quod e Par. D. Ang. w. Vat. p. r. correxi praeunte Bekkero.

Οὐ μὲν οὖν τῇ ἀλ.] h. e. imo vero contra veritatem non potes disputare; nam contra Socratem quidem tibi facile est. Sic *μὲν οὖν* positum Gorg. p. 466. A. E. Euthydem. p. 304. E. al.

D. *Μαντινικῆς Διοτίμας*] Diotima — de cuius nominis genitivo v. Bekkeri Anecdot. III. p. 1201. — vocatur hic et p. 211. D. *Μαντινική*, quum proprie deberet *Μαντινίς*: unde evenit, opinor, ut grammatici scriberent *μαντικῆς*. Nec tamen hoc praeter usum et consuetudinem factum est, siquidem nomina possessiva non raro pro nominibus gentilibus ponuntur, de quo loquendi genere v. Davis. ad Max. Tyrium p. 588. et Fischer. Animadv. ad Welleri Grammat. T. III. P. I. p. 299. conf. etiam Holstenium et Berkelium ad Stephanum Byzant. in *Μαντίνεια*; Davisium ad Max. Tyr. Diss. XXIV. 4. p. 460. T. I. ed. Reisk. Wernsdorf. ad Himer. p. 357., qui ex scriptoribus aetatis posterioris receptam scripturam satis firmarunt. Vehementer autem dubitatum est, quaenam fuerit illa Diotima. Et multi quidem in ea fuerunt opinione, ut eam totam putarent a Platone ad praesentis disputationis usum fictam esse, ne Socrates ex sua ipsius persona disserere videretur, quae ab eius philosophandi ratione alieniora essent. Cuius sententiae suae argumenmentum attulerunt hoc, quod de muliere ista nulla ad nos pervenerit notitia, nisi quae aut ducta ex Platone sit aut a recentioribus Platonicis profecta. Quod licet facile largiamur nonnihil ponderis habere, tamen non videtur id efficere quod illi volunt. Nam primum quidem per se non est credibile Platonem, qui alibi homines, qui vere vixissent vel vixisse crederentur, ut Aspasiam et Epimenidem, ad causam similem adhibuit, in hac re personam usum esse mere commentitia. Imo verisimile est eum mulierem dudum inter Athenienses altioris sapientiae et sanctimoniae fama celebratam cum Socrate convenire iussisse, quantumvis largiendum sit Socratis sermonem cum ea institutum pariter esse praesentis disputationis gratia confictum, atque conficta est oratio, quae in Menexeno tribuitur Aspasiae. Deinde Plato ipse quod eam vocat Mantineensem, satis aperte prodidisse videtur, cogitasse se de illustri aliqua femina, quae non temere a se excogitata aut conficta esset, sed revera aliquando vixisset. Denique ne verum quidem est, quod vulgo dictitant, non aliam notitiam de Diotima extare nisi quae ab ipso Platone repetita sit. Nam supersunt sane praeter alia, quae memorat Davis. ad Maxim. Tyr. T. I. p. 459. duo antiquitatis testimonia, unde aliquatenus certe coniicere liceat, quaenam Diotima fuerit, alterum Procli, alterum scholiastae Aristidis. Et Proclus quidem in Platonis Remp. p. 420. eam annumerat Pythagoreis; quo

Cap. XXII. *Καὶ σὲ μέν γε ἤδη ἐάσω· τὸν δὲ* D
λόγον τὸν περὶ τοῦ Ἔρωτος, ὃν ποτ' ἤκουσα γυναικὸς Μαντινικῆς Διοτίμας, ἣ ταῦτά τε σοφὴ ἦν καὶ

D. *Μαντινικῆς Διοτίμας*] Sic Bodl. Vat. *A*. Coisl. Ven. Ξ. Ang. u. Vat. n. Flor. a. b. c. i. et marg. Par. E F. Vat. s. Vett. editt. *μαντικῆς*.

testimonio usi sunt Fabricius Bibl. Gr. Vol. II. p. 403. et Fr. Schlegel in libro: Griechen und Römer p. 253 sqq. Opp. univ. IV. p. 90 et 106. Scholiastes Aristidis autem apud Creuzerum Lectt. Plat. ad calcem Plotini de Pulcrit. p. 527. = p. 468. ed. Dindorf eam narrat fuisse sacerdotem Iovis Lycaei in Arcadia culti, de quo v. ad Remp. p. 565. D. Boeckh. in Min. p. 55 sqq. Creuzer Symbol. T. II. p. 139. et 466 sq. Quas quidem narrationes Creuzerus in Annal. Vindobb. Vol. 56. a. 1831. p. 149. ita conciliare inter se studuit, ut Diotimam et sacerdotem et Pythagoream fuisse ostendere conatus sit. Admonet enim nos Aristocleae vel Theocleae, quae quum esset sacerdos Delphica, tamen teste Porphyr. Vit. Pyth. §. 41 p. 41. ed. Kust. Diogen. Laert. VIII. 8, 21. Suida in *Πυθαγόρας*, cum ipso Pythagora necessitudine quadam fuerit coniuncta. Idem vir doctus etiam docuit his testimoniis non adversari, quod Aristides in oratione adversus Demosthenem ab Angelo Maio in Scriptor. Vet. Vatic. Collect. II. p. 30. publicata Diotimam vocat *τὴν ἐκ Μυλίτου*. Verissime enim arbitratur I. Geelium Biblioth. Crit. Nov. Vol. IV. p. 93. corrigendum censuisse *τὴν ἐκ Μιλήτου* atque in eam disputavisse sententiam, ut Diotimam a rhetore illo cum Aspasia permutatam esse credibile sit. Iam vero haec si vera sunt, cur Plato mulierem ad rem praesentem adhibuerit, non difficile est ad coniiciendum. Nam etsi minime accidisse credimus, quod Creuzerus suspicatur, ut Socrates olim cum ea revera sit conversatus et sublimiores quasdam de amore sententias ab ea acceperit, tamen eam ad ipsam rem accommodatissime nunc disserentem induci nobis plane persuasimus. Primum enim quum de coelestiore amore instituatur disputatio, qui ultra vulgarem istam cupiditatem longissime evehitur, quid tandem potuit fingi aptius aut elegantius excogitari, quam quod Socrates sese simulat totam rem acceptam referre sacerdoti alicui sanctiori, quae, quemadmodum olim Athenas lustrationibus a peste liberaverit, ita etiam animum ipsius ab humilis cupiditatis cogitatione ad divini illius atque coelestis amoris notitiam traduxerit eoque modo veluti expiaverit? Deinde prudentissime Socrates ea tribuit Diotimae, mulieri vatidicae et fama sanctitatis apud Athenienses nobilitatae, quae ad interiorem quandam hominum cum diis atque rebus divinis coniunctionem pertinent, de quibus omnibus ita loquens inducitur, ut sacerdotem aliquam cum divino furore nobis de amore oracula fundentem audire videamur. Denique haud scio, an veri quid perviderit Astius De Vita et Scriptis Platon. p 312. Diotimam existimans a Platone etiam ideo Socratis in amore magistram factam esse, ut vulgares isti amoris praecones perstringerentur. Nempe isto modo hi nunc a femina edocen-

ἄλλα πολλά, καὶ Ἀθηναίοις ποτὲ θυσαμένοις πρὸ τοῦ λοιμοῦ δέκα ἔτη ἀναβολὴν ἐποίησε τῆς νόσου, ἣ δὴ καὶ ἐμὲ τὰ ἐρωτικὰ ἐδίδαξεν, — ὃν οὖν ἐκείνη ἔλεγε λόγον πειράσομαι ὑμῖν διελθεῖν ἐκ τῶν ὡμολογημένων ἐμοὶ καὶ Ἀγάθωνι, αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ, ὅπως ἂν δύνωμαι. δεῖ δή, ὦ Ἀγάθων, ὥςπερ σὺ διηγήσω,
E *διελθεῖν αὐτὸν πρῶτον, τίς ἐστιν ὁ Ἔρως καὶ ποῖός τις, ἔπειτα τὰ ἔργα αὐτοῦ. δοκεῖ οὖν μοι ῥᾷστον εἶναι οὕτω διελθεῖν, ὥς ποτέ μέ ἡ ξένη ἀνακρίνουσα διῆλθε. σχεδὸν γάρ τι καὶ ἐγὼ πρὸς αὐτὴν ἕτερα τοι-*

αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ] Sic Colsl. ex corr. et Par. K. supra versum. Vulgo erat *ἀπ' ἐμαυτοῦ*, mea sponte, quod tuetur Hermannus, *ἀπ' ἐμαυτοῦ* falso dicens omnium librorum scripturam esse. Correxit Bastius. Vat. *A*. Ang. w. *ὑπ' ἐμαυτοῦ*.

δεῖ δὴ ὦ Ἀγ.] *δεῖ οὖν* Par. DK. Vat. p. *δειλὴ* Bodl. et pr. Vat *A*.

E. *ὥς ποτέ με*] Bekk. invitis libris plerisque dedit *ὥς ποτ' ἐμέ*.

ἤλεγχε δή με] *δὲ* cum vett. editt. perperam tuentur Par. EF. Ambr. Vat. r. s. Flor. a. d. i. n.

tur, qui sit verus atque coelestis amor. Atque his ita explicatis quid de tota caussa existimandum sit, vix cuiquam dubium poterit videri. Verisimillimum enim est Diotimam revera vixisse, colloquium autem eius cum Socrate per speciem veritatis esse confictum. Ceterum cum his nostris non poenitebit comparavisse, quae de eodem argumento disputarunt Heusdius Initt. Philosoph. Plat. Vol. I. p. 186 sqq. et Groen van Prinsterer Prosopograph. Platon. p. 125 sq. Ast. Platons Leben u. Schriften p. 313. C. Fr. Hermann. De magistris Socratis p. 16. et Geschichte u. System der Plat. Philos. I. p. 523. ann. 591. Creuzer ad Plotin. p. 527. et ex antiquioribus Fabricius Bibl. Gr. II. p. 403 sq.

Ἀθηναίοις ποτὲ θ. πρὸ τοῦ λοιμοῦ] Intelligitur sine dubio pestis illa, quae primis annis belli Peloponnesiaci Athenas misere vastabat. v. Thucyd. II. c. XLVII sq.

ὃν οὖν ἐκείνη ἔλ.] Redorditur abruptum sermonis filum ita, ut quae illustrationis causa addidit, ea nunc paucis comprehendat, illata particula *οὖν*. Nam omitti poterant haec: *ὃν οὖν ἐκείνη ἔλεγε λόγον*. v. ad Apolog. Socrat. p. 29. C. p. 40. D. Prot. 341. B. Euthydem. 285. A. De Rep. II. 367. C. Lysid. 223. B.

αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ] ipse per me conabor, v. Schaeferi Melett. Critt. p 21 sq. et p. 83. Hermann. ad Viger. p. 813. Vulgo *ἀπ' ἐμαυτοῦ*, quod est: mea sponte. Alcib. I. p. 114. B: *αὐτὸς ἐπὶ σεαυτοῦ*.

ὥςπερ σὺ διηγήσω] h. e. quemadmodum tu praeivisti. P. 195. A: *οὕτω δὴ τὸν Ἔρωτα ἡμᾶς καὶ δίκαιον ἐπαινέ-*

αὗτα ἔλεγον, οἷάπερ νῦν πρὸς ἐμὲ Ἀγάθων, ὡς εἴη ὁ Ἔρως μέγας θεός, εἴη δὲ τῶν καλῶν. ἤλεγχε δή με τούτοις τοῖς λόγοις, οἷσπερ ἐγὼ τοῦτον, ὡς οὔτε καλὸς εἴη κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον οὔτε ἀγαθός. καὶ ἐγώ, Πῶς λέγεις, ἔφην, ὦ Διοτίμα; αἰσχρὸς ἄρα ὁ Ἔρως ἐστὶ καὶ κακός; Καὶ ἥ, Οὐκ εὐφημήσεις; ἔφη· ἢ οἴει, ὅ τι ἂν μὴ καλὸν ᾖ, ἀναγκαῖον αὐτὸ εἶναι αἰσχρόν; Μάλιστά γε. Ἦ καὶ ἂν μὴ σοφόν, ἀμα- 202
θές; ἢ οὐκ ἤσθησαι, ὅτι ἔστι τι μεταξὺ σοφίας καὶ ἀμαθίας; Τί τοῦτο; Τὸ ὀρθὰ δοξάζειν καὶ ἄνευ

ἢ οἴει] V. ἤ, recte adversantibus Coisl. Ven. Ξ. Vind. 1. 2. 7. Vat. r. et, sicut narrat Bastius, Vat. Δ. Dein εἶναι αἰσχρὸν codd. omnes praeter Ven. Ξ. Flor. n. qui cum vett. editt. tuentur αἰσχρὸν εἶναι.

P. 202. Ἦ καὶ ἂν μὴ σοφόν, ἀμ.] Coniecerunt: ἢ ὅ τι ἂν μὴ σοφόν, sed v. ann. Hic pro vulg. ἤ recte Coisl. Ven. Ξ. Ambr. Vat. r. suppeditarunt ἤ.

Τὸ ὀρθὰ δοξάζειν] ὀρθοδοξάζειν Bodl. Vat. Δ. Par. DK. Ang. w. Vat. p. Flor. b. Vind. 7. ὀρθῶς δοξάζειν a pr. m. Ven. Ξ. δοξάζειν ὀρθῶς Vind. 2.

σαι, πρῶτον αὐτόν, ἔπειτα τὰς δόσεις.

E. ἕτερα τοιαῦτα ἔλεγον] h. e. itidem talia dicebam. Phaedon. p. 58. D: καὶ τοὺς ἀκουσομένους γε τοιούτους ἑτέρους ἔχεις. De Rep. X. p. 601. A. ubi v. annot. — μέγας θεός, h. e. omnis generis virtutibus ornatus. Frustra Sydenhamus ἀγαθὸς θεὸς coniecit, Wolfio non improbante. Idem deinde lapsus est verba εἴη δὲ τῶν καλῶν sic explicans: εἴη δὲ ἐκ τῶν καλῶν. Imo καλῶν pendet ex Ἔρως, quod etiam hic positum est ut p. 196. D., ubi v. annot.

P. 202. Ἦ καὶ ἂν μὴ σοφόν] h. e. ἄν τι μὴ σοφόν. Nam τι e superiore ὅ τι facile intelligas. Hommelius tamen deleta post σοφὸν interpunctione sibi videtur pleniorem audire orationem hanc: ἦ καὶ ἂν οἷοιο μὴ σοφὸν ἀμαθές; Sed vereor, ut idem alii sint audituri, qui linguae leges diligentius perpenderint.

Τὸ ὀρθὰ δοξάζειν —] Nam ἡ δόξα (die sinnliche Vorstellung[1]) refertur ad res sensibus subiectas neque efficit veritatis cognitionem nomine suo dignam; ἐπιστήμη autem pertinet ad τὰ ὄντως ὄντα, h. e. ideas, quarum contemplatione nanciscimur sola scientiam veritatis. Quum autem δόξα pertineat ad res in sensus cadentes, et Platonis sententia neque omnis veritatis expers sit neque habeat verae scientiae (ἐπιστήμης) firmitatem et constantiam — neque enim τῆς δόξης certam rationem reddere quisquam potest — apparet, cur ea μεταξὺ φρονήσεως καὶ ἀμαθίας interiecta esse dicatur. v. Theaetet. p. 190. A. sqq. Sophist. p. 263 sqq. Phileb. p. 37. A sqq. De Rep. V. p. 477. A. sqq. VI. p. 506. C. sqq. Verba: καὶ ἄνευ — δοῦναι sic interpretor: *vel* sic, ut nesciamus reddere eius (rectae opinio-

τοῦ ἔχειν λόγον δοῦναι οὐκ οἶσθ', ἔφη, ὅτι οὔτε ἐπίστασθαί ἐστιν· ἄλογον γὰρ πρᾶγμα πῶς ἂν εἴη ἐπιστήμη; οὔτε ἀμαθία· τὸ γὰρ τοῦ ὄντος τυγχάνον πῶς ἂν εἴη ἀμαθία; ἔστι δὲ δήπου τοιοῦτον ἡ ὀρθὴ δόξα, μεταξὺ φρονήσεως καὶ ἀμαθίας. Ἀληθῆ, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις. Μὴ τοίνυν ἀνάγκαζε ὃ μὴ καλόν
B ἐστιν αἰσχρὸν εἶναι, μηδὲ ὃ μὴ ἀγαθὸν κακόν. οὕτω δὲ καὶ τὸν Ἔρωτα ἐπειδὴ αὐτὸς ὁμολογεῖς μὴ εἶναι ἀγαθὸν μηδὲ καλόν, μηδέν τι μᾶλλον οἴου δεῖν αὐτὸν αἰσχρὸν καὶ κακὸν εἶναι, ἀλλά τι μεταξύ, ἔφη, τούτοιν. Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ, ὁμολογεῖταί γε παρὰ πάντων μέγας θεὸς εἶναι. Τῶν μὴ εἰδότων, ἔφη, πάντων λέγεις ἢ καὶ τῶν εἰδότων; Ξυμπάντων μὲν οὖν. Καὶ ἣ γελάσασα, Καὶ πῶς ἄν, ἔφη, ὦ Σώ-

το γὰρ τοῦ ὄντος — εἴη ἀμαθία] Desunt haec in Par. DK. Vat. p. haud dubie ob *ὁμοιοτέλευτον*. Pro *πῶς ἂν εἴη*, ut habent Bodl. Vat. *Δ*. Ven. *Ξ*. Vind. 2. Par. DK. et w. p. vulgo erat *πῶς δ' ἂν εἴη*. Dein *ἀμαθίας καὶ φρονήσεως* Par. EF. Ang. u. Vat. n. s. Flor. a. b. c. i.

B. *οὕτω δὲ καὶ τὸν Ἔρ.*] *δὴ* Vind. 1.

C. *εὐδαίμονα θεῶν εἶναι*] *θεῶν* Bodl. Vat. *Δ*. Coisl. Par. DFK. Ang. u. w. Vat. n. p. et a pr. m. Ambr. Vat. r. Legebatur *θεόν*, quod fuit qui sic defenderet, ac si *θεὸν ὄντα* vel alio ordine *τινα*

nis) rationem. Fieri enim posse, ut quis rectam sequatur opinionem, nec tamen causas et rationes eius habeat perspectas, id vero Plato quum in aliis libris, tum in Menone certissime demonstravit.

ἄλογον γὰρ πρᾶγμα—] De repetita parenthesi v. Fritsch. Quaest. Luciann. p. 97 sqq.

τοῦ ὄντος τυγχάνον] Cave de ideis cogitaveris. Imo *τὸ ὄν* nunc intelligitur *τὸ ἀληθές*, ut Rep. I. p. 334. E. Xenoph. Anab. III. 2, 39. Nam qui *ὀρθὰ δοξάζει*, is opinione non fallitur attingitque verum. Deinde ne quis malit *μεταξύ τι ἀμαθίας*, ut mox dicitur *ἀλλά τι μεταξὺ τούτοιν*, eodem modo infra p. 202. D: *ἀλλὰ τί μήν; μεταξὺ θνητοῦ καὶ ἀθανάτου*. Mox *μὴ ἀνάγκαζε* est i. q. *μὴ ἀναγκαῖον νόμιζε*, v. Heindorf. ad Euthyd. p. 432. C.

B. *Τῶν μὴ εἰδότων — λέγεις*] h. e. *πότερον λέγεις παρὰ πάντων τῶν μὴ εἰδότων ὁμολογεῖσθαι ἢ καὶ τῶν εἰδότων*. Praepositio saepenumero ex alterius disputatoris verbis repetenda. Cratyl. p. 408. D: *ἀπαλλαγῶμεν ἐκ τῶν θεῶν*. Herm. *τῶν γε τοιούτων, εἰ βούλει*. Sophist. p. 243. D: *περὶ τοῦ μεγίστου — πρῶτον νῦν σκεπτέον*. Theaet. *τίνος δὴ λέγεις*, ubi v. Heindorf. Gorg. p. 449. E. p. 450. A. Politic. p. 283. C. p. 295. B. p. 297. E. p. 304. E. al. Dein *μὲν οὖν* est imo, v. ad p. 201. C. et Criton. 44. B.

κρατες, ὁμολογοῖτο μέγας θεὸς εἶναι παρὰ τούτων, C
οἵ φασιν αὐτὸν οὐδὲ θεὸν εἶναι; Τίνες οὗτοι; ἦν
δ' ἐγώ. Εἷς μέν, ἔφη, σύ, μία δ' ἐγώ. Κἀγὼ εἶπον,
Πῶς τοῦτο, ἔφην, λέγεις; Καὶ ἥ, Ῥᾳδίως, ἔφη. λέγε
γάρ μοι, οὐ πάντας θεοὺς φῂς εὐδαίμονας εἶναι καὶ
καλούς; ἢ τολμήσαις ἄν τινα μὴ φάναι καλόν τε καὶ
εὐδαίμονα θεῶν εἶναι; Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγ', ἔφην.
Εὐδαίμονας δὲ δὴ λέγεις οὐ τοὺς τἀγαθὰ καὶ τὰ
καλὰ κεκτημένους; Πάνυ γε. Ἀλλὰ μὴν Ἔρωτά γε D
ὡμολόγηκας δι' ἔνδειαν τῶν ἀγαθῶν καὶ καλῶν ἐπι-
θυμεῖν αὐτῶν τούτων, ὧν ἐνδεὴς ἐστιν. Ὡμολόγηκα
γάρ. Πῶς δ' ἂν οὖν θεὸς εἴη ὅ γε τῶν καλῶν καὶ
ἀγαθῶν ἄμοιρος; Οὐδαμῶς, ὡς γ' ἔοικεν. Ὁρᾷς
οὖν, ἔφη, ὅτι καὶ σὺ Ἔρωτα οὐ θεὸν νομίζεις;

θεὸν μὴ φάναι scriptum legeretur. v. Hermann. ad Sophocl. Aiac. v. 977.

οὐ τοὺς τἀγαθὰ καὶ τὰ καλά] Articulum τὰ inserui ante καλὰ e Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Ang. w. Possunt enim haec tanquam a se invicem disiuncta enumerari. Apud Stobaeum est ἀγαθὰ καὶ καλά. Vind. 1. et Flor. n. τοὺς ἀγαθοὺς καὶ τἀγαθά.

D. Πῶς δ' ἂν οὖν] δ' om. Bodl. Vat. Δ. Vind 2. Ven. Ξ. Par. DK. Ang. w. Vat. p. Pro ὅ γε τῶν Bodl. Vat. Δ. Ang. w. ὁγεγ' ὢν. Vind. 2. ὅ γε ὤν.

C. Ῥᾳδίως, ἔφη] h. e. ῥᾳδίως λέγω, h. e. sic, ut res facilem habeat explicationem. In proximis οὐ post λέγεις positum non debebat offendere viros doctos: intelligitur enim contrarium, ἀλλὰ τοὺς τἄλλα.

D. Ὡμολόγηκα γάρ] Nam Socrates p. 201. E: σχεδὸν γάρ τι καὶ ἐγὼ πρὸς αὐτὴν ἕτερα τοιαῦτα ἔλεγον, οἷάπερ νῦν πρὸς ἐμὲ Ἀγάθων.

Ὁρᾷς οὖν, ἔφη, ὅτι καὶ σύ —] h. e. siehst du nun etc. Sic Apolog. Socrat. p. 24. D: τὸν δὲ δὴ βελτίους ποιοῦντα ἴσθι εἰπὲ καὶ μήνυσον αὐτοῖς τίς ἐστιν. ὁρᾷς, ὦ Μέλητε, ὅτι σιγᾷς καὶ οὐκ ἔχεις εἰπεῖν; Menon. p. 80. E: μανθάνω, οἷον βούλει λέγειν, ὦ Μένων· ὁρᾷς τοῦτον ὡς ἐριστικὸν λόγον κατάγεις; Gorg. p. 475. E. Aristoph. Rann. 1136. Vesp. 392. Nubb. 662. 691. Pac. 330. Sophocl. Philoct. v. 860. ibiq. Brunck. Eurip. Orest. v. 581. ibique Porson. In his locis omnibus ὁρᾷς ita praemittitur reliquis verbis, ut alterum rei praesentis statum et condicionem ipsum iam perspicere indicet non sine aliqua admirationis vel irrisionis significatione. Paullo alia ratio est eorum locorum, in quibus ὁρᾷς mediae orationi interponitur ita, ut alterum tibi non posse non concedere significes, de qua re v. Heindorf. ad Protagor. p. 336. B.

Cap. XXIII. *Τί οὖν ἄν, ἔφην, εἴη ὁ Ἔρως; θνητός; Ἥκιστά γε. Ἀλλὰ τί μήν; Ὥςπερ τὰ πρό-*
E *τερα, ἔφη, μεταξὺ θνητοῦ καὶ ἀθανάτου. Τί οὖν, ὦ Διοτίμα; Δαίμων μέγας, ὦ Σώκρατες· καὶ γὰρ πᾶν τὸ δαιμόνιον μεταξύ ἐστι θεοῦ τε καὶ θνητοῦ. Τίνα, ἦν δ' ἐγώ, δύναμιν ἔχον; Ἑρμηνεῦον καὶ διαπορθμεῦον θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ θεῶν, τῶν μὲν τὰς δεήσεις καὶ θυσίας, τῶν δὲ τὰς ἐπιτάξεις τε καὶ ἀμοιβὰς τῶν θυσιῶν. ἐν μέσῳ δὲ ὂν ἀμφοτέρων ξυμπληροῖ, ὥςτε τὸ πᾶν αὐτὸ αὑτῷ ξυνδεδέσθαι. διὰ τούτου καὶ ἡ μαντικὴ πᾶσα χωρεῖ καὶ ἡ τῶν ἱερέων τέχνη τῶν τε περὶ τὰς*

Ὥςπερ τὰ πρότερα, ἔφη] *ἔφην* Bodl. Vat. *A.* Ven. *Σ.* Vind. 2. Par. K. Vat. p.

καὶ τὴν μαντείαν] *μαγγανείαν* coni. Geelius apud Kapeyne van de Capello Obss. in Xenophon. Hieron. p. 33 sq.

E. *ξυμπληροῖ, ὥςτε τὸ πᾶν* —] Orellius l. c. p. 331.

Τί οὖν ἄν, ἔφην, εἴη ὁ Ἔρως;] De hac collocatione *ἄν* particulae v. Reip. p. 327. C: *οἴει ἄν τινά σε, ἔφη, ἀφεῖναι.* Ibid. p. 333. A: *ὑποδημάτων ἄν, οἶμαι, φαίης.* conf. etiam ad Criton. p. 52. D. et ad Phaedon. p. 87. A.

E. *καὶ γὰρ πᾶν τὸ δαιμόνιον*] Doctrinam de daemonibus Plato quum aliis locis attigit, tum Politic. p. 271. p. 539. et Epinom. p. 984 sqq. = 510. ed. Ast. Quae hoc loco traduntur, ea multi scriptores posteriorum temporum respexerunt, velut Plutarch. de Isid. p. 361. B. C. p. 480. ed. Wyttenb. Aristides Oratt. II. p. 106. ed. Iebb. Maxim. Tyr. XIV. 8. p. 266. Lactant. Instit. II. 14. Minucius Fel. Octav. XXVI. 11. et alii, quos nominarunt Astius ad h. l. Wyttenbach. ad Eumap. p. 110 sq. et Creuzerus Mytholog. T. III. p. 67. ad Proclum in Alcibiad. I. c. 11. Proclus in Parmenid. ap. Bentlei. Epist. ad Millium p. 455. ed. Lips. haec omnia e doctrina Orphicorum repetita esse narrat. Quae quidem sententia quum confirmetur quodammodo eo, quod carminis Orphici fragmentum ap. Clem. Alexandr. Strom. V. p. 724. fere eadem continet, quae Diotima hoc loco Socratem docuisse narratur; eo minus de huius narrationis veritate dubitamus, quo certius exploratum habemus Platonem non raro ad Orphicorum doctrinam respexisse. Idem de hac causa visum est Creuzero l. c.

θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων] Non dixit *παρ' ἀνθρώποις* et *παρὰ θεοῖς*: nam alteram constructionem requirebat verbum *διαπορθμεῦαν*. v. Apolog. Socr. p. 32. B. Phaedon. p. 76. D. ibique annot.

ξυμπληροῖ, ὥςτε τὸ πᾶν —] In his *ξυμπληροῖ* absolute positum est, er füllt aus, i. e. bildet die Ausfüllung. Quocirca nil egit qui scribendum censuit: *ξυμπληροῖ τὸ πᾶν, ὥςτε αὐτὸ αὑτῷ ξυνδεδέσθαι*: magis etiam a vero aberravit

θυσίας καὶ τὰς τελετὰς καὶ τὰς ἐπῳδὰς καὶ τὴν μαν- 203
τείαν πᾶσαν καὶ γοητείαν. θεὸς δὲ ἀνθρώπῳ οὐ μίγνυται, ἀλλὰ διὰ τούτου πᾶσά ἐστιν ἡ ὁμιλία καὶ ἡ διάλεκτος θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους, καὶ ἐγρηγορόσι καὶ καθεύδουσι. καὶ ὁ μὲν περὶ τὰ τοιαῦτα σοφὸς δαιμόνιος ἀνήρ, ὁ δὲ ἄλλο τι σοφὸς ὢν ἢ περὶ τέχνας ἢ χειρουργίας τινὰς βάναυσος. οὗτοι δὴ οἱ δαίμονες πολλοὶ καὶ παντοδαποί εἰσιν, εἷς δὲ τούτων ἐστὶ καὶ ὁ Ἔρως. Πατρὸς δέ, ἦν δ' ἐγώ, τίνος ἐστὶ καὶ μητρός; Μακρότερον μέν, ἔφη, διηγήσασθαι· ὅμως δὲ B
σοι ἐρῶ. ὅτε γὰρ ἐγένετο ἡ Ἀφροδίτη, εἱστιῶντο οἱ θεοί, οἵ τε ἄλλοι καὶ ὁ τῆς Μήτιδος υἱὸς Πόρος.

coni. ξυμπληροῖ το πᾶν, ὥςτε αὐτὸ αὑτῷ ξυνδεδέσθαι.

P. 203. ἢ περὶ τέχνας] Sic Bodl. Vat. *A*. Coisl. Ven. *E*. Vind. 1 2.7. Par. DK. Ambr. Ang. u w. Vat. n. p. r. Flor. a. b. c. i. n. Legebatur ἢ περὶ τὰς τέχνας. Mox Coisl. καὶ μητρὸς τίνος ἐστίν;

B. εἱστιῶντο οἱ θεοί] ἡστιῶντο Bodl. Vat. *A*.

qui ante ξυμπληροῖ inseri voluit nuperrime τὰ ὅλα. Videlicet viri optimi nimis anxie Ficini vestigia presserunt, qui haec ita reddidit: In amborum medio constituta totum complet, ut universum secum ipso tali vinculo connectatur. — τὸ πᾶν, universa rerum natura, h. e. dii et homines. De re ipsa v. Creuzer. Dionys. 1. p. 73 sqq.

P. 203. θεὸς δὲ ἀνθρώπῳ οὐ μίγνυται] Sunt enim daemones inter deos atque homines medii. — καὶ ἐγρηγορόσι καὶ καθεύδουσι. Ingeniosa est coniectura Heusdii, qui Specim. Crit. p. 65. legendum censet: ἡ διάλεκτος θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους καὶ ἀνθρώποις πρὸς θεούς, καὶ ἐγρηγορόσι καὶ καθεύδουσι. Quod legisse aut certe optasse etiam Proclus videtur Commentar. in Parmen. T. IV. p. 60. ed. Cousin. Quanquam defendi potest lectio vulgata ita, ut verborum constructionem dicamus conformatam esse potius ad sententiam ipsam, quam ad grammaticam subtilitatem ac diligentiam. Quum enim dicatur ὁμιλεῖν τινι et διαλέγεσθαί τινι, etiam ὁμιλία et διάλεκτός τινι recte dici potuit. Et quum antea non dixisset: πᾶσά ἐστι θεοῖς ἡ ὁμιλία καὶ ἡ διάλεκτος ἀνθρώποις, sed perspicuitatis causa usus esset praepositione πρὸς addito casu accusativo, nunc ad legitimam constructionem revertens, neglecta grammatica diligentia, dativum post accusativum recte inferre potuit. Ceterum διάλεκτος, colloquium, etiam Theaet. p. 146. B. De Rep. V. p. 454. A. ita dicitur.

B. ὅτε γὰρ ἐγένετο —] Multos haec fabula iam antiqua aetate nacta est interpretes. Laudant Plutarch. de Isid. et Osir. p. 374. Csqq Maxim. Tyr. X. 4. p. 107. Themist. Orat. XIII. p. 162. B. C. Origen. c. Cels. IV. p. 532. Euseb. Praep. Ev. XII. 11. Plotin. Enn. III. lib. 5. p. 160. p. 293. A. p. 295. C. p. 296. F. p. 298. B sqq. p. 317. B. Porphyr. ap. Stob. Eclog. T.

ἐπειδὴ δὲ ἐδείπνησαν, προσαιτήσουσα, οἷον δὴ εὐωχίας οὔσης, ἀφίκετο ἡ Πενία καὶ ἦν περὶ τὰς θύρας. ὁ οὖν Πόρος μεθυσθεὶς τοῦ νέκταρος, οἶνος γὰρ οὔπω ἦν, εἰς τὸν τοῦ Διὸς κῆπον εἰσελθὼν βε-

προσαιτήσουσα] Bodl. Vat. *A*. Ang. w. προσαιτὴς οὖσα, quod commemoramus, ut appareat, quam amice saepe hi codices vel in apertis erroribus consentiant.

II. p. 826. Damascium περὶ ἀρχῶν p. 302. ed. Kopp. Qui quemadmodum non uno modo de hac narratione statuunt, ita ne ii quidem, qui recentioribus temporibus eam illustrare conati sunt, inter se consentiunt. Vid. praeter alios, quos laudavit Astius, Sydenhamus apud Wolfium p. 75 sqq., quibus addantur Mendelssohn. Oper. philos. T. I. p. 148. Schelling. Brunon. p. 188 sq Astius ad h. l. Albertus Iahnius, Bernas Helvetius, Dissertat. Platonica, qua tum de caussa et natura mythorum Platonicorum disputatur, tum mythus de Amoris ortu, sorte et indole in Convivio narratus explicatur. Bernae 1839. 8. Gust. Schwanitz. Observatt in Platonis Conviv. Isenaci, 1842. 4. Sommer. Ien. Lit. Zeit. a. 1844. N. 249. et 250. Qui omnes in diversas partes disputaverunt. Nos vero nondum poenitet eorum, quae ante hos viginti ferme annos de re maxime controversa ad h. l. commentati sumus, quae quidem etiam nunc repetere tanto magis lubet, quod ea non sine laetitia animadvertimus etiam Ed. Zellero in libro: Die Philosophie der Griechen, Vol. II. p. 167 sqq. eximie probata esse. Sunt autem haec. Primum quidem apparet hanc fabulam eo consilio esse insertam, ut clarius intelligeretur quod antea dixerat Diotima, Amorem medium esse inter deos atque homines ideoque in numero daemonum haberi oportere. Quocirca ut pateret, qui factum esset, ut natura eius inter perfectam et imperfectam medium quasi locum teneret, philosophus eum filium esse iussit Pori et Peniae, Consi et Paupertatis. Qua quidem fictione quid significetur, partim ex eo intelligitur, quod Porus Metidis filius vocatur, partim exinde, quod Penia vocatur οὐ σοφὴ καὶ ἄπορος. Etenim Porus Amoris pater esse dicitur, quia hic insatiabili quodam pulcrioris sapientiorisque vitae tenetur desiderio adeoque omnia tentat et experitur, quo ad pulcri et boni possessionem perveniat (v. infra D. ubi πόριμος, consilii potens, vocatur): Penia autem eiusdem mater est, quia quod cupit ac desiderat, id ipse non possidet adeoque multos ideo perfert labores atque aerumnas: carere enim dicebatur antea pulcro ac bono, ut quod perpetuo sectaretur. Quae quum ita sint, tantum abest, ut cogitari possit de placitis Orphicis atque mysticis, ut, nisi forte consulto caecutire cupias, manifestum esse debeat, Porum fingi numen aliquod divinum, verae pulcritudinis, bonitatis, sapientiae, cuius desiderio perpetuo Amor tenetur, capax illud atque particeps, ideoque Metidis filium appellari: Peniam autem informari mulierem, coelestibus illis pulcritudinis, bonitatis, sapientiaeque bonis prorsus destitutam ideoque inopem. Quum igitur Amor

βαρημένος ηὗδεν. ἡ οὖν Πενία, ἐπιβουλεύουσα διὰ τὴν αὐτῆς ἀπορίαν παιδίον ποιήσασθαι ἐκ τοῦ Πόρου, κατακλίνεταί τε παρ' αὐτῷ καὶ ἐκύησε τὸν Ἔρωτα. διὸ δὴ καὶ τῆς Ἀφροδίτης ἀκόλουθος καὶ θεράπων C

βεβαρ'ημένος ηὗδεν] V. *εὗδεν*, quod auctoritate Bodl. Vat. *A*. Vind. 2. Vind. D K. Ang. w. Vat. p. mutatum.

natus sit parentibus indole ac natura tam diversis, mirum profecto non est, quod neque ad patris virtutes potuit plane pervenire, neque ad matris imbecillitatem et infirmitatem prorsus delapsus est, remanente aliqua particula virtutum parentis, hoc est pulcri atque boni desiderio inexstincto. Quemadmodum vero haec facillimam habent explicationem, ubi ex ipso scriptore petieris eorum illustrationem, ita nec reliqua ulla laborant obscuritate. Nam quod Amor natus esse dicitur Veneris die natali, id non alia de causa fieri arbitramur, quam ut appareat, cur ille, Veneris comes perpetuus, nil sectetur nisi quod pulcrum sit. Id quod satis declarant verba: *διὸ καὶ τῆς Ἀφροδίτης ἀκόλουθος καὶ θεράπων γέγονεν ὁ Ἔρως, γεννηθεὶς ἐν τοῖς ἐκείνης γενεθλίοις, καὶ ἅμα φύσει ἐραστὴς ὢν περὶ τὸ καλόν, καὶ τῆς Ἀφροδίτης καλῆς οὔσης.* Neque etiam quae de hortis Iovis, de quibus v. Schneider Anmerkungen zum Anacreon p. 214., narrantur, solius ornatus gratia adiecta sunt, sed propemodum necessario commemorari debuerunt. Quum enim Pori atque Peniae natura et ingenium tantopere discrepent, per se parum verisimile videri debuit illum cum hac potuisse habere consuetudinem. Itaque quo narratio maiorem nanciscetur verisimilitudinem, poeta philosophus Porum finxit in convivio illo in Veneris honorem instituto ebrium factum se solum in hortum Iovis contulisse, ibi vero Peniam, quae ei struxisset insidias, sine arbitris convenisse. Vides, quam necessaria sit haec fabulae particula: ut profecto miranda sit operosa industria eorum, qui de istis Iovis hortulis splendida quaedam commenti sunt mendacia. Sed satis haec sunto de fabulae argumento atque fine. Restat, ut aliquid admonendum sit de sensu universae narrationi subiecto. Apparet autem, opinor, ex iis, quae dicta sunt, Platonem hoc mytho voluisse amoris naturam declarare dilucidius et quasi imagine aliqua illustrare. Quum enim intellexisset amorem, hoc est pulcri et boni studium, contineri insatiabili quadam cupiditate rerum maxime expetendarum; verissime duplicem cuiusque amantis esse vidit statum, alterum indigentiae, quatenus studio illi pulcri atque boni nondum satisfactum esset, alterum divini cuiusdam ardoris atque studii, quo correptus animus ferretur atque raperetur ad ea, quae bona atque pulcra esse vidisset quibusque potiri summo studio conaretur. Hanc igitur amoris naturam egregie sane videtur illa narratione illustrasse. Ceterum eandem versibus Latinis celebravit Dan. Heinsius in Monobiblo. Eleg IX.

ἐπιβουλεύουσα—ποιήσασθαι] *Ἐπιβουλεύειν* cum infinitivo iunctum est insidiose

ς φύσιν ἔχων ἀεὶ
πατέρα ἐπίβουλός
, ἀνδρεῖος ὢν καὶ
ς, ἀεί τινας πλέκων
ητής, καὶ πόριμος,
δεινὸς γόης καὶ φαρ-
ε ὡς ἀθάνατος πέ-
τοτὲ μὲν τῆς αὐτῆς E

οἷς] V. τοῖς ἀγαθοῖς καὶ τοῖς
itate Bodl. Coisl. Vat. Δ. Ven. Ξ.
Vat. p. r. Flor. n. Et sic Ald. et
tem vulgo dici solitum esse ne-
t καλοκαγαθίας. Mox δεινὸς post

rum inopiam artium magistram
ἢ esse pervulgata fuit apud vete-
ς ἐν res sententia, v. Archytas
ρεῖν. ap. Stob. Serm. XCIII. et quae
Ari- attulit Wesseling. ad Diodor.
ni Alci- I. 8. Itaque Creuzerus An-
; αὐτῷ, nal. Vindobb. I. c. p. 154. Pla-
De re tonis locum vitiatum esse suspi-
lippolyto catur, ut in quo inter virtutes
l. p. 245. a patre acceptas referatur, quod
δὲ τόλμης in virtutibus maternis fuerit nu-
ον, Ἐν τοῖς merandum. In quo vir illustris
ατον Ἔρωτα, me quidem non habet consen-
iis similibus tientem. Nam videtur Plotinus Platonis verba, quae de
nectendis fraudibus ac dolis intelligenda sunt, in alium sensum detorsisse, ideoque de suo δι' ἔνδειαν addidisse. Tuetur scripturam librorum Themistius Orat. XIII. p. 162. D.

E. ἀλλὰ τοτὲ μὲν τ. αὐτ. ἡ.] Egregie his verbis amoris naturam describi nemo est quin videat. Notandus vero etiam est usus verborum εὐπορεῖν et πορίζεσθαι, quibus quae de Poro dicta sunt, prorsus confirmantur. Ceterum conf. Max. Tyr. XXIV. p. 297: Θάλλει μὲν Ἔρως εὐπορῶν, ἀποθνήσκει δὲ ἀπορῶν, ubi v. Davis. p. 592. Errat Hommelius ὅταν ἀπορήσῃ scribendum ratus.

γέγονεν ὁ Ἔρως, γεννηθεὶς ἐν τοῖς ἐκείνης γενεθλίοις καὶ ἅμα φύσει ἐραστὴς ὢν περὶ τὸ καλόν, καὶ τῆς Ἀφροδίτης καλῆς οὔσης. ἅτε οὖν Πόρου καὶ Πενίας υἱὸς ὢν ὁ Ἔρως ἐν τοιαύτῃ τύχῃ καθέστηκε. πρῶτον μὲν πένης ἀεί ἐστι, καὶ πολλοῦ δεῖ ἁπαλός τε καὶ καλός, οἷον οἱ πολλοὶ οἴονται, ἀλλὰ σκληρὸς καὶ
D αὐχμηρὸς καὶ ἀνυπόδητος καὶ ἄοικος, χαμαιπετὴς ἀεὶ ὢν καὶ ἄστρωτος, ἐπὶ θύραις καὶ ἐν ὁδοῖς ὑπαί-

C. ἀνυπόδητος] Ambr. Vat. r. tantum non ubique *αἰεί*. Mox ἀνυποδέτος Ven. Σ. Vind. 2.

D. ὑπαίθριος κοιμώμενος] Perperam vett. editt. ὑπαιθρίοις, quod ex Bodl. Vat. Δ. Ven. Σ. Vind. 1. 2. 7. Par. D K. Ang. w. Vat. p. r. Flor. n. edit. Bas. 2. et Origene c. Celsum IV. 39. p. 352. T. I. ed. Par. emendatum.

studere, v. ad Protagor. p. 343. C.

C. καὶ ἅμα φύσει ἐρ. ὤν] ac simul natura sua pulcri amans, quum etiam Venus pulcra sit. — Verbis οἷον οἱ πολλοὶ οἴονται tangitur Agathonis iudicium p. 195. D. E. expromtum.

ἀλλὰ σκληρὸς —] Egregio artificio Amor ita describitur, ut tota descriptio ad amantium rationes attemperata sit. Isti enim quid non perferunt, quas aerumnas non subeunt, quos labores non exantlare solent, dummodo voti sui compotes fiant? et contra quid iidem non audent, quid non machinantur, quas artes atque dolos non excogitant ac tentant, ut optatis suis potiantur? Nimirum haec omnia, quae festivissime exornata sunt, denique non aliorsum pertinent nisi eo, ut significetur magnitudo et vehementia cupiditatis illius nativae, qua hominum animi usque ad pulcrum feruntur atque abripiuntur. Ceterum prudentissime Plato iam supra p. 183. A sqq. Pausaniam induxit hos amantium labores et aerumnas ad ipsius vitae veritatem describentem.

D. ἐπὶ θύραις — κοιμώμενος] Themistius p. 162. D: θυραυλῶν ἐπὶ θύραις. Plotin. p. 295. E. et 668. A: αὐτός ἐστιν ὁ θυραυλῶν Ἔρως v. Iacobs. ad Anthol. Gr. XI. p. 154. Cogitandum de θυραυλίαις, quae p. 183. A. vocantur κοιμήσεις ἐπὶ θύραις. v. Kuster. ad Aristoph. Ecclesiaz. v. 956. Ruhnk. ad Tim. p. 144 sq. — καὶ ἴτης, i. e. θρασύς, audax. Protag. p. 349. E: πότερον τοὺς ἀνδρείους θαῤῥαλέους λέγεις, ἢ ἄλλο τι; Καὶ ἴτας γε, ἔφη, ἐφ' ἃ οἱ πολλοὶ φοβοῦντται ἰέναι. Aristoph. Nubb. 443: τοῖς δ' ἀνθρώποις εἶναι δόξω θρασύς, εὐγλωττος, τολμηρός, ἴτης, ubi v. schol. Plura dabit Iacobs Lectt. Stob. p. 12. De proximis conf. Dio Chrysostom. Or. I. p. 44: ὡς ἡ τοῦ βασιλέως διάνοια σύντονος οὖσα καὶ θυμοειδής. Olympiodor. in Alcibiad. I. p. 14 ed. Creuz. πᾶς γὰρ ἔρως σύντονός ἐστι μανία. Loquutione μηχανὰς πλέκειν, dolos, fraudes nectere, utitur etiam Aristoph. Nubb. 1128: δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι. Aelian. H. A. III. 30: σοφώτατος ὁ κόκκυξ καὶ πλέκειν εὐπόρους ἐξ ἀπόρων μηχανὰς δεινο-

θριος κοιμώμενος, τὴν τῆς μητρὸς φύσιν ἔχων ἀεὶ ἐνδείᾳ ξύνοικος. κατὰ δὲ αὖ τὸν πατέρα ἐπίβουλός ἐστι τοῖς καλοῖς καὶ τοῖς ἀγαθοῖς, ἀνδρεῖος ὢν καὶ ἴτης καὶ σύντονος, θηρευτὴς δεινός, ἀεί τινας πλέκων μηχανάς, καὶ φρονήσεως ἐπιθυμητής, καὶ πόριμος, φιλοσοφῶν διὰ παντὸς τοῦ βίου, δεινὸς γόης καὶ φαρμακεὺς καὶ σοφιστής· καὶ οὔτε ὡς ἀθάνατος πέφυκεν οὔτε ὡς θνητός, ἀλλὰ τοτὲ μὲν τῆς αὐτῆς E

τοῖς καλοῖς καὶ τοῖς ἀγαθοῖς] V. *τοῖς ἀγαθοῖς καὶ τοῖς καλοῖς*. Ordinem invertimus auctoritate Bodl. Coisl. Vat. *A*. Ven. *Ξ*. Vind. 2. Par. DK. Ambr. Aug. w. Vat. p. r. Flor. n. Et sic Ald. et Bas. I. scriptum habent. Ita autem vulgo dici solitum esse neminem praeteribit, qui meminerit *καλοκαγαθίας*. Mox *δεινὸς* post *θηρευτής* em. Par. DK. Vat. p.

νότατος. — *Πόριμος* interprete Suida est *ὁ ἄνυσιν ἢ ἐπίνοιαν ἔχων*, i. e. *δεινὸς ἐν τοῖς ἀπόροις πόρον τινὰ ἐξευρεῖν*. Apte Wolf. comparat Aristoph. Rann. 1429., ubi Alcibiades vocatur *πόριμος αὐτῷ, τῇ πόλει δ' ἀμήχανος*. De re ipsa conf. Euripid. Hippolyto priore ap. Stob. LXIII. p. 245. Grot. 370. Gesn. *ἔχω δὲ τόλμης καὶ θράσους διδάσκαλον, Ἐν τοῖς ἀμηχάνοισιν εὐπορώτατον Ἔρωτα*, quae iuxta cum aliis similibus memoravit Blomfield ad Aeschyl. Prom. vers. 59. — De proximis dudum observavit Ruhnken. ad Tim. p. 73: *γόης, φαρμακεὺς* et *σοφιστὴς* apud Platonem saepissime iunctim commemorari, de qua re monuit etiam Wyttenb. ad Eunap. p. 173. Sophista vocatur Amor etiam ab Araspa apud Xenoph. Cyrop. VI. 1, 41: *νῦν τοῦτο πεφιλοσόφηκα μετὰ τοῦ ἀδίκου σοφιστοῦ τοῦ Ἔρωτος*. Posterioris aetatis scriptores hunc lusum imitantes memorat Villoison. ad Longum p. 273 sq. et Iacobs. ad Achill. Tat. p. 449. Ceterum Plotinus p. 297. C. hunc locum respiciens: *καὶ τὸ εὐμήχανον αὐτῷ (Ἔρωτι) διὰ τὴν ἔνδειαν*. Nimirum inopiam artium magistram esse pervulgata fuit apud veteres sententia, v. Archytas ap. Stob. Serm. XCIII. et quae attulit Wesseling. ad Diodor. I. 8. Itaque Creuzerus Annal. Vindobb. I. c. p. 154. Platonis locum vitiatum esse suspicatur, ut in quo inter virtutes a patre acceptas referatur, quod in virtutibus maternis fuerit numerandum. In quo vir illustris me quidem non habet consentientem. Nam videtur Plotinus Platonis verba, quae de nectendis fraudibus ac dolis intelligenda sunt, in alium sensum detorsisse, ideoque de suo *δι' ἔνδειαν* addidisse. Tuetur scripturam librorum Themistius Orat. XIII. p. 162. D.

E. *ἀλλὰ τοτὲ μὲν τ. αὐτ. ἡ.*] Egregie his verbis amoris naturam describi nemo est quin videat. Notandus vero etiam est usus verborum *εὐπορεῖν* et *πορίζεσθαι*, quibus quae de Poro dicta sunt, prorsus confirmantur. Ceterum conf. Max. Tyr. XXIV. p. 297: *θάλλει μὲν Ἔρως εὐπορῶν, ἀποθνήσκει δὲ ἀπορῶν*, ubi v. Davis. p. 592. Errat Hommelius *ὅταν ἀπορήσῃ* scribendum ratus.

ἡμέρας θάλλει τε καὶ ζῇ, ὅταν εὐπορήσῃ, τοτὲ δὲ ἀποθνήσκει, πάλιν δὲ ἀναβιώσκεται διὰ τὴν τοῦ πατρὸς φύσιν. τὸ δὲ ποριζόμενον ἀεὶ ὑπεκρεῖ, ὥστε οὔτε ἀπορεῖ Ἔρως ποτὲ οὔτε πλουτεῖ. σοφίας τε αὖ καὶ ἀμαθίας ἐν μέσῳ ἐστίν. ἔχει γὰρ ὧδε. θεῶν οὐδεὶς
204 φιλοσοφεῖ, οὐδ' ἐπιθυμεῖ σοφὸς γενέσθαι· ἔστι γάρ· οὐδ' εἴ τις ἄλλος σοφός, οὐ φιλοσοφεῖ. οὐδ' αὖ οἱ ἀμαθεῖς φιλοσοφοῦσιν, οὐδ' ἐπιθυμοῦσι σοφοὶ γενέσθαι· αὐτὸ γὰρ τοῦτό ἐστι χαλεπὸν ἀμαθία, τὸ μὴ ὄντα καλὸν κἀγαθὸν μηδὲ φρόνιμον δοκεῖν αὐτῷ εἶναι ἱκανόν. οὔκουν ἐπιθυμεῖ ὁ μὴ οἰόμενος ἐνδεὴς εἶναι οὗ ἂν μὴ οἴηται ἐπιδεῖσθαι. Τίνες οὖν, ἔφην ἐγώ, ὦ Διοτίμα, οἱ φιλοσοφοῦντες, εἰ μήτε οἱ σοφοὶ
B μήτε οἱ ἀμαθεῖς; Δῆλον δή, ἔφη, τοῦτό γε ἤδη καὶ παιδί, ὅτι οἱ μεταξὺ τούτων ἀμφοτέρων, ὧν αὖ καὶ

E. *θάλλει τε καὶ ζῇ*] *τε* Bekkerus abiecit cum Vat. *A*. Vind. 2. Par. D K. Ang. w. Vat. p. Ceteri cum Bodl. tuentur. Servandum censet etiam Voegelinus.

σοφίας τε αὖ] *αὖ* om. Bodl. Vat. *A*. Vind. 2. Par. D K. Ang. w. Vat. p. Dubitamus, quo iure. Nam discerni haec a superioribus et novum ordiri orationis membrum sequentia arguunt. Aliter tamen Hermanno visum.

P. 204. *δοκεῖν αὐτῷ εἶναι*] *αὐτό* Bodl. Vat *A*. Ven. Ξ. Par. D K. Ang. w. Vat. p. Flor. n. *αὐτῷ* Flor. a. b. c. i. Astius locum refingebat sic: *αὐτὸ γὰρ τοῦτο χαλεπὸν ἀμαθίᾳ, τὸν μὴ ὄντα καλὸν κἀγαθὸν μ. φ. δοκεῖν αὐτὸ ἱκανόν*. Hommelius *χαλεπὸν* eliminandum censet.

θεῶν οὐδεὶς φιλ.] Sic etiam Lysid. p. 218 A. Recentiores Platonici quantopere eandem sententiam celebraverint, discas ex iis, quae annotarunt Astius ad h. l. Creuzer. in Lectt. ad Plotin. p. 528. et in Studiis VI. p. 131.

P. 204. *αὐτὸ γὰρ τοῦτό ἐστι χ.*] Haec ne cui in posterum sollicitanda videantur, *αὐτὸ τοῦτο* absolute positum est, ut idem sit quod *δι' αὐτὸ τοῦτο*, quae autem sequuntur: *τὸ μὴ ὄντα — ἱκανόν*, ea per appositionem, quam vocant grammatici, addita sunt. De pronomine in accusativo absolute posito v. Prot. p. 310. E. Lambert. Bos. Ellips. p. 676. ed. Schaef. et Matth. §. 467. 14.

B. *ὃν δὲ σὺ ᾠήθης* —] Haec verba, quoniam *ὅν* vi sua plurimum pollet, sic explicare licebit: Quae autem ad eum, quem opinatus es esse Amorem attinet, h. e. quod autem Amorem hunc esse credidisti. Quod quorsum referatur, verbis proximis demum declaratur, conf. Matth. Gr. §. 480. 3.

C. *τὸ τῷ ὄντι καλὸν καὶ ἀγαθὸν*] Quum non de Amore,

ὁ Ἔρως. ἔστι γὰρ δὴ τῶν καλλίστων ἡ σοφία, Ἔρως δ' ἐστὶν ἔρως περὶ τὸ καλόν, ὥστε ἀναγκαῖον Ἔρωτα φιλόσοφον εἶναι, φιλόσοφον δὲ ὄντα μεταξὺ εἶναι σοφοῦ καὶ ἀμαθοῦς. αἰτία δὲ αὐτῷ καὶ τούτων ἡ γένεσις· πατρὸς μὲν γὰρ σοφοῦ ἐστι καὶ εὐπόρου, μητρὸς δὲ οὐ σοφῆς καὶ ἀπόρου. ἡ μὲν οὖν φύσις τοῦ δαίμονος, ὦ φίλε Σώκρατες, αὕτη· ὃν δὲ σὺ ᾠήθης Ἔρωτα εἶναι, θαυμαστὸν οὐδὲν ἔπαθες. ᠕ᾠήθης δέ, C ὡς ἐμοὶ δοκεῖ τεκμαιρομένῃ ἐξ ὧν σὺ λέγεις, τὸ ἐρώμενον Ἔρωτα εἶναι, οὐ τὸ ἐρῶν. διὰ ταῦτά σοι, οἶμαι, πάγκαλος ἐφαίνετο ὁ Ἔρως. καὶ γὰρ ἔστι τὸ ἐραστὸν τὸ τῷ ὄντι καλὸν καὶ ἁβρὸν καὶ τέλεον καὶ μακαριστόν· τὸ δέ γε ἐρῶν ἄλλην ἰδέαν τοιαύτην ἔχον, οἵαν ἐγὼ διῆλθον.

Cap. XXIV. Καὶ ἐγὼ εἶπον, Εἶεν δή, ὦ ξένη·

B. Ἄῃλον δή, ἔφη, τ.] Pro δή Bodl. Vat. A. Vind. 2. Par. D K. Ang. w. Vat. p. habent ὅτι, errore manifesto. Nec vero cum Herm. δή abiiciam, quod non temere scriptum perhiberi, vel illud arguit, quod Bodl. eiusque socii illius loco ὅτι scriptum habent. Nempe inde certe intelligitur, locum inter Ἄῃλον et ἔφη in vetustissimis libris non fuisse vacuum. Ceterum δὴ eleganter positum.

ὧν αὖ καὶ ὁ Ἔρως] Pro ἄν Bekkerus recte e Ven. Ξ. Vind. 2. αὖ dedit, quod equidem non video cur Rückerto displicuerit, qui ἄν errore ex praecedenti ὧν natum esse suspicatur.

σοφοῦ ἐστι καὶ εὐπόρου] ἐστί om. Vat. A. Ang. w. Vat n.

C. ἐξ ὧν σὺ λέγεις] Vett. editt. ἐξ ὧν λέγεις σύ, quod soli Par. E F. Vat. s. Flor. c. tenent. Mox Bodl. ἁβρόν.

qui proprie dicitur, nunc sermo sit, sed Diotima illud potius significet, quod quia per se pulcrum bonumque censetur, studio nostro dignum sit, mirum sane accidere alicui potest istud ἁβρόν, quod ipse olim in ἀγαθόν commutandum putabam. Sed recte ab Rückerto et Hommelio est observatum ἁβρόν hunc Socratis Amorem, hoc est pulcrum, ideo appellari, quia ipse antea p. 201. E. dixit se eadem fere de Amore statuisse quae Agathonem. Is vero in teneritate ac mollitie numinis celebranda multus fuerat. Itaque nunc eo rectius istud ἁβρόν infertur, quod haec omnino contra Agathonem valent, qui eas Amori suo virtutes tribuisset, quae non in amorem, sed in amatum convenirent. — ἄλλην ἰδέαν τ. ἔχον, sc. ἐστί, aliam refert speciem, i. e. aliam habet vim et naturam), eamque talem, qualem ego exhibui.

Cap. XXIV. Εἶεν δή, ὦ ξένη· κ.] Sic infra p. 213. E: εἶεν δή, ἄνδρες· δοκεῖτε γάρ μοι νῆφειν, οὐκ ἐπιτρεπτέον οὖν ὑμῖν, ἀλλὰ ποτέον. Phaedon. p. 117. A., ubi v. annot.

καλῶς γὰρ λέγεις· τοιοῦτος ὢν ὁ Ἔρως τίνα χρείαν ἔχει τοῖς ἀνθρώποις; Τοῦτο δὴ μετὰ ταῦτ', ἔφη,
D ὦ Σώκρατες, πειράσομαί σε διδάξαι. ἔστι μὲν γὰρ δὴ τοιοῦτος καὶ οὕτω γεγονὼς ὁ Ἔρως, ἔστι δὲ τῶν καλῶν, ὡς σὺ φῄς. εἰ δέ τις ἡμᾶς ἔροιτο, Τί τῶν καλῶν ἐστιν ὁ Ἔρως, ὦ Σώκρατές τε καὶ Διοτίμα; ὧδε δὲ σαφέστερον ἐρῶ, Ὁ ἐρῶν τῶν καλῶν τί ἐρᾷ; — Καὶ ἐγὼ εἶπον, ὅτι Γενέσθαι αὐτῷ. Ἀλλ' ἔτι ποθεῖ, ἔφη, ἡ ἀπόκρισις ἐρώτησιν τοιάνδε, Τί ἔσται ἐκείνῳ, ᾧ ἂν γένηται τὰ καλά; Οὐ πάνυ ἔφην ἔτι ἔχειν ἐγὼ πρὸς ταύτην τὴν ἐρώτησιν προχείρως ἀπο-
E κρίνασθαι. Ἀλλ', ἔφη, ὥσπερ ἂν εἴ τις μεταβαλὼν ἀντὶ τοῦ καλοῦ τῷ ἀγαθῷ χρώμενος πυνθάνοιτο, Φέρε, ὦ Σώκρατες, ἐρᾷ ὁ ἐρῶν τῶν ἀγαθῶν· τί ἐρᾷ; Γενέσθαι, ἦν δ' ἐγώ, αὐτῷ. Καὶ τί ἔσται ἐκείνῳ, ᾧ ἂν γένηται τἀγαθά; Τοῦτ' εὐπορώτερον, ἦν

D. ὧδε δὲ σαφέστερον ἐρῶ] Pro ἐρῶ Vat. *A*. Vind. 1. 7. Par. K. Ambr. Ang. n. w. Vat. n. p. r. Flor. a. b. c. i. n. ἐρᾷ.

Ἀλλ' ἔτι ποθεῖ] Bodl. Vat. *A*. Vind. 2. Ang. w. ἀλλ' ἐπιποθεῖ, ut ediderunt Turicense. et Herm. Fortasse scribendum: ἀλλ' ἔτι ἐπιποθεῖ. in quam suspicionem etiam Rückert. incidit. Protag. p. 329. D: τοῦτ' ἔστιν, ὃ ἔτι ἐπιποθῶ. Certe quidem ἔτι non est abiiciendum, v. ad Remp. IX. p. 571. A. Plotin. de Pulcr. p. 54. B: ἀλλ' ἔτι ποθεῖ ὁ λόγος κ. τ. λ. Par. D. Vat. p. ἐπιθεῖ.

προχείρως ἀποκρίνασθαι] V. ἀποκρίνεσθαι, quod tenent Par. EF. Vat. n. s. Flor. i, ceteri recte aspernantur.

E ἐρᾷ ὁ ἐρῶν τῶν ἀγαθῶν· τί ἐρᾷ] V. ὦ Σ. ἐρῶ, ὁ

D. ἔστι δὲ τῶν καλῶν] Intell. ἔρως. Nam perperam haec interpretantur: refertur autem in numero pulcrorum, v. ad p. 196. D. Eodem modo intelligas proxima Τί τῶν καλῶν ἐστιν ὁ Ἔρως, h. e. κατὰ τί τῶν καλῶν ἐρᾷ ὁ Ἔρως, ut Diotima ipsa deinde interpretatur. Nam in his τί pro κατὰ τί vel διὰ τί positum. De omissa apodosi vid. ad p. 199. E.

ὅτι Γενέσθαι αὐτῷ] h. e. cupit, ut ea, quae pulcra sunt, sibi contingant.

E. Φέρε, ὦ Σ., ἐρᾷ ὁ ἐρῶν —] h. e. age, amat amans ea, quae bona sunt; quid tum expetit? quod dictum est maiore cum alacritate pro vulgari: si amans bona amat, quid tum expetit? Platonica huius usus exempla consignavit Winckelmann. Praefat. ad Euthydem. p. XII sq. Alia ex aliis scriptoribus collegerunt Bernhardy. Synt. p. 385. Matthiae ad Eurip. Or. 635. Fritsch. Coniect. p. 34. De Latinis v. Matthiae ad Cic. Or. pro Rosc. Am. c. 20. pro Muren. c. 30. Heindorf. ad Hor. Serm. I. 1, 45. Rama-

δ' ἐγώ, ἔχω ἀποκρίνασθαι, ὅτι εὐδαίμων ἔσται. Κτήσει γάρ, ἔφη, ἀγαθῶν οἱ εὐδαίμονες εὐδαίμονες. καὶ οὐκέτι προσδεῖ ἐρέσθαι, Ἵνα τί δὲ βούλεται εὐδαίμων εἶναι ὁ βουλόμενος; ἀλλὰ τέλος δοκεῖ ἔχειν ἡ ἀπόκρισις. Ἀληθῆ λέγεις, εἶπον ἐγώ. Ταύτην δὴ τὴν βούλησιν καὶ τὸν ἔρωτα τοῦτον πότερα κοινὸν οἴει εἶναι πάντων ἀνθρώπων, καὶ πάντας τἀγαθὰ βούλεσθαι αὐτοῖς εἶναι ἀεί, ἢ πῶς λέγεις; Οὕτως, ἦν δ' ἐγώ· κοινὸν εἶναι πάντων. Τί δὴ οὖν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὐ πάντας ἐρᾶν φαμεν, εἴπερ γε πάντες τῶν αὐτῶν ἐρῶσι καὶ ἀεί, ἀλλά τινάς φαμεν ἐρᾶν, τοὺς δ' οὔ; Θαυμάζω, ἦν δ' ἐγώ, καὶ αὐτός. Ἀλλὰ μὴ θαύμαζ', ἔφη· ἀφελόντες γὰρ ἄρα τοῦ ἔρωτός τι εἶδος ὀνομάζομεν τὸ τοῦ ὅλου ἐπιτιθέντες ὄνομα ἔρωτα, τὰ δὲ ἄλλα ἄλλοις καταχρώμεθα ὀνόμασιν. 205 B

ἐρῶν κ. τ. λ. Pro isto ἐρῶ Bodl. Vat. *A*. Coisl. Vind. 2. Par. D F K. Ambr. Ang. u. Vat. p. r. habent ἐρᾷ, quam veram esse lectionem vidit Winckelmann. Praefat. ad Euthydem. p. XII. cui frustra obloquutus est Voegelinus. Ven. Ξ. ἐρῶ omittit, et delendum censuerunt Bastius, Astius, Bekkerus, alii. C. Fr. Herm. ἔροιτο· ὁ ἐρῶν scripsit.

P. 205. *Ταύτην δὴ τὴν βούλησιν*] δὲ Bodl. Vat. *A*. Ven. Ξ. Vind. 2. Ang. w. Vat. p., ut ediderunt Turicenss.

B. *ἀφελόντες γὰρ ἄρα*] ἄρα om Bodl. Vat. *A*. Vind. 2. Par. D K. Ambr. Ang. w. Vat. p. r. Flor. n. et pr. Ven. Ξ. Omiserunt item Turicenss. Ego vero servandum puto. Neglectum est ob particulae *γάρ* vicinitatem; v. infra.

horn. Gr. §. 193. VI. A. Unum exemplum afferam Aristophan. Ecclesiaz. 179: *ἐπέτρεψας ἑτέρῳ· πλείον' ἔτι δράσει κακά*.

P. 205. *Ἵνα τί δὲ βούλεται*] Ad *ἵνα τι* intelligas *γένηται*, v. Hermann. ad Viger. p. 849. coll. Apolog. Socrat. p. 26. C.

B. *ἀλλά τινάς φαμεν ἐρᾶν* —] Sententia haec est: In hominibus, inquit, qui Amor vocatur, nihil aliud est nisi cupiditas beatitudinis omnibus innata. Sed nomen Amoris paullatim ab universo genere quasi avulsum et ad unam quandam formam cupiditatis translatum est. Etenim plerumque Amorem intelligunt studium pariendi et generandi pulcrum ex pulcro, tam ad animum, quam ad corpus. In proximis *γὰρ ἄρα*, quo significatur id, quod causae loco afferatur, colligi ex antecedentibus et concludi, positum, ut Protagor. p. 315. D: *ἐπεδήμει γὰρ ἄρα Πρόδικος ὁ Κεῖος*, ubi v. Heindorf.

τὰ δὲ ἄλλα] quod autem ceteras attinet totius generis formas et partes.

Ὥςπερ τί; ἦν δ' ἐγώ. Ὥςπερ τόδε. οἶσθ', ὅτι ποίησίς ἐστί τι πολύ. ἡ γάρ τοι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ ὂν ἰόντι ὁτῳοῦν αἰτία πᾶσά ἐστι ποίησις, ὥςτε καὶ
C *αἱ ὑπὸ πάσαις ταῖς τέχναις ἐργασίαι ποιήσεις εἰσὶ καὶ οἱ τούτων δημιουργοὶ πάντες ποιηταί. Ἀληθῆ λέγεις. Ἀλλ' ὅμως, ἦ δ' ἥ, οἶσθ', ὅτι οὐ καλοῦνται ποιηταί, ἀλλ' ἄλλα ἔχουσιν ὀνόματα, ἀπὸ δὲ πάσης τῆς ποιήσεως ἓν μόριον ἀφορισθὲν τὸ περὶ τὴν μουσικὴν καὶ τὰ μέτρα τῷ τοῦ ὅλου ὀνόματι προςαγορεύεται. ποίησις γὰρ τοῦτο μόνον καλεῖται, καὶ οἱ ἔχοντες τοῦτο τὸ μόριον τῆς ποιήσεως ποιηταί. Ἀληθῆ λέγεις, ἔφην. Οὕτω τοίνυν καὶ περὶ τὸν*

ἡ γάρ τοι ἐκ τοῦ μ.] *τι* Bodl. Vat. *A.* Par. DFK. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. p. r. Flor. b. i.

C. *Ἀλλ' ὅμως, ἦ δ' ἥ, οἶσθ' ὅτι*] Bekkerus pro *ἦδη* correxit *ἦ δ' ἥ*. Sed quum *ἦ δ' ὅς* et *ἔφη* in recta oratione subinde omittatur, veluti de Rep. IV. p. 425 C. v. p. 459. A. dubitare aliquis possit, num hac opus sit mutatione. Neque ea probata est Buttmanno Grammat. ampl. T. II. P. II. p. 430., qui veterum grammaticorum affert testimonia *ἦ δ' ὅς* etiam de feminis usurpatum esse affirmantium. Verum horum testimoniorum non ea est vis, ut non item *ἦ δ' ἥ* usurpatum esse credere liceat. Quam otiosum autem et molestum sit istud *ἦδη*, quum hic tum maxime infra p. 206. B. intelligere licet. Dein pro *ἔχουσι* Bodl. Vat. *A.* Vind. 2. Par DK. Ang. u. Vat. p. et pr. Ven. *Ξ*. ἔχουσιν.

Ὥςπερ τί;] frequens formula, quum quis exemplum rei afferri iubet, v. Hoogeveen. ad Viger. p. 572.

ὅτι ποίησίς ἐστί τι πολύ] h. e. multiplex quiddam et late patens, quia huius vocabuli significatio latissime patet. Sic *πολύς* positum Politic. p. 282. A. De Rep. VII. p. 526. E. De proximis Sophist. p. 219. B: *πᾶν ὅπερ ἂν μὴ πρότερόν τις ὂν ὕστερον εἰς οὐσίαν ἄγῃ, τὸν μὲν ἄγοντα ποιεῖν, τὸ δὲ ἀγόμενον ποιεῖσθαι πού φαμεν.* Ad verba *αἱ ὑπὸ πάσαις τέχναις ἐργασίαι* contendas Hipp. mai. p. 295. D: *ὄργανα πάντα τά τε ὑπὸ τῇ μουσικῇ καὶ τὰ ὑπὸ ταῖς ἄλλαις τέχναις.* De Rep. VI. p. 511. A: *ὅτι τὸ ὑπὸ ταῖς γεωμετρίαις λέγεις.*

D. *τὸ μὲν κεφάλαιόν ἐστιν — παντί*] in universum quidem omnis bonorum ac felicitatis appetitio unicuique maximus est atque dolosus Amor, i. e in universum quaevis bonorum ac felicitatis cupiditas cuique amor est maximus atque insidiosus. Iungenda verba in hunc modum: *τὸ μὲν κεφάλαιον ἡ τῶν ἀγαθῶν καὶ τοῦ εὐδαιμονεῖν ἐπιθυμία ἐστὶ παντὶ ὁ μέγιστός τε καὶ δολερὸς ἔρως.* De articulo praedicato adiecto v. Rost. Gr. §. 98. A. p. 447. ed. 4. Matthiae Gr. 268. et not. ad Gorg. p. 491. E Tribuit au-

ἔρωτα· τὸ μὲν κεφάλαιόν ἐστι πᾶσα ἡ τῶν ἀγαθῶν D
ἐπιθυμία καὶ τοῦ εὐδαιμονεῖν ὁ μέγιστός τε καὶ δο-
λερὸς ἔρως παντί· ἀλλ' οἱ μὲν ἄλλῃ τρεπόμενοι πολ-
λαχῇ ἐπ' αὐτόν, ἢ κατὰ χρηματισμὸν ἢ κατὰ φιλο-
γυμναστίαν ἢ κατὰ φιλοσοφίαν, οὔτ' ἐρᾶν καλοῦνται
οὔτ' ἐρασταί, οἱ δὲ κατὰ ἕν τι εἶδος ἰόντες τε καὶ
ἐσπουδακότες τὸ τοῦ ὅλου ὄνομα ἴσχουσιν, ἔρωτά
τε καὶ ἐρᾶν καὶ ἐρασταί. Κινδυνεύεις ἀληθῆ, ἔφην
ἐγώ, λέγειν. Καὶ λέγεταί μέν γέ τις, ἔφη, λόγος, ὡς
οἱ ἂν τὸ ἥμισυ ἑαυτῶν ζητῶσιν, οὗτοι ἐρῶσιν· ὁ δ' E
ἐμὸς λόγος οὔθ' ἡμίσεός φησιν εἶναι τὸν ἔρωτα οὔθ'
ὅλου, ἐὰν μὴ τυγχάνῃ γέ που, ὦ ἑταῖρε, ἀγαθὸν

D. *ἀλλ' οἱ μὲν ἄλλῃ τρ.*] Sic Bodl. Coisl. Vat. Δ. Vind. 1. 2. Ven. Ξ. Par. D F. Ang. u. w. Vat. n. r. et rec. Ambr. Vett. editt. *οἱ μὲν ἄλλοι.* Dein Coisl. *πανταχῇ τε καὶ πολλαχῇ.*

κατὰ φιλογυμναστίαν] V. *φιλογυμνασίαν.* Illud praebuerunt Vat. Δ. Coisl. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. D F K. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. p. r. Flor. a. b. c. i. n.

ἰόντες τε καὶ ἐσπουδ.] Inserui *τε* e Bodl. Vat. Δ. Coisl. Par. K. Vind. 1. 7. Ang. u. w. Vat. n. p. r. Flor. a. b. c. i. v. ad Gorg. p. 460. D. Charmid. p. 159. D.

τοῦ ὅλου ὄνομα ἴσχουσιν] V. *ἴσχουσιν*, quod solus Par. E. Vat. s. Flor. b. tenent.

ἔφην ἐγώ, λέγειν] Sic codd. fere omnes. Legebatur *λέγειν, ἔφην ἐγώ.* Dein Par. K. Vat. p. *λόγος ἔφη.*

tem Diotima huic cupidini eas virtutes, quae antea Amori tanquam deo erant attributae, ac nominatim astutiam (p. 203. D.), in quo non est quod haereamus. Unum tamen est, in quo etiamnum offendo, dico coniunctionem superlativi *μέγιστος* cum *δολερός* positivo. Vide igitur an *δολερώτατος* sit corrigendum. Quo restituto hic amor felicitatis vocatur longe potentissimus atque talis, qui maximas insidias struere soleat, siquidem homines omnia moliuntur, ut ad beatae vitae possessionem perveniant. Non igitur possumus a nobis impetrare, ut assentiamur Fr. Creuzero Annal. Vindobb. l. c. p. 137. corrigenti: *ὁρμητικός τε καὶ τολμηρὸς ἔρως παντί.* Nec verum perspexit Hommelius, qui *καὶ κοινὸς ἔρως* reponi voluit, et Pflugk. Sched. Critt. p. 34. qui coniecit *ὁλόκληρος ἔρως πάντῃ.*

ἄλλῃ τρεπόμενοι πολλαχῇ] Explicantur haec verbis proximis: *ἢ κατὰ χρηματισμόν — φιλοσοφίαν.* Ceterum v. p. 178. A: *ὅτι μέγας θεὸς εἴη ὁ Ἔρως — πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλῃ.* Menexen. p. 237. C: *ἔστι δὲ ἀξία ἡ χώρα — ἐπαινεῖσθαι πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλῃ κ. τ. λ.*

Καὶ λέγεταί μέν γέ τις — λόγος] Respicit ad ea, quae disputavit Aristophanes. v. infra p. 212. C. Cap. XXX. in.

ὄν· ἐπεὶ αὐτῶν γε καὶ πόδας καὶ χεῖρας ἐθέλουσιν ἀποτέμνεσθαι οἱ ἄνθρωποι, ἐὰν αὐτοῖς δοκῇ τὰ ἑαυτῶν πονηρὰ εἶναι. οὐ γὰρ τὸ ἑαυτῶν, οἶμαι, ἕκαστοι ἀσπάζονται, εἰ μὴ εἴ τις τὸ μὲν ἀγαθὸν οἰκεῖον καλεῖ καὶ ἑαυτοῦ, τὸ δὲ κακὸν ἀλλότριον· ὡς οὐδέν γε
206 ἄλλο ἐστὶν οὗ ἐρῶσιν ἄνθρωποι ἢ τοῦ ἀγαθοῦ. ἢ σοὶ δοκοῦσιν; Μὰ Δί' οὐκ ἔμοιγε, ἦν δ' ἐγώ. Ἆρ' οὖν, ἦ δ' ἥ, οὕτως ἁπλοῦν ἐστι λέγειν, ὅτι οἱ ἄνθρωποι τἀγαθοῦ ἐρῶσι; Ναί, ἔφην. Τί δέ; οὐ προσθετέον, ἔφη, ὅτι καὶ εἶναι τὸ ἀγαθὸν αὐτοῖς ἐρῶσιν; Προσθετέον. Ἆρ' οὖν, ἔφη, καὶ οὐ μόνον εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ εἶναι; Καὶ τοῦτο προσθετέον. Ἔστιν ἄρα ξυλλήβδην, ἔφη, ὁ ἔρως τοῦ τὸ ἀγαθὸν αὐτῷ εἶναι ἀεί. Ἀληθέστατα, ἔφην ἐγώ, λέγεις.

E. ἐπεὶ αὐτῶν γε καὶ π.] V. τε pro γε, quod codd. omnes praeter Vat. s. et fortasse Vind. 1. 7. suppeditarunt

οἰκεῖον καλεῖ] καλῇ Vat. Δ. Bodl. Vat. s. Par. F. καλοῖ corr. Coisl.

P. 206. οὗ ἐρῶσιν ἄνθρωποι] Ven. Ξ. Vind. 2. Par. K. Ambr. Vat. n. p. r. Vind. 1. 2. 7. Flor. n. οἱ ἄνθρωποι. Bekkerus scripsit ἄνθρωποι. Sed articulo haudquaquam opus esse docebunt quae scripsimus ad Protagor. p. 355. A. de Rep. X. p. 603. C. Apolog. Socrat. p. 39. C. Dein recte Vat. Δ. Coisl. Ven. Ξ. Par. F. Ambr. ἢ σοὶ δοκοῦσιν. Vett. editt. ἦ.

Ἆρ' οὖν, ἦ δ' ἥ, οὕτως ἁπλοῦν] Hic quoque Bekkerus pro vulg. ἤδη de coniectura scripsit ἦ δ' ἥ. Mox Coisl. Par. F. Vat. n. τί δαί;

ἀλλὰ καὶ ἀεὶ εἶναι] καὶ additum e Bodl. Vat. Δ. Coisl. Ven. Ξ. Vind. 1. 2. 7. Par. D K. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. p. r. Flor. a. b. c. i. n. Enimvero omisso καὶ secundi membri ea foret vis, ut quod in priore dictum est, id totum corrigeretur atque tolleretur.

E. εἰ μὴ εἴ τις] εἰ μὴ εἰ, ut Latin. nisi si sic usurpatur ut alterum εἰ exceptioni conditionem adiiciat, conf. infra p. 221. D. Gorg. 480. B. Lach. 196. A. De Rep. IX. 581. D. al.

P. 206. οὗ ἐρῶσιν ἄνθρωποι ἢ τοῦ ἀγαθοῦ;] Alia huius constructionis exempla dabit Matthiae Gr. §. 631. p. 1299. ed. 2.

οὕτως ἁπλοῦν ἐστι λ.] sic simpliciter ac sine exceptione verum est. Ita ἁπλοῦν Phaedr. p. 244. A. Protag. 331. E. Phaedon. 62. A. Euthydem. 288. E. De Rep. VIII. 345. D. al. Ad praecedentia Μὰ Δί' οὐκ ἔμοιγε intell. δοκοῦσιν ἄλλου τινὸς ἐρᾶν.

B. διωκόντων αὐτό] Intell. τὸ τἀγαθὸν αὐτοῖς εἶναι ἀεί. Verba σύντασις καὶ σπουδὴ iunguntur ut συντείνεσθαι καὶ σπουδάζειν Euthydem. p. 288. D. Deinde post ἔργον interposui si-

Cap. XXV. *Ὅτε δὴ τούτου ὁ ἔρως ἐστὶν ἀεί,* B *ἦ δ' ἥ, τῶν τίνα τρόπον διωκόντων αὐτὸ καὶ ἐν τίνι πράξει ἡ σπουδὴ καὶ ἡ σύντασις ἔρως ἂν καλοῖτο; τί τοῦτο τυγχάνει ὂν τὸ ἔργον; ἔχεις εἰπεῖν; Οὐ μέντ' ἄν σέ, ἔφην ἐγώ, ὦ Διοτίμα, ἐθαύμαζον ἐπὶ σοφίᾳ καὶ ἐφοίτων παρὰ σὲ αὐτὰ ταῦτα μαθησόμενος. Ἀλλ' ἐγώ σοι, ἔφη, ἐρῶ. ἔστι γὰρ τοῦτο τόκος ἐν καλῷ καὶ κατὰ τὸ σῶμα καὶ κατὰ τὴν ψυχήν. Μαντείας, ἦν δ' ἐγώ, δεῖται ὅ τι ποτὲ λέγεις,* C *καὶ οὐ μανθάνω. Ἀλλ' ἐγώ, ἦ δ' ἥ, σαφέστερον ἐρῶ. κυοῦσι γάρ, ἔφη, ὦ Σώκρατες, πάντες ἄνθρωποι καὶ κατὰ τὸ σῶμα καὶ κατὰ τὴν ψυχήν, καὶ ἐπειδὰν ἔν τινι ἡλικίᾳ γένωνται, τίκτειν ἐπιθυμεῖ ἡμῶν ἡ φύσις. τίκτειν δὲ ἐν μὲν αἰσχρῷ οὐ δύναται,*

ἀγαθὸν αὐτῷ εἶναι ἀεί] *αὐτὸ* Bodl. Par. DK. Ang. w. Ambr. *αὐτῷ* Florentini.

B. *τούτου ὁ ἔρως ἐστίν*] Libri *τοῦτο*. Correxit Bastius. Post *ἐστίν* Bekkerus abiecit *ἀεί*, quod omittit Vat. *Δ*. Sed vere illud critici tuentur eo, quod studium semper esse cupidinem huius rei significetur. Hic rursus *ἦ δ' ἥ* de Bekkeri coniectura dedi. Nam *ἤδη* nemo est quin videat ab hoc loco prorsus alienum esse. Dein pro *τῶν* Bodl. *τὸν* habet.

διωκόντων αὐτό] V. *αὐτόν*, quod e Bodl. Vat. *Δ*. Vind. 1. 2. 7. Flor. n. Par. DK. emendatum. Dein Bodl. Vat. *Δ*. Coisl. Par. EF. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. r. s. *ἢ σπουδῇ* vel *ἡ σπουδῇ*. Pro vulg. *σύστασις* recte Bodl. Vat. *Δ*. Vind. 2. *σύντασις*. Ita Euthydem. p. 288. D.

C. *Ἀλλ' ἐγώ, ἦ δ' ἥ, σαφέστερον ἐρῶ*] Bekkerus *ἦ δ' ἥ* de coniectura scripsit. Libri *ἤδη*.

καὶ κατὰ τὸ σῶμα] Hoc *καὶ* abest a Bodl. Vat. *Δ*. Ven. *Ξ*. Vind. 2. Par. DK. Ang. w. Vat. p.

gnum interrogandi, quo maiorem haberet oratio vigorem et alacritatem. Qua in re secutus sum auctoritatem Heindorfii ad Charmid. p. 162. B. ubi leguntur haec: *τί οὖν ἂν εἴη ποτὲ τὸ ἑαυτοῦ πράττειν; ἔχεις εἰπεῖν;* Infra p. 207. B: *τίς αἰτία — διατίθεσθαι; ἔχεις λέγειν;*

Οὐ μέντ' ἄν σέ, ἔφην — καὶ ἐφοίτων] Intell. *εἰ εἰπεῖν εἶχον*. Nam perperam haec interpretatus est Wolfius. De dictione *θαυμάζειν τινὰ ἐπὶ σοφίᾳ* vid. Theaet p. 161. C. Xenoph. Mem. I. 4, 2. Rost. §. 109. not. 4. Eleganter autem Socrates utitur verbo *φοιτᾶν*, quod constat imprimis dici solere de discipulis magistrum frequentantibus, qui inde dicti sunt *φοιτηταί*, vid. Pierson. ad Moer. p. 400.

Μαντείας — δεῖται] Sic loquebantur Graeci de rebus obscuris, v. Valcken. ad Hippol. v. 236.

ἐν δὲ τῷ καλῷ [ἡ γὰρ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνουσία τόκος ἐστίν.] ἔστι δὲ τοῦτο θεῖον τὸ πρᾶγμα, καὶ τοῦτο ἐν θνητῷ ὄντι τῷ ζώῳ ἀθάνατον ἔνεστιν, ἡ κύησις καὶ ἡ γέννησις. ταῦτα δ' ἐν τῷ ἀναρμόστῳ
D ἀδύνατον γενέσθαι. ἀνάρμοστον δ' ἐστὶ τὸ αἰσχρὸν παντὶ τῷ θείῳ, τὸ δὲ καλὸν ἁρμόττον. Μοῖρα οὖν καὶ Εἰλείθυια ἡ καλλονὴ ἐστι τῇ γενέσει. διὰ ταῦτα ὅταν μὲν καλῷ προσπελάζῃ τὸ κυοῦν, ἵλεών τε γίγνεται καὶ εὐφραινόμενον διαχεῖται καὶ τίκτει τε καὶ γεννᾷ· ὅταν δε αἰσχρῷ, σκυθρωπόν τε καὶ λυπούμε-

ἡ γὰρ ἄνδρὸς — τόκος ἐστίν] Haec verba Astius et Rückertus delenda censuerunt. v. ann.

ἀθάνατον ἔνεστιν] Sic Bodl. Vat. *A*. Vind. 2 Ang. w. Ante Bekkerum scribebatur ἐστιν. Iidem libri deinde τὰ δ' ἐν τῷ ἀναρμόστῳ pro vulg. ταῦτα δ' ἐν τ. ἀν., quod placuit Turicensibus. Tum vitiose παντὶ τῷ θεῷ Bodl. Coisl. Vind. 2. Par. DK. Ang. w. Vat. p.

D. καὶ Εἰλείθυια] Sic Coisl. Ven. *Ξ*. Vind. 1. 2. Par. F. Ang. u. Vat. d. n. r. Flor. a. b. i. Vulgo erat Εἰλήθυια. In Vat. *A*. scriptum exstat: ἡλήθυια. v. Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 911 sqq.

ἵλεών τε γίγνεται] δὴ vulgo post τε interpositum om. Bodl. Vat. *A*. Coisl. Ven. *Ξ*. Vind. 2. Par. D F K. Ambr. Ang. u. w. Vat. d. n. p. r. Flor. a. b. c. i. n.

συσπειρᾶται καὶ ἀποτρ.] συνσπείρεται Bodl. Vat. *A*. Dein ἀνειλλεται Bodl. Vat. *A*. Vind. 1. 2. 7. Flor. a. n. Par. D. Ang. w Vat. d. p. Vett. editt. ἀνειλεῖται. conf. tamen Bekkeri Anecdot. I. p. 19.

C. ἡ γὰρ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνουσία τόκος ἐστίν] Recte Astius, Rükkertus et Voegelinus haec verba pro suppositiciis habent. Nam quum per se inepta sunt, tum etiam turbant argumentationem, quae iis eiectis rectissime progreditur. Ceterum de studio immortalitatis procreandis liberis ad posteritatis memoriam propagandae similiter disputat philosophus Legg. IV. p. 721. C. VI. p. 774. A., quibus cum locis contendas Ciceron. Tusc. I. 35.

D. Μοῖρα οὖν — τῇ γενέσει] Sententia haec est: Quia ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνουσία est divinum quiddam propter immortalitatis effectionem, divinum autem non nisi cum pulcro habet coniunctionem; propterea pulcritudo est quasi quaedam obstetrix et conservatrix vitae. De Ilithyia dea obstetricia vid. Boettiger in peculiari libello de Ilithyia. Vinar. 1799. et Creuzer. Symbol. T. II. p. 120 sqq. Est autem naturalis quasi Parcae socia, in cuius consortio saepe a poetis exhibetur, adeoque vocatur πάρεδρος Μοιρῶν, v. Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Dian. 22. atque Dissen. ad Pindar. Nem. VII. 1 sqq.

νον συσπειρᾶται καὶ ἀποτρέπεται καὶ ἀνείλλεται καὶ οὐ γεννᾷ, ἀλλ' ἴσχον τὸ κύημα χαλεπῶς φέρει. ὅθεν δὴ τῷ κυοῦντί τε καὶ ἤδη σπαργῶντι πολλὴ ἡ πτοίησις γέγονε περὶ τὸ καλὸν διὰ τὸ μεγάλης ὠδῖνος E *ἀπολύειν τὸν ἔχοντα. ἔστι γάρ, ὦ Σώκρατες, ἔφη, οὐ τοῦ καλοῦ ὁ ἔρως, ὡς σὺ οἴει. Ἀλλὰ τί μήν; Τῆς γεννήσεως καὶ τοῦ τόκου ἐν τῷ καλῷ. Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Τί δὴ οὖν τῆς γεννήσεως; ὅτι ἀειγενές ἐστι καὶ ἀθάνατον ὡς θνητῷ ἡ γέννησις. ἀθανασίας δὲ ἀναγκαῖον ἐπιθυμεῖν μετὰ ἀγαθοῦ ἐκ* 207

14. et Plotin. Ennead. I. 6. p. 51. F. unde quis *ἀνίλλεται* scribendum suspicetur, quod habet Ambr. Sed de scriptura hufus verbi grammatici valde inter se dissentiunt. v. Ruhnk. ad Tim. Gloss. p. 69 sq. ibid. Hemsterhus. p. 94. Valcken. ad Theocrit. Adon. p. 248 sq. Creuzer ad Plotin. de Pulcritud. p. 339. Buttmann. Lexilog. II. p. 141 sqq. Grammat. T. II. p. 119.

πολλὴ ἡ πτοίησις] Inepte olim scribebatur *ποίησις*. Quod feliciter emendavit Abresch. Dilucidatt. Thucyd. p. 120. probante Schaefero ad Gregor. Corinth. p. 923. et Creuzero ad Plotin. de Pulcrit. p. 212. Et praebuerunt *πτοίησις* Vat. d. Ang. u. et corr. Par. E. Ambr. Bekkerus invitis libris dedit *πτόησις*, ut est in libris nonnullis Cratyl. p. 404. A. Protagor. p. 310. D.

E. *ὠδῖνος ἀπολύειν*] *ἀπολαύειν* cum Bodl. et Vat. *A*. non pauci, sed manifesto errore.

οὐ τοῦ καλοῦ ὁ ἔρως] ὁ additum ex Bodl. Vat. *A*. Ven. *E*. Vind. 1. 2. 7. Par. D K. Ambr. Ang. w. Vat. d. p. r. Flor. n.

εὐφραινόμενον διαχεῖται] Communis fuit veterum sententia animum voluptate diffundi, tristitia contrahi, de qua re uberius disputatur Phileb. p. 31. A sqq. v. Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 103. et Davis. ad Cicer. Tusc. III. 25.

συσπειρᾶται] i. e. *συστέλλεται*.

ἀνείλλεται] quasi denuo convolvitur.

ἤδη σπαργῶντι πολλὴ ἡ πτοίησις] *Πτοεῖσθαι* et *πτοίησις* s. *πτόησις* dici de iis, qui circa aliquid praecupiditate trepidant, docuit Creuzer. ad Plotin. de Pulcrit. p. 212.

E. *διὰ τὸ μεγάλης—τὸν ἔχοντα*] h. e. *διότι τὸ καλὸν μεγάλης ὠδῖνος ἀπολύει τὸν ἔχοντα αὐτό*.

Ἀλλὰ τί μήν;] h. e. *ἀλλὰ τί μὴν ἄλλο*; Politic. p. 259. B: *καὶ μὴν οἰκονόμος γε καὶ δεσπότης ταὐτόν. Σωκρ. Τί μήν;* Ibid. C. Phileb. p. 44. C: *οἷ τὸ παράπαν ἡδονὰς οὐ φασιν εἶναι.* Prot. *Τί μήν;* h. e. *τί μὴν ἄλλο φασὶν αὐτὰς εἶναι*; Ibid. p. 23. E. v. Schaefer. ad Sophocl. Trachin. v. 390. Frustra igitur Stephanus coniecit *ἀλλά τίνος μήν*;

ἀθάνατον ὡς θνητῷ] ut mortali, i. e. ut in mortale cadit, v. Matth. Gr. §. 388. a.

τῶν ὡμολογημένων, εἴπερ τοῦ ἀγαθοῦ ἑαυτῷ εἶναι ἀεὶ ἔρως ἐστίν. ἀναγκαῖον δὴ ἐκ τούτου τοῦ λόγου καὶ τῆς ἀθανασίας τὸν ἔρωτα εἶναι.

Cap. XXVI. Ταῦτά τε οὖν πάντα ἐδίδασκέ με, ὁπότε περὶ τῶν ἐρωτικῶν λόγους ποιοῖτο, καί ποτε ἤρετο, Τί οἴει, ὦ Σώκρατες, αἴτιον εἶναι τούτου τοῦ ἔρωτος καὶ τῆς ἐπιθυμίας; ἢ οὐκ αἰσθάνει, ὡς δεινῶς διατίθεται πάντα τὰ θηρία, ἐπειδὰν γεννᾶν
B ἐπιθυμήσῃ, καὶ τὰ πεζὰ καὶ τὰ πτηνά, νοσοῦντά τε πάντα καὶ ἐρωτικῶς διατιθέμενα, πρῶτον μὲν περὶ τὸ ξυμμιγῆναι ἀλλήλοις, ἔπειτα περὶ τὴν τροφὴν τοῦ γενομένου, καὶ ἕτοιμά ἐστιν ὑπὲρ τούτων καὶ διαμάχεσθαι τὰ ἀσθενέστατα τοῖς ἰσχυροτάτοις καὶ ὑπεραποθνήσκειν, καὶ αὐτὰ τῷ λιμῷ παρατεινόμενα, ὥστ' ἐκεῖνα ἐκτρέφειν, καὶ ἄλλο πᾶν ποιοῦντα; τοὺς

P. 207. εἴπερ τοῦ ἀγαθοῦ ἑαυτῷ εἶναι ἀεὶ ἔρως] Haec est vulgata lectio librorum optimorum plurimorumque confirmata suffragiis. Vind. 2. habet τὸ τἀγαθόν. Unde Bastius exsculpsit: εἴπερ τοῦ τἀγαθὸν ἑαυτῷ, quod est in Ven. Ξ. Id receperunt Bekkerus, Astius, alii. Sed recte vulgatam tuetur Rükkertus consentiente Sommero l. c. p. 559. et in Seebod. bibl. crit. 1828. Fasc. 1. N. 12. p. 92. siquidem primaria sententiae pars haec est: εἴπερ ἔστιν ἔρως τοῦ ἀγαθοῦ, quibus explicationis gratia additur ἑαυτῷ εἶναι ἀεί. Ceterum Bekkerus ante ἔρως interposuit ὁ articulum, quem nec libri habent nec putamus necessarium.

B. τοῦ γενομένου] γεννωμένου Par. D K. Vat. p. Vind. 1. 2. 7.

ὥστ' ἐκεῖνα ἐκτρέφειν] Schleiermacher.: um sie nur zu ernähren. Recte. Fallitur enim Hommel. ὥστε sic usurpari negans ideoque voculam eiectam cupiens. conf. De Rep. VIII. p. 549. C. al.

C. Καὶ ἐγὼ αὖ ἔλεγον] V. ἂν ἔλεγον, quod mutatum e

P. 207. εἴπερ τοῦ ἀγαθοῦ ἑαυτ. — ὁ ἔρως ἐστίν] h. e. εἴπερ ὁ ἔρως ἐστὶν ἔρως τοῦ ἀγαθοῦ ἑαυτῷ εἶναι ἀεί. Nam subiectum ὁ ἔρως ex antecedentibus repetendum.

B. ἕτοιμά ἐστιν ὑπὲρ τούτων] „Pertinet τούτων ad τοῦ γενομένου: quod quum positum sit ut nomen collectivum, ut grammatici vocant; recte illud numerum pluralem sequi apparet, v. Dorvill. ad Charit. p. 353.“ Fischerus. Paullo ante νοσεῖν, περί τι dictum de vehementi cupiditate, de quo usu v. ad Phaedrum p. 228. B.

καὶ αὐτὰ τῷ λιμῷ παρατεινόμενα] Pendent haec verba ex αἰσθάνει. Nam mutatur orationis constructio; quae si retineretur, sic fere haec adderentur: καὶ ὡς αὐτὰ τῷ λιμῷ παρατείνεται. Ceterum αὐτὰ est sponte. De articulo τῷ ante λιμῷ v. ad p. 191. A. Dein αἰτία cum infinitivo iunctum atti-

μὲν γὰρ ἀνθρώπους, ἔφη, οἵοιτ' ἄν τις ἐκ λογισμοῦ ταῦτα ποιεῖν· τὰ δὲ θηρία τίς αἰτία οὕτως ἐρωτικῶς διατίθεσθαι; ἔχεις λέγειν; Καὶ ἐγὼ αὖ ἔλεγον, C ὅτι οὐκ εἰδείην. Ἦ δ' εἶπε, Διανοεῖ οὖν δεινός ποτε γενήσεσθαι τὰ ἐρωτικά, ἐὰν ταῦτα μὴ ἐννοῇς; Ἀλλὰ διὰ ταῦτά τοι, ὦ Διοτίμα, ὅπερ νῦν δὴ εἶπον, παρὰ σὲ ἥκω, γνοὺς ὅτι διδασκάλων δέομαι. ἀλλά μοι λέγε καὶ τούτων τὴν αἰτίαν καὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ τὰ ἐρωτικά. Εἰ τοίνυν, ἔφη, πιστεύεις ἐκείνου εἶναι φύσει τὸν ἔρωτα, οὗ πολλάκις ὡμολογήκαμεν, μὴ θαύμαζε. ἐνταῦθα γὰρ τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ λόγον D ἡ θνητὴ φύσις ζητεῖ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀεί τε εἶναι καὶ ἀθάνατος. δύναται δὲ ταύτῃ μόνον, τῇ γενέσει, ὅτι ἀεὶ καταλείπει ἕτερον νέον ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ· ἐπεὶ καὶ ἐν ᾧ ἕν ἕκαστον τῶν ζώων ζῆν καλεῖται καὶ

Bodl. corr. et Ven. Ξ. Vind. 2. Mire Rückertus veterem lectionem sic defendit, ut Platonem dicat ἄν posuisse negligentius quam verius.

Διανοεῖ οὖν] V. *Διανοῇ*. Sed *διανοεῖ* habet pr. Coisl. et confirmat quod habet Bodl. Ang. w. *διανόει*.

γνοὺς ὅτι διδασκάλων δέομαι] *ὅτι καὶ δ. δ.* Par. DK. Vat. p.

D. *ἀεί τε εἶναι καὶ ἀθάνατος*] *ἀεὶ τὸ εἶναι* Bodl. Ambr. Vat. r. Flor. n. Vind. 1. Idem habent, sed omisso *καί*, Par. DK. Vat. p. Vind. 7. — *τὸ εἶναι ἀεί*. Ven. Ξ. Vind. 2.

ἐπεὶ καὶ ἐν ᾧ ἕν ἕκ.] Verba *ἐν ᾧ*, vulgo temere omissa, servarunt Bodl. Vat. Δ. Coisl. Par. DEFK. Ambr. Ang. u. w. Vat. d. n. p. r. s. Vind. 1. 7. Flor. a. b. c. i. n. Astius olim coni. *ἐν ᾧ* — *ζῇ, καλεῖται* — *αὐτό*. In nova edit. suspecta habet verba *ἕν ἕκ. τῶν ζώων*. Hommelii coniecturam tacere satius est. Is enim hic quoque sanissima verba foedis commaculavit erroribus.

gimus ad Phaedon. p. 97. A. Hipp. Mai. p. 299. E.

C. *ἐκείνου εἶναι φύσει τὸν ἔρωτα*] h. e. *τὸν ἔρωτα εἶναι ἔρωτα ἐκείνου, οὐ αὐτὸν ἔρωτα εἶναι π. ὠμ.*

D. *τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ λόγον*] h. e. eadem ratione, qua antea dictum est. De dativo *ἐκείνῳ* v. Matthiae Gr. §. 385. Ad rem conf. p. 206. E. *ἐνταῦθα* autem referas ad brutas animantes.

ἐπεὶ καὶ ἐν ᾧ ἕν ἕκαστον —] Nam etiam eo tempore, quo unumquodque animal vulgari opinione vivit atque semper idem est, nullamque experiri mutationem partium suarum putatur, veluti quum quis inde a pueritia usque ad senectutem idem semper esse dicitur, tantum abest, ut semper unum idemque maneat, ut aliis partibus quasi

εἶναι τὸ αὐτό, οἷον ἐκ παιδαρίου ὁ αὐτὸς λέγεται ἕως ἂν πρεσβύτης γένηται· οὗτος μέντοι οὐδέποτε τὰ αὐτὰ ἔχων ἐν αὑτῷ ὅμως ὁ αὐτὸς καλεῖται, ἀλλὰ νέος ἀεὶ γιγνόμενος, τὰ δὲ ἀπολλύς, καὶ κατὰ τὰς
E τρίχας καὶ σάρκα καὶ ὀστᾶ καὶ αἷμα καὶ ξύμπαν τὸ σῶμα. καὶ μὴ ὅτι κατὰ τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν οἱ τρόποι, τὰ ἤθη, δόξαι, ἐπιθυμίαι, ἡδοναί, λῦπαι, φόβοι, τούτων ἕκαστα οὐδέποτε τὰ αὐτὰ πάρεστιν ἑκάστῳ, ἀλλὰ τὰ μὲν γίγνεται, τὰ δὲ ἀπόλλυται. πολὺ δὲ τούτων ἀτοπώτερον ἔτι, ὅτι καὶ
208 αἱ ἐπιστῆμαι μὴ ὅτι αἱ μὲν γίγνονται, αἱ δὲ ἀπόλλυνται ἡμῖν, καὶ οὐδέποτε οἱ αὐτοί ἐσμεν οὐδὲ κατὰ τὰς ἐπιστήμας, ἀλλὰ καὶ μία ἑκάστη τῶν ἐπιστημῶν ταὐτὸν πάσχει. ὃ γὰρ καλεῖται μελετᾶν, ὡς ἐξιούσης ἐστὶ τῆς ἐπιστήμης· λήθη γὰρ ἐπιστήμης ἔξοδος, με-

ἔχων ἐν ἑαυτῷ] αὐτῷ Bodl. Ambr. Ang. u. Vat. d. n. p. r. s. Flor. a. b. c. i. n. Dein ὁμοίως Par. DK. Vat. p.

E. κατὰ τὴν ψυχὴν οἱ τρόποι] τόποι Bodl. Vat. *A*. Ang. w.

ἀτοπώτερον ἔτι] Pro ἔτι, quod Bodl. Vat. *A*. Vind. 2. Par. DK. praebuerunt, ante Bekkerum scribebatur ἐστι.

denuo iuvenescat, aliis privetur et orbetur. Verborum sententiam per se minime obscuram paullulum impeditam reddit structurae insolentia. Quum enim post πρεσβύτης γένηται subiici deberent haec: ὅμως οὐδέποτε τὰ αὐτὰ ἔχει ἐν αὑτῷ, ἀλλὰ τὰ μὲν ἀεὶ νέος γίγνεται, τὰ δὲ ἀπόλλυσι, quae referrentur ad primariam sententiae partem: Diotima ab inchoato orationis tenore sic deflexit, ut reliqua omnia ad eam accommodarit particulam enuntiati, quae continet exempli rei clarius illustrandae gratia interpositi commemorationem. Itaque nihil in his mutandum censemus. Neque etiam offendit, quod τὰ δὲ ἀπολλὺς dictum est, quum non praecedat τὰ μέν. Nam ἀλλὰ νέος ἀεὶ γιγνόμενος idem est quod ἀλλὰ τὰ μὲν νέος ἀεὶ γ., usitatissimo loquendi genere, de quo v. Heindorf. ad Gorg. p. 31. ad Theaet. p. 421. nostra ad Protag. p. 330. A. Remp. V. p. 451. E. Schaefer. ad Lambert. Bos p. 329. Hermann. ad Viger. p. 699. Ceterum haec: ἀλλὰ νέος ἀεὶ γ. — καὶ ξύμπαν τὸ σῶμα opposita sunt praecedentibus illis: οὐδέποτε τὰ αὐτὰ ἔχων ἐν αὑτῷ, ut etiam in clausula poni potuerint verba: ὅμως ὁ αὐτὸς καλεῖται, quae tamen cur eo, quo nunc leguntur, loco sint collocata, nemo erit quin causam et rationem facillime perspiciat. De ἐν ᾧ, quamdiu, v. supra p. 185. D.

E. μὴ ὅτι κατὰ τὸ σῶμα]

λέτη δὲ πάλιν καινὴν ἐμποιοῦσα ἀντὶ τῆς ἀπιούσης μνήμην σώζει τὴν ἐπιστήμην, ὥστε τὴν αὐτὴν δοκεῖν εἶναι. τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ πᾶν τὸ θνητὸν σώζεται, οὐ τῷ παντάπασι τὸ αὐτὸ ἀεὶ εἶναι, ὥςπερ τὸ θεῖον, ἀλλὰ τῷ τὸ ἀπιὸν καὶ παλαιούμενον ἕτερον νέον B ἐγκαταλείπειν, οἷον αὐτὸ ἦν. ταύτῃ τῇ μηχανῇ, ὦ Σώκρατες, ἔφη, θνητὸν ἀθανασίας μετέχει, καὶ σῶμα καὶ τἆλλα πάντα· ἀθάνατον δὲ ἄλλῃ. μὴ οὖν θαύμαζε, εἰ τὸ αὐτοῦ ἀποβλάστημα φύσει πᾶν τιμᾷ· ἀθανασίας γὰρ χάριν παντὶ αὕτη ἡ σπουδὴ καὶ ὁ ἔρως ἕπεται.

Cap. XXVII. Καὶ ἐγὼ ἀκούσας τὸν λόγον ἐθαύμασά τε καὶ εἶπον, Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ σοφωτάτη Διοτίμα· ταῦτα ὡς ἀληθῶς οὕτως ἔχει; Καὶ ἥ, ὥς- C περ οἱ τέλεοι σοφισταί, Εὖ ἴσθι, ἔφη, ὦ Σώκρατες·

P. 208. B. *νέον ἐγκαταλείπειν*] Steph. *ἐγκαταλιπεῖν*. Deia Ald. Bas. 1. 2. Bodl. Vat. Δ. Coisl. Pariss. Vind. 1. 2. 7. Flor. a. b. c. i. n. ceteri omnes *μετέχειν*, quod bene Stephanus correxit.

C. *τέλεοι σοφισταί*] V. *τέλειοι*. Illud praebent Bodl. Vat. Δ. Coisl. Ven. Ξ. Par. DK. Ambr. Ang. u. w. Vat. p. r. Vind. 1. 7. Flor. a. c. n.

h. e. et non solum — sed etiam, v. Hermann. ad Viger. p. 804.

P. 208. *ὃ γὰρ καλεῖται μελετᾶν* —] Nam quod vocare solemus *meditari*, id, quia scientia elabitur animo, locum habet. De oblivionis definitione, quae hoc loco exhibetur, v. ad Phileb. c. 60. Ceterum cave *ἐπιστήμην* nunc de ipsa scientia absoluta dictum putes; hanc enim Plato esse voluit constantem, certam, immutabilem. Intelligitur potius rerum extrinsecus perceptarum notitia. Nimirum disceptatur nunc de homine ceterarum animantium instar vivente, non de mente in se spectata.

B. *ἀθάνατον δὲ ἄλλῃ*] Haec addita videntur et oppositionis et illustrationis gratia, ne scilicet immortale cum mortali confunderetur. Conf. Phileb. p. 30. D: *ἐν δὲ ἄλλοις ἄλλα καλά*. Itaque non amplectar Creuzeri rationem, quam probarunt Astius, Reynders et C. Fr. Hermann., scribendum iudicantis *ἀδύνατον δὲ ἄλλῃ*. Animi causa memoramus commentum Hommelii *θάνατον δὲ ἄλλῃ* coniectantis. De ipsa sententia conf. Legg. IV. p. 721. VI. 774.

C. *ὥςπερ οἱ τέλεοι σοφισταί*] Ridet sophistas, de quibuslibet rebus ita disputantes, ut videri vellent earum veritatem prorsus habere perspectam atque exploratam.

ἐπεὶ καὶ τῶν ἀνθρώπων εἰ ἐθέλεις εἰς τὴν φιλοτιμίαν βλέψαι, θαυμάζοις ἂν τῆς ἀλογίας περὶ ἃ ἐγὼ εἴρηκα, εἰ μὴ ἐννοεῖς ἐνθυμηθεὶς ὡς δεινῶς διάκεινται ἔρωτι τοῦ ὀνομαστοὶ γενέσθαι καὶ κλέος εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον ἀθάνατον καταθέσθαι, καὶ ὑπὲρ τούτου κινδύνους τε κινδυνεύειν ἕτοιμοί εἰσι πάντας ἔτι μᾶλλον ἢ ὑπὲρ τῶν παίδων, καὶ χρήματα ἀναλίσκειν
D *καὶ πόνους πονεῖν οὐχτιναοῦν καὶ ὑπεραποθνήσκειν· ἐπεὶ οἷει σύ, ἔφη, Ἄλκηστιν ὑπὲρ Ἀδμήτου ἀποθανεῖν ἄν, ἢ Ἀχιλλέα Πατρόκλῳ ἐπαποθανεῖν, ἢ προαποθανεῖν τὸν ὑμέτερον Κόδρον ὑπὲρ τῆς βασιλείας τῶν παίδων, μὴ οἰομένους ἀθάνατον μνήμην ἀρετῆς*

ἐπεὶ καὶ τῶν ἀνθρ.] Vulg. *ἐπεί γε καί*, sed Bodl. Vat. *A.* Vind. 2. Par. DK. Ang. w. Vat. p. *γε* ignorant, unde abiecimus voculam cum Turicensibus. Dein Stephanus malebat *εἰ ἐθέλοις*, quod est in Vat. d.

τῆς ἀλογίας περὶ ἃ ἐγὼ εἴρηκα] Astius *περί* delendum putat, ut sit ordo verborum hic: *εἰ μὴ ἐννοεῖς ταῦτα, ἃ ἐγὼ εἴρηκα*. Bastius coni. *πέρι*, ut habet Vind. 2. Uncis seclusit Rückert. Hermannus nuper edidit: *θαυμ. ἂν τῆς ἀλογίας πέρι, ἃ ἐγὼ εἴρηκα εἰ μὴ ἐννοεῖς, ἐνθυμηθεὶς κ. τ. λ.* v. infra.

εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον] Bekk. e Vat. *A.* Vind. 2. Par. DK. Vat. p. dedit *ἐς*.

πάντας ἔτι μᾶλλον] Sic Bodl. Vat. *A.* Vind. 1. 2. 7. Par. DK. Vat. p. pro vulg. *πάντες*. Ex iisdem libris et Ambr. Ang. w. Vat. d. n. r. Flor. n. *ἔτι* additum est, quod ante Bekkerum desideratur.

D. *ἢ προαποθανεῖν*] Vulgo *προαποθανεῖν ἄν*. Hic iure *ἂν* om. Bodl. Vat. *A.* Coisl. Paris. DEFK. Ang. w. Vat. d. n. p. a. Flor. b. Dein *ὑμέτερον* pro *ἡμέτερον* praebuerunt Vat. *A.* Ven. *E*.

εἰ ἐθέλεις εἰς τὴν φιλοτιμίαν βλ.] Frequens est haec modorum coniunctio neque cum Stephano *ἐθέλοις* corrigendum. Infra c. XXXVII. in. *εἰ γὰρ ἐθέλει τις τῶν Σωκράτους ἀκούειν λόγων, φανείεν ἂν πάνυ γελοῖοι.* Herodot. II. 15: *εἰ ὧν βουλόμεθα γνώμησι τῇσι Ἰώνων χρᾶσθαι — ἀποδεικνύοιμεν ἂν τούτῳ τῷ λόγῳ χρεώμενοι Αἰγυπτίοισι οὐκ ἐούσαν πρότερον χώρην*, ubi perperam coniecerunt *βουλοίμεθα*. Plat. Alcibiad. I. p. 122. B: *εἰ δ' αὖ ἐθέλεις εἰς πλούτους ἀποβλέψαι — αἰσχυνθείης ἂν ἐπὶ σαυτῷ*, ubi Bodl. *ἐθέλοις*, quod recepit Buttmann. Cf. ad Apolog. Socrat. p. 25. B. et ad Phaedon. p. 68. D. Ad *εἰ μὴ ἐννοεῖς* intell. *αὐτά*.

ἔρωτι τοῦ ὀν. γεν.] propter laudis et gloriae studium. Cf. Davis. ad Cicero. Tusc. I. 15.

κλέος εἰς τ. ἀ. χρ. ἀ. καταθέσθαι] immortalem gloriam posteritatis memoriae tradere conservandam. Nam *κατατίθεσθαι* est deponere *custodiendum* s. *servandum* tradere, v. Valcken. ad Herodot. VI. 73.

πέρι ἑαυτῶν ἔσεσθαι, ἣν νῦν ἡμεῖς ἔχομεν; Πολλοῦ γε δεῖ, ἔφη, ἀλλ', οἶμαι, ὑπὲρ ἀρετῆς ἀθανάτου καὶ τοιαύτης δόξης εὐκλεοῦς πάντες πάντα ποιοῦσιν, ὅσῳ ἂν ἀμείνους ὦσι, τοσούτῳ μᾶλλον· τοῦ γὰρ ἀθανάτου ἐρῶσιν. E

Οἱ μὲν οὖν ἐγκύμονες, ἔφη, κατὰ σώματα ὄντες πρὸς τὰς γυναῖκας μᾶλλον τρέπονται καὶ ταύτῃ ἐρωτικοί εἰσι, διὰ παιδογονίας ἀθανασίαν καὶ μνήμην καὶ εὐδαιμονίαν, ὡς οἴονται, αὑτοῖς εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον πάντα ποριζόμενοι· οἱ δὲ κατὰ τὴν ψυχήν — εἰσὶ γὰρ οὖν, ἔφη, οἳ ἐν ταῖς ψυχαῖς κυοῦσιν, 209

Vind. 1. 2. Ang. u. w. Vat. d. r. Flor. a c. i. n.

πέρι ἑαυτῶν ἔσεσθαι] Vulgo *περί* scriptum, et *αὑτῶν*, praeter fidem longe plurimorum optimorumque codicum.

E. *κατὰ σώματα ὄντες*] *κατὰ τὰ σώματα* Par. F. Ambr. Vat. r.

ὡς οἴονται] Cornarius coni. *ὡς οἷόν τε*, quod est in Vind. 2. Ven. Ξ.

P. 209. *οἳ ἐν ταῖς ψυχαῖς κυοῦσιν*] Vett. editt. post *οἳ* interpositum *καί* habent, quod omisi cum Bodl. Vat. Δ. Coisl. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ambr. Ang. u. w. Vat. d. n. p. r. Flor. a. b. c. i. n. Dein Coisl. Par. DEFK. Ambr. Ang. u. w. Vat. n p. r. s. *κύουσι*, quod dedit Bekker. Idem vir doctus paullo post *κύειν* scripsit ex auctoritate Vat. Δ. Par. DK. Ang. u. Vat. n. p. Nos etiam supra p. 206. C. *κυοῦσι* reponendum arbitramur, v. Buttmann. Gr. Ampl. T. II. p. 177. Hermann. ad Fragm. Aeschyl. Danaid. p. XV., quibus adversatur Lobeck. ad Aiac. p. 193. ed. 2. Cum accusativo iunctum legimus p. 203. C. *καὶ ἐκύησε τὸν Ἔρωτα.*

Ceterum haec: *καὶ κλέος — καταθέσθαι*, ex poeta aliquo petita esse ipse verborum numerus declarat. Idem de proximis *ἀθάνατον μνήμην ἀρετῆς*, et nonnullis aliis iudicandum.

D. *τὸν ὑμέτερον Κόδρον*] Loquitur mulier peregrina cum Socrate Atheniensi, ideoque Codrum *τὸν ὑμέτερον* vocat, quemadmodum eadem infra: *τίμιος δὲ παρ' ὑμῖν καὶ Σόλων διὰ τὴν κ. τ. λ.*

E. *οἳ δὲ κατὰ τὴν ψυχήν —*] Abrumpitur subito orationis filum propterea, quod plura interponuntur, quae rei illustrandae inserviant. Ipsa sententia mox absolvitur inde a verbis *τούτων δ' αὖ ὅταν τις ἐκ νέου ἐγκ.*, ita tamen, ut inchoatae structurae nulla amplius ratio habeatur. Debebat enim ex vulgari loquendi consuetudine sic pergi: *οἱ δὲ κατὰ τὴν ψυχήν — — ὅταν ἐγκύμονες ὦσι τὴν ψυχήν, θεῖοι ὄντες καὶ ἡκούσης τῆς ἡλικίας τίκτειν τε καὶ γεννᾶν ἤδη ἐπιθυμοῦσιν.* Sed apodosin ita mutavit, ut eam accommodarit verbis intermediis, quae explicationis gratia interposita sunt, v. ad p. 207. D.

ἔτι μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς σώμασιν, ἃ ψυχῇ προσήκει καὶ κυῆσαι καὶ κυεῖν. τί οὖν προσήκει; φρόνησίν τε καὶ τὴν ἄλλην ἀρετήν. ὧν δή εἰσι καὶ οἱ ποιηταὶ πάντες γεννήτορες καὶ τῶν δημιουργῶν ὅσοι λέγονται εὑρετικοὶ εἶναι· πολὺ δὲ μεγίστη, ἔφη, καὶ καλλίστη τῆς φρονήσεως ἡ περὶ τὰς τῶν πόλεων τε καὶ οἰκήσεων διακοσμήσεις, ἥ δὴ ὄνομά ἐστι σωφροσύνη τε
B καὶ δικαιοσύνη. τούτων αὖ ὅταν τις ἐκ νέου ἐγκύμων ᾖ τὴν ψυχήν, θεῖος ὤν, καὶ ἡκούσης τῆς ἡλι-

οἱ ποιηταὶ πάντες] V. οἱ πάντες ποιηταί, invitis libris fere omnibus, etiam Bodl. Vat. Δ. Coisl. Ven. Ξ.

πολὺ δὲ μεγίστη, ἔφη,] εἶναι post μεγίστη vulgo interpositum om. Bodl. Vat. Δ. Coisl. Par. DEFK. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. p. r. s. Vind. 1. 7. Flor. a. b. c. i.

οἰκήσεων διακοσμήσεις] Sic Ven. Ξ. Vind. 2. et corr. Par. F. Olim scribebatur διακόσμησις. Correxerunt Boeckh. in Min. p. 26. Heindorf. ad Cratyl. p. 28.

τούτων αὖ ὅταν τις] Omittunt δ' vulgo post τούτων insertum Bodl., quem Bekkerus non memoravit, Vat. Δ. Vind. 2. Par DK. Ang. w. Vat. p. Verba τὴν ψυχήν Stephanus putabat cum θεῖος ὤν conneeti oportere, quam rationem in Vindob. 2. teneri

P. 209. καὶ κυῆσαι καὶ κυεῖν] h. e. et concepisse (quae est actio semel et veluti uno temporis ictu perfecta) et conceptum tenere.

σωφροσύνη τε καὶ δικαιοσύνη] Totus hic locus usque ad p. 209. E. versatur in virtutis civilis laudibus, de qua quid senserit philosophus, breviter ostendimus ad Phaedon. p. 68. C. edit. tert. Praeterea etiam animadvertes, φρόνησιν hic memorari, non item σοφίαν. Cuius rei caussam cognosces ex annot. ad Phaedon. p. 65. A. — μεγίστη καὶ καλλίστη τῆς φρονήσεως, maxima et pulcherrima pars sapientiae. De Republ. III. p. 416. B: τὴν μεγίστην τῆς εὐλαβείας παρεσκευασμένος. al. Solet enim adiectivum, etiam ubi sequitur nominis sui genus et numerum, gravioris ponderis causa ita praemitti, ut ex se suspensum habeat nomen gignendi casu positum. Nota sunt omnibus illa: τῆς γῆς πολλή, ὁ πολὺς τοῦ χρόνου, ὁ πλεῖστος τοῦ βίου, al. Quibus similia multa collegerunt Wolf. ad Demosth. Lept. §. 7. Heindorf. ad Cratyl. p. 28. Ast. ad Remp. p. 328. intpp. ad Lambert. Bos. de Ellips. p. 274. 306.

B. ἐγκύμων ᾖ τὴν ψυχήν θεῖος ὤν] Stephanus τὴν ψυχὴν malebat connecti cum sequentibus, ut in libris nonnullis factum. Sed quum ὁ ἐγκύμων τὴν ψυχήν opponatur iis, qui supra ἐγκύμονες κατὰ σώματα appellabantur, vulgatam distinctionem non esse mutandam satis liquere arbitramur. Neque opus esse putamus coniectura Heusdii, qui scribendum censuit ἐγκύμων ᾖ τὴν ψυχήν, τὴν ψυχὴν θεῖος ὤν. Nam respicitur ad eam sermonis partem, in qua Diotima p. 206. C. generationem dicebat esse θεῖον πρᾶ-

κίας τίκτειν τε καὶ γεννᾶν ἤδη ἐπιθυμεῖ. ζητεῖ δή, οἶμαι, καὶ οὗτος περιὼν τὸ καλὸν ἐν ᾧ ἂν γεννήσειεν· ἐν τῷ γὰρ αἰσχρῷ οὐδέποτε γεννήσει. τά τε οὖν σώματα τὰ καλὰ μᾶλλον ἢ τὰ αἰσχρὰ ἀσπάζεται ἅτε κυῶν, καὶ ἐὰν ἐντύχῃ ψυχῇ καλῇ καὶ γενναίᾳ καὶ εὐφυεῖ, πάνυ δὴ ἀσπάζεται τὸ ξυναμφότερον, καὶ πρὸς τοῦτον τὸν ἄνθρωπον εὐθὺς εὐπορεῖ λόγων περὶ ἀρετῆς καὶ περὶ οἷον χρὴ εἶναι τὸν ἄν- C *δρα τὸν ἀγαθὸν καὶ ἃ ἐπιτηδεύειν, καὶ ἐπιχειρεῖ παι-*

Bastius narrat. Et sic etiam Flor. b. i. n. In Flor. a. c. est ἢ ψυχὴν θεῖος ὤν. Pro ἐπιθυμεῖ Steph. coni. ἐπιθυμῇ, tota periodo sic conformata — ἤδη ἐπιθυμῇ, ζητεῖ δή κ. τ. λ.

B. ἐν τῷ γὰρ αἰσχρῷ] ἐν γὰρ τῷ αἰσχρῷ Par. K Vat. p.

ἀσπάζεται ἅτε κυῶν] κύων Bodl. Vat. *A*. Par. D K. Ang. w. Vat. p.

πάνυ δὴ ἀσπάζεται] Schleierm. malebat δέ, quo manifestius fieret gradationis artificium. Adversatus est Astius his verbis apodosin contineri monens. Abest δή a Ven. *Z*. pr.

καὶ περὶ οἷον χρή] Steph. post. περί putabat excidisse τοῦ. Ast. περί delendum censebat. Sommer. coni. περὶ οὗον χρή. Voegelinus οἷον pro masculino et subiecto verbi εἶναι habet.

γμα. Transferuntur enim hic omnia ad animum, quae antea de corporea generatione sunt exposita. Superest, ut verbo moneamus de coniectura Stephani, qui legendum putavit ἐπιθυμῇ, ita ut apodosis ordiretur inde a verbis ζητεῖ δή, οἶμαι, κ. τ. λ. At enim ne hac quidem indigemus mutatione, siquidem καί ante ἠκούσης non habet vim copulandi, sed cum tota, quae sequitur, verborum comprehensione arctissime connectendum est, quasi Latine dicas: horum igitur si quis a puero praegnans est ad animum, quippe divinus, etiam appropinquante aetate, quae pariendo et generando idonea est (nam hoc est τῆς ἡλικίας, articulo rei indicium faciente), parere gestitatque generare. Quaerit igitur etc. Erunt tamen qui καί deleudum censeant.

πάνυ δὴ ἀσπάζεται] tum vero plane utrumque, et corpus et animum pulcrum, amplectitur. Neque enim δή in his est scilicet, nempe, ut putabat Astius, sed positum est ut in formulis ἔνθα δή, ἐνταῦθα δή, τότε δή, atque refertur ad praegressa illa ἐὰν ἐντύχῃ ψυχῇ καλῇ.

καὶ πρὸς τοῦτον τὸν ἄνθρωπον] Intell. καλὸν τό τε σῶμα καὶ τὴν ψυχήν. Deinde scribi volnerunt καὶ περὶ τοῦ οἷον χρὴ εἶναι, aut καὶ οἷον χρὴ εἶναι. Non opus est mutatione. Nam εἶναι περί τι est in aliqua re tractanda versari (v. ad Phaedr. p. 261. A.), ut sententia verborum haec sit: quale sit, in quo tractando versari debeat is, qui boni viri nomen et dignitatem obtinere velit. Perperam οἷον pro masculino acceperunt et in structurae haeserunt conversione.

δεύειν. ἁπτόμενος γάρ, οἶμαι, τοῦ καλοῦ καὶ ὁμιλῶν αὐτῷ, ἃ πάλαι ἐκύει, τίκτει καὶ γεννᾷ, καὶ παρὼν καὶ ἀπὼν μεμνημένος, καὶ τὸ γεννηθὲν συνεκτρέφει κοινῇ μετ' ἐκείνου, ὥστε πολὺ μείζω κοινωνίαν τῆς τῶν παίδων πρὸς ἀλλήλους οἱ τοιοῦτοι ἴσχουσι καὶ φιλίαν βεβαιοτέραν, ἅτε καλλιόνων καὶ ἀθανατωτέρων παίδων κεκοινωνηκότες. καὶ πᾶς ἂν δέξαιτο ἑαυτῷ τοιούτους παῖδας μᾶλλον γεγονέναι ἢ τοὺς ἀνθρωπίνους, καὶ εἰς Ὅμηρον ἀποβλέψας καὶ Ἡσίοδον καὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς τοὺς ἀγαθοὺς ζηλῶν, οἷα ἔκγονα ἑαυτῶν καταλείπουσιν, ἃ ἐκείνοις ἀθάνατον κλέος καὶ μνήμην παρέχεται αὐτὰ τοιαῦτα ὄντα· εἰ δὲ βούλει, ἔφη, οἵους Λυκοῦργος παῖδας κατελίπετο ἐν Λακεδαίμονι σωτῆρας τῆς Λακεδαίμονος καὶ ὡς ἔπος εἰ-

C. καὶ παρὼν καὶ ἀπών] V. καὶ ἀπὼν καὶ παρών, quod e Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ambr. Ang. w. Vat. d. p. r. Flor. n. mutatum. Dein καὶ ante τὸ γεννηθὲν om. Vind. 2. probante Astio.

τῆς τῶν παίδων πρὸς ἀλλ.] Bastius corrigebat τῆς τῶν παιδογόνων vel παιδοσπόρων, sed v. ann.

ἀθανατωτέρων παίδων κεκοινωνηκ.] Vind. 251. pro παίδων habet ἔργων. Par. K. om. παίδων, et eiiciendum censet Creuzer. Annal. Vindobb. l. c. p. 159., qui verba sic interpretatur: weil sie Schöneres u. Unsterblicheres gemeinsam besitzen. Sed quum ceteri libri omnes vocabulum tueantur, et quae isti amatores animis pariunt suis, per elegantem compara-

C. κοινωνίαν τῆς τῶν παίδων] Observavit Astius τῶν παίδων positum esse pro τῆς παιδογονίας s. παιδοποιίας, concretum, quod dicitur, pro abstracto, ita ut non opus sit coniectura Bastii, τῶν παιδογόνων vel παιδοσπόρων. Sed ne Astii quidem ratio necessaria est ad tuendam lectionem vulgatam, quandoquidem ἡ κοινωνία τῶν παίδων est coniunctio ex liberorum procreatione oriunda, quae constructionis ratio est notissima.

D. οἷα ἔκγονα ἑαυτῶν κ.] h. e. ὅτι τοιαῦτα, v. Wyttenbach. ad Select. Princ. Histor. p. 347. Matthiae §. 480. 3. — ζηλῶν, i. e. μακαρίζων, v. Blomfield. ad Aeschyl. Prom. v. 338. Pierson. ad Moer. p. 169. Astius ζηλοίη scribendum suspicatur, quo vereor ut opus sit. Nam plura participia sic coniungi solere alibi iam docuimus. Ad ζῆλων autem facile intelligimus αὐτούς. Deinde αὐτὰ τοιαῦτα ὄντα est: quum et ipsa sint *immortalia*.

E. κἂν σὺ μυηθείης· τὰ δὲ τέλεα καὶ ἐποπτικά] In his ταῦτα intelliguntur quae adhuc de amore dicta sunt. Opponuntur autem τὰ τέλεα καὶ ἐποπτικά, quae qualia sint, patet ex iis, quae p. 210. E. dis-

πεῖν τῆς Ἑλλάδος. τίμιος δὲ παρ' ὑμῖν καὶ Σόλων διὰ τὴν τῶν νόμων γέννησιν, καὶ ἄλλοι ἄλλοθι πολλαχοῦ ἄνδρες, καὶ ἐν Ἕλλησι καὶ ἐν βαρβάροις, πολλὰ καὶ καλὰ ἀποφηνάμενοι ἔργα, γεννήσαντες παντοίαν ἀρετήν· ὧν καὶ ἱερὰ πολλὰ ἤδη γέγονε διὰ τοὺς τοιούτους παῖδας, διὰ δὲ τοὺς ἀνθρωπίνους οὐδενός πω. E

Cap. XXVIII. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ ἐρωτικὰ ἴσως, ὦ Σώκρατες, κἂν σὺ μυηθείης· τὰ δὲ τέλεα καὶ ἐποπτικά, ὧν ἕνεκα καὶ ταῦτα ἔστιν, ἐάν τις ὀρθῶς με- 210
τίῃ, οὐκ οἶδ' εἰ οἷός τ' ἂν εἴης. ἐρῶ μὲν οὖν, ἔφη, ἐγὼ καὶ προθυμίας οὐδὲν ἀπολείψω· πειρῶ δὲ ἕπεσθαι, ἂν οἷός τε ἦς. Δεῖ γάρ, ἔφη, τὸν ὀρθῶς ἰόντα ἐπὶ τοῦτο τὸ πρᾶγμα ἄρχεσθαι μὲν νέον ὄντα ἰέναι ἐπὶ τὰ καλὰ σώματα, καὶ πρῶτον μέν, ἐὰν ὀρ-

tionem καλλιόνων καὶ ἀθ. παίδων nomine appellentur, equidem nihil sollicitandum censeo.

D. τοὺς ἀγαθοὺς ζηλῶν] Participium firmat etiam Proclus in Rempubl. p. 393., ubi perperam ζητῶν scriptum.

παῖδας κατελίπετο] Sic Vat. Δ. Ven. Ξ. Par. DK. Vind. 7. Vat. p. et Bodl. qui habet κατέλιπε τό. Legebatur olim κατελείπειο. Vind. 2. κατέλειπε τοῖς ἐν Λακεδαίμ.

τίμιος δὲ παρ' ὑμῖν] Vulgo ἡμῖν. Sed recte ὑμῖν Bodl. Vat. Δ. Coisl. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ambr. Ang. w. Vat. n. p. r. Flor. b. i.

P. 210. ἐπὶ τοῦτο τὸ πρᾶγμα] Articulum vulgo neglectum plurimi optimique libri conservarunt. Restituendum vidit Fischerus.

putantur. Petita autem similitudo est a mysteriis. V. ad Phaed. p. 69. C. Remp. VIII. p. 560. D. coll. Lobeck. Aglaopham. T. I. p. 34 sqq. et 128.

εἰ οἷός τ' ἂν εἴης] Intell. μυηθῆναι, h. e. κατανοῆσαι.

P. 210. προθυμίας οὐδὲν ἀπολείψω] Menon. p. 77. A: ἀλλὰ μὴν προθυμίας γε οὐδὲν ἀπολείψω καὶ σοῦ ἕνεκα καὶ ἐμαυτοῦ λέγων τοιαῦτα. De Rep. VII. p. 533. A. Tim. p. 20. C. Xenoph. Cyrop. IV. 5, 15. Lysias pro bonis Aristoph. p. 211. ed. Bremi.

ἄρχεσθαι μὲν νέον ὄντα —] Optime Sydenhamus, cuius verba Wolfius Germanice sic reddidit: „Der Grund hievon ist der, weil das innere Auge sich zur Empfindung der Schönheit eben so öffnet, als zur Erkenntniss der Natur. Unsere Seele fängt immer bei einem einzelnen sinnlichen Gegenstande an, geht dann zu einem andern fort, vergleicht diese beide, und sieht in jedem das, was beide gemein haben. So fährt sie fort, sammelt und vergleicht mehrere andere Individuen dieser Gattung, bis sie in allen die-

θῶς ἡγῆται ὁ ἡγούμενος, ἑνὸς αὐτὸν σώματος ἐρᾶν καὶ ἐνταῦθα γεννᾶν λόγους καλούς, ἔπειτα δὲ αὐτὸν κατανοῆσαι, ὅτι τὸ κάλλος τὸ ἐπὶ ὁτῳοῦν σώματι
B *τῷ ἐπὶ ἑτέρῳ σώματι ἀδελφόν ἐστι, καὶ εἰ δεῖ διώκειν τὸ ἐπ' εἴδει καλόν, πολλὴ ἄνοια μὴ οὐχ ἕν τε καὶ ταὐτὸν ἡγεῖσθαι τὸ ἐπὶ πᾶσι τοῖς σώμασι κάλ-*

ἑνὸς αὐτὸν σώματος ἐρᾶν] *αὐτῶν* Vat. *A.* Par. DK. Ang. w. Vat. p. quod dedit Bekker.

B. *τῷ ἐπὶ ἑτέρῳ σώματι*] *ἐπί* om. Coisl. Par. EF. Ang. Vat. d. n. s. Florentini.

sen Individuen *einerlei Idee, eine und dieselbe Natur* wahrnimmt. So gelangt sie endlich zu ejnem vollständigen Begriffe dieser sowohl den Arten als der Gattung selbst gemeinschaftlichen Natur jener ewigen und unveränderlichen Idee, die eine und dieselbe in allen ist." Itaque Diotima primum ait initiationis illius gradum esse, quo ad unum nos applicemus corpus pulcritudine insigne, ex eoque virtutem et bonorum sermonum fructum procreare studeamus. Secundum esse hunc, ut non unum aliquod corpus amemus, sed omnia, quae emineant pulcritudine, corpora amore complectamur. Tum progrediendum esse ad consectandam animi pulcritudinem, prae qua corporis forma omnino contemnenda sit, atque id agendum, ut quod in moribus, legibus, institutis pulcrum sit, id animadvertatur atque diligatur. Denique perveniri ad sapientiae atque philosophiae studium et amorem, quo qui incensi sint, eos demum ait intueri pulcritudinis verae, constantis, atque aeternae divinam formam atque imaginem. cf. infra p. 211. C.

ἔπειτα δὲ αὐτὸν κατανοῆσαι] Pendent haec e verbo *δεῖ*. Istud *αὐτὸν* autem ne cui molestum accidat, nunc significat ipsum, opponiturque praecedenti: *ἐὰν ὀρθῶς ἡγῆται ὁ ἡγούμενος*. Neque ferri potest quod Bekkerus antea ex aliquot codd. recepit *ἑνὸς αὐτῶν σώματος ἐρᾶν*, videlicet ut molliret huius iterationis duritiem. Quis enim concedet illud *αὐτῶν* referri commode posse ad *τὰ καλὰ σώματα*, ita ut sententia haec sit: ex pulcris illis corporibus, ad quae quis contemplanda iuvenis accesserit, unum deinde amandum esse? Nimirum res ipsa postulat *καλοῦ*, quod facile ex superioribus cogitatione addideris; genitivum partitionis, quem vocant, prorsus asperuatur, tanto minus ferendum illum, quod additum est *σώματος*. Etenim scriptor ipse, si ad *τὰ καλὰ σώματα* paullo ante memorata respici voluisset, procul dubio scripturus fuerat *ἑνὸς αὐτῶν ἐρᾶν*, non *αὐτῶν* (sc. *τῶν καλῶν σωμάτων*) *σώματος ἐρᾶν*.

B. *τῷ ἐπὶ ἑτέρῳ σώματι ἀδελφόν*] h. e. *ὅμοιον*, v. Matth. §. 385. 5.

καὶ εἰ δεῖ διώκειν —] Ac si persequi id, quod in specie pulcrum est, eum oportet, magna eius fuerit dementia, si sibi non persuadeat communem

λος· τοῦτο δ' ἐννοήσαντα καταστῆναι πάντων τῶν καλῶν σωμάτων ἐραστήν, ἑνὸς δὲ τὸ σφόδρα τοῦτο χαλάσαι καταφρονήσαντα καὶ σμικρὸν ἡγησάμενον· μετὰ δὲ ταῦτα τὸ ἐν ταῖς ψυχαῖς κάλλος τιμιώτερον ἡγήσασθαι τοῦ ἐν τῷ σώματι, ὥστε καὶ ἐὰν ἐπιεικὴς ὢν τὴν ψυχήν τις καὶ [ἐὰν] σμικρὸν ἄνθος ἔχῃ, C

τὸ σφόδρα τοῦτο χαλάσαι] τὸν σφόδρα τοῦτον Par. DK. Vat. p. Vind. 7. Deinde Vat. n. Flor. b. i. σμικρὸν αὐτὸν ἡγησάμενον. καὶ ἐὰν ἐπιεικὴς ὢν] V. ἄν, invitis codd. Alterum ἐὰν ante σμικρὸν delendum censeo. Minus recte in κἂν mutari iussit Herm., quippe quod a Platonis sermone abhorret.

omnibus corporibus pulcritudinem esse unum idemque, h. e. si non ad ideam ipsius pulcritudinis perveniat. Itaque τὸ ἐπ' εἴδει καλὸν est pulcrum in specie; quod opponitur generi, ut recte monuit Wyttenbachius ad Eunap. p. 247. Quod quoniam incredibile visum est Rückerto, in commentariis ad Parmenidem et Politicum docuimus, εἶδος pro varia verborum et sententiarum connexione et de specie, quam nunc vocant dialectici, et de summo genere sive idea usurpari solere. Ceterum non diffiteor malle me εἰ δὴ διώκει scriptum legi, quanquam quomodo vulgata lectio defendi queat, sanequam exploratum habemus.

τοῦτο δ' ἐννοήσαντα καταστῆναι] int. αὐτὸν δεῖ. Reliquerat Diotima ac deseruerat orationis obliquae formam inde a verbis: καὶ εἰ δεῖ διώκειν κ. τ. λ., nunc ad eam rursus revertitur. Quod ne quis praeter usum et consuetudinem factum esse opinetur, alia id genus exempla nuper consignavimus ad Phaedon. p. 86. A. 95. C. Prot. p. 338. C. Alcibiad. II. p. 147. E. Lachet. p. 186. B.

ἑνὸς δὲ τὸ σφόδρα τοῦτο χαλάσαι] h. e. vehementem illam unius corporis cupiditatem remittere et quasi relaxare. Nam τὸ σφόδρα τοῦτο idem est quod τοῦτο τὸ σφόδρα ἐρᾶν vel τὸν σφοδρὸν τοῦτον ἐρωτα, unde intelligitur causa originis lectionis in multis codd. conservatae τὸν σφόδρα τοῦτον.

ὥστε καὶ ἐὰν ἐπιεικὴς ὢν τ. ψ.] Horum verborum constructio quam valde laboret, etiamsi non senserint interpretes, tamen vel mediocri animi attentione neminem potest latere. Quum enim ὥστε καί referendum sit ad ἐξαρκεῖν αὐτῷ, apparet eorum verborum, quae interiecta sunt, rationem ἐάν his illato mirifice perturbari. Neque tamen longe medicina petenda est. Deleto enim altero ἐὰν omnia sarta tecta erunt. Nam ita καὶ σμικρόν positum, ut Criton. c. V. extr. εἴ τι καὶ σμικρὸν ἡμῶν ὄφελος ἦν, et sexcentis aliis locis. Idem de hoc loco nuper visum esse Astio non sine animi laetitia video. Sententia igitur haec est: ita ut vel tum, si quis mediocri animi bonitate instructus parum corporis pulcritudine floreat, eo contentus sit etc. De illo καί post ὥστε interposito, quod Rückertus iniuria deletum ivit, explicavimus ad Remp. VI. p. 506. D. Ceterum ἄνθος de corporis pulcritudine dictum fre-

ἐξαρκεῖν αὐτῷ καὶ ἐρᾶν καὶ κήδεσθαι καὶ τίκτειν λόγους τοιούτους καὶ ζητεῖν, οἵτινες ποιήσουσι βελτίους τοὺς νέους, ἵνα ἀναγκασθῇ αὖ θεάσασθαι τὸ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ τοῖς νόμοις καλὸν καὶ τοῦτο ἰδεῖν, ὅτι πᾶν αὐτὸ αὑτῷ ξυγγενές ἐστιν, ἵνα τὸ περὶ τὸ

C. *καὶ ζητεῖν*] Haec Astio ab aliena manu intrusa videntur. Idem vir doctus proxima hunc in modum refingenda censet: *ἵνα ἀναγκασθεὶς αὖ θεάσασθαι — καὶ τοῦτ' ἰδεῖν, ὅτι — ξυγγενές ἐστιν, τὸ περὶ τὸ σῶμα καλὸν σμικρόν τι ἡγήσηται εἶναι.* v. ann.

D. *μηκέτι τῷ παρ' ἑνί*] Bekkerus pro vulg. *μηκέτι τό* de coniectura Schleiermacheri scripsit *μ. τῷ παρ' ἑνί*, quod nunc secuti sumus. Et habet unus codex *μηκέτ' ἴτω* ex corr. v. infra. Dein Hommelius corrigit *ὥςπερ ὁ ἱκέτης*, quod cur comprobari nequentis est usus, v. Abresch. ad Aristaenet. I. ep. XIX. p. 494. edit. Boiss.

C *καὶ τίκτειν λόγους τοιούτους καὶ ζητεῖν*] Astius istud *καὶ ζητεῖν* inepti explicatoris additamentum esse censet. Debuisse enim *ἐκτρέφειν* potius aut simile aliquod verbum addi, si quid addendum fuerit; istud *ζητεῖν* autem ferri nullo modo posse. Cui sententiae viri acutissimi fateor me non accedere. Nam Diotima hoc dicit, talem amatorem non modo ipsum parere quasi et ex se procreare, sed etiam aliunde quaerere et investigare eiusmodi sermones, qui iuvenes reddant meliores. Quibus verbis significatur maxima hominis contentio et studium, qui alteri omnibus modis prodesse cupiat. Neque iam probandam arbitramur eiusdem viri docti rationem, quam iniit ad ea, quae proxime sequuntur, vel corrigenda vel illustranda. Quod enim scribendum censet *ἵνα ἀναγκασθεὶς αὖ θεάσασθαι — ξυγγενές ἐστι, τὸ περὶ τὸ σῶμα καλὸν σμ. τ. κ. τ. λ.*, ea correctio certe supervacanea videbitur locum hunc in modum interpretantibus: ut rursus cogatur pulcrum in studiis, legibus, institutis conspicuum contemplari atque videre (i. e. eo intelligentiae pervenire, ut statuat) totum illud esse sibimet ipsi cognatum, quo pulcritudinem corporis despiciat. Vides igitur duplex istud *ἵνα* nihil habere offensionis. Et ita haec ad amussim congruunt cum illis p. 210. B., ubi primum *τὸ ἐπ' εἴδει καλὸν* in corporibus investigandum esse docetur; deinde vero animadvertendum *τὸ ἐπὶ πᾶσι τοῖς σώμασι καλὸν* esse *ἓν τε καὶ ταὐτόν*. Est autem verborum consecutio haec: *καὶ ἰδεῖν, ὅτι τοῦτο* (sc. *τὸ ἐν τοῖς ἐπ. κ. τ. λ.*) *πᾶν αὐτὸ αὑτῷ ξυγγ. ἐστίν.*

ἐπὶ τὰς ἐπιστήμας ἀγαγεῖν] Mutat subiectum, siquidem intelligit *τὸν ἡγούμενον*. Sed quanta fuerit hoc in genere Graecorum licentia, vel illa docebunt, quae ad Protagor. p. 320. A. et Phaedr. p. 258. B. adscripsimus.

D. *μηκέτι τῷ πάρ' ἑνί, ὥςπερ οἰκέτης, κ. τ. κ.*] Etiam hic locus multis visus est intricatior et impeditior, quam ut pro sano et incorrupto haberi posset. Bastius *δουλεύων* tanquam inutile vocis *οἰκέτης* interpretamentum extrudi iussit. Astius maluit verba hunc in modum corrigi: *μηκέτι τὸ παρ'*

σῶμα καλὸν σμικρόν τι ἡγήσηται εἶναι· μετὰ δὲ τὰ ἐπιτηδεύματα ἐπὶ τὰς ἐπιστήμας ἀγαγεῖν, ἵνα ἴδῃ αὖ ἐπιστημῶν κάλλος, καὶ βλέπων πρὸς πολὺ ἤδη τὸ καλὸν μηκέτι τῷ παρ' ἑνί, ὥςπερ οἰκέτης, ἀγαπῶν D *παιδαρίου κάλλος ἢ ἀνθρώπου τινὸς ἢ ἐπιτηδεύματος*

queat, in commentariis diximus. Ceterum locus vulgo sic interpungebatur: *πρὸς πολὺ ἤδη τὸ καλόν, μηκέτι τὸ παρ' ἑνί, ὥςπερ οἰκέτης ἀγαπῶν παιδαρίου, κάλλος, ἢ ἀνθρ. κ. τ. λ.*

ἢ ἐπιτηδεύματος ἑνός] Vat. r. et pr. Ambr. pro *ἑνός* habent *τινός*. Deinde *ἤ* coniunctivum reposuimus e Bodl. Vat. *A*. Coisl. Ven. Ξ. Par. D E K. Vat. d. n. s. Ante Bekkerum scribebatur *ἤ*. Pro *πέλαγος* Par. E. Vat. n. s. et corr. Ang. u. *τέλος*, quod unde natum sit, ostendit scriptura Ang. u. pr. *πέλος*.

ἑνί, ὥςπερ οἰκέτης, ἀγαπῶν κάλλος, ἢ ἀνθρώπου τινὸς ἢ ἐπιτηδεύματος ἑνός, δουλεύων. Alii alias tentarunt coniecturas. Nos nunc sequimur Schleiermacheri et Bekkeri rationem, qui e vestigiis unius codicis eruerunt scripturam *μηκέτι τῷ παρ' ἑνί* pro vulg. *μ. τὸ παρ' ἑνί*. Nam quod olim accusativum defendendum suscepimus, videtur nunc interpretatio loci, quam proposuimus, quamvis Rückerto et Hommelio probata, nimis contorta nec satis simplex esse. Dativo restituto primaria enuntiati pars haec est: *καὶ ἵνα βλέπων πρὸς πολὺ ἤδη τὸ καλὸν μηκέτι τῷ παρ' ἑνὶ* (sc. *καλῷ*) *ὥςπερ οἰκέτης — δουλεύων φαῦλος ἢ καὶ σμικρολόγος*. Quibus quae interposita sunt, *ἀγαπῶν παιδαρίου κάλλος — ἑν. ἑνός*, ea quid significet istud *τῷ παρ' ἑνὶ δουλεύων* accuratius pleniusque declarant. Itaque locum sic interpretamur: post studia illa adducendus est ad scientiae genera, ut iam intuens multum illud pulcrum non amplius unius pulcritudini tanquam mancipium serviat, alicuius pueruli aut hominis aut studii unice admirans pulcritudinem, eoque modo vilis et pusillus evadat, sed ad magnum illud pulcritudinis mare conversus etc. Itaque *ὥςπερ οἰκέτης* cohaeret cum verbis *μηκέτι τῷ παρ' ἑνὶ δουλεύων*, apteque denotat eum, qui quoniam unius tantum captus tenetur pulcritudine, ei tanquam servus videtur addictus esse. Fallitur enim Hommelius *ὥςπερ ὁ ἱκέτης* legendum putans, quod significet supplicem amatorem. At nimirum, ut alias silentio premam difficultates, quibus ea ratio laborat, notatur eius hominis condicio, qui in rerum individuarum pulcritudine defixus animum non possit ad generaliorem attollere pulcritudinis notionem. Quod per *ὥςπερ οἰκέτης* recte fieri potuit, per *ὥςπερ ὁ ἱκέτης* non potuit. Enimvero *οἰκέτης* ponitur, non *δοῦλος*, ut significetur is, qui quasi intra unius domus angustias cohibetur: quod quam accommodate ad rem praesentem fiat, nemo erit quin protinus sentiat. De voc. *οἰκέτης* diximus ad Cratyl. p. 384. D. Turpis autem et abiectae servitutis significatio proximis demum verbis facta est. Usum voc. *πέλαγος* illustravit Heusdius Specim. p. 31 sq. Ob oculos hunc locum habuit Plutarch. Quaest. Platonn. p. 1001. E.

ἑνὸς δουλεύων φαῦλος ἦ καὶ σμικρολόγος, ἀλλ' ἐπὶ τὸ πολὺ πέλαγος τετραμμένος τοῦ καλοῦ καὶ θεωρῶν πολλοὺς καὶ καλοὺς λόγους καὶ μεγαλοπρεπεῖς τίκτῃ καὶ διανοήματα ἐν φιλοσοφίᾳ ἀφθόνῳ, ἕως ἂν ἐνταῦθα ῥωσθεὶς καὶ αὐξηθεὶς κατίδῃ τινὰ ἐπιστήμην μίαν τοιαύτην, ἥ ἐστι καλοῦ τοιοῦδε. Πειρῶ
E δέ μοι, ἔφη, τὸν νοῦν προσέχειν ὡς οἷόν τε μάλιστα.

Cap. XXIX. Ὃς γὰρ ἂν μέχρι ἐνταῦθα πρὸς τὰ ἐρωτικὰ παιδαγωγηθῇ, θεώμενος ἐφεξῆς τε καὶ ὀρθῶς τὰ καλά, πρὸς τέλος ἤδη ἰὼν τῶν ἐρωτικῶν ἐξαίφνης κατόψεταί τι θαυμαστὸν τὴν φύσιν καλόν,
τοῦτο ἐκεῖνο, ὦ Σώκρατες, οὗ δὴ ἕνεκεν καὶ οἱ ἔμ-
211 προσθεν πάντες πόνοι ἦσαν, πρῶτον μὲν ἀεὶ ὂν καὶ οὔτε γιγνόμενον οὔτε ἀπολλύμενον, οὔτε αὐξανόμενον οὔτε φθῖνον, ἔπειτα οὐ τῇ μὲν καλόν, τῇ δ'

μεγαλοπρεπεῖς τίκτῃ] Coniunctivum cum vett. editt. habent Flor. c. ex corr. Coisl. et Ven. Ξ. Ceteri libri τίκτει. Pro ἀφθόνῳ Par. F. habet ἀφθόνως. Astius coniicit ἄφθονα.

E. μέχρι ἐνταῦθα] V. μέχρις, invitis libris manuscriptis tantum non omnibus. Quod enim Phrynichus p. 6., Herodianus p. 451. apud. Piersonem ad Moer. et alii veteres grammatici μέχρι et ἄχρι tanquam Atticum probant, μέχρις autem et ἄχρις tanquam improbum reiiciunt, confirmatur haec observatio mirifice codicibus Platonis, qui vix unum alterumve locum fecerunt reliquum, in quo vulgaris forma sine lectionis varietate reperiatur. conf. p. 220. D. et Buttm. Gram. max. §. 26. 4. Lobeck. ad Phryn. p. 14.

οὗ δὴ ἕνεκεν καὶ οἱ ἔμπροσθεν π.] Pro vulg. ἕνεκα Bodl.

καὶ θεωρῶν πολλούς —] Ad θεωρῶν liquet intelligendum esse αὐτό. Quod non ferendum putans Hommelius praeter necessitatem scribendum coniecit: ἀλλ' ἐπὶ τὸ πολὺ πέλαγος τετραμμένος τοῦ καλοῦ καὶ θεωρῶν πολλοὺς καὶ καλοὺς λόγους καὶ διανοήματα τίκτῃ ἐν φιλοσοφίᾳ ἀφθόνῳ. Pro ἀφθόνῳ quod Astius ἄφθονα reponendum censet, id et ipsum non est necessarium. Nimirum immensum illud pulcritudinis pelagus immensam habet philosophandi materiam ideoque efficit, ut qui illud contemplatur, verissime dici possit ἐν φιλοσοφίᾳ ἀφθόνῳ gignere ex sese et quasi procreare praeclaros sermones magnificosque animi sensus. — κατίδῃ τινὰ ἐπ., h. e. scientiam ipsius pulcritudinis s. ideae pulcritudinis, quam deinceps egregie adumbrare instituit.

E. τοῦτο ἐκεῖνο] i. e. illud ipsum, cuius causa omnes illi labores suscipiendi erant.

P. 211. οὐδὲ πρὸς μὲν τὸ καλόν] h. e. neque pro varia, quam habet, ratione modo pulcrum, modo tur-

αἰσχρόν, οὐδὲ τοτὲ μέν, τοτὲ δ' οὔ, οὐδὲ πρὸς μὲν τὸ καλόν, πρὸς δὲ τὸ αἰσχρόν, οὐδ' ἔνθα μὲν καλόν, ἔνθα δὲ αἰσχρόν, ὡς τισι μὲν ὂν καλόν, τισὶ δὲ αἰσχρόν. οὐδ' αὖ φαντασθήσεται αὐτῷ τὸ καλὸν οἷον πρόσωπόν τι οὐδὲ χεῖρες οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν ὧν σῶμα μετέχει, οὐδέ τις λόγος οὐδέ τις ἐπιστήμη, οὐδέ που ὂν ἐν ἑτέρῳ τινί, οἷον ἐν ζώῳ ἢ ἐν γῇ ἢ ἐν οὐρανῷ ἢ ἔν τῳ ἄλλῳ, ἀλλὰ αὐτὸ καθ' αὑτὸ μεθ' αὑτοῦ μο- B
νοειδὲς ἀεὶ ὄν, τὰ δὲ ἄλλα πάντα καλὰ ἐκείνου μετέχοντα τρόπον τινὰ τοιοῦτον, οἷον γιγνομένων τε τῶν ἄλλων καὶ ἀπολλυμένων μηδὲν ἐκεῖνο μήτε τι πλέον μήτε ἔλαττον γίγνεσθαι, μηδὲ πάσχειν μηδέν. ὅταν δή τις ἀπὸ τῶνδε διὰ τὸ ὀρθῶς παιδεραστεῖν ἐπανιὼν ἐκεῖνο τὸ καλὸν ἄρχηται καθορᾶν, σχεδὸν ἄν τι ἅπτοιτο τοῦ τέλους. τοῦτο γὰρ δή ἐστι τὸ ὀρ-

Vat. Δ. Coisl. Ven. Ξ. Par. DK. Vind. 2. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. p. r. Flor. a. b. c. i. n. praebuerunt ἔνεκεν. Deinde Bekkerus ex Coisl. Vat. Δ. dedit ἕμπροσθε.

P. 211. φαντασθήσεται αὐτῷ τὸ καλὸν] V. αὐτό, quod habet Ambr. a pr. m. et Vat. r. Nec e Florentinis quidquam discrepantiae enotatum. Ceteri praebuerunt αὐτῷ. Idque verissime. Nam τὸ καλὸν per se est αὐτὸ τὸ καλόν.

B. τρόπον τινὰ τοιοῦτον] τινὰ τρόπον Coisl. Par. EF. Ambr. Ang. u. Vat. d. n. r. s. Flor. a. b. c. i. n.

μηδὲν ἐκεῖνο] Sic Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 1. 2. 7. Par. DK. Ang. w. Vat. p. Vulg. ἐκείνῳ, quod Astius frustra defendit.

ὅταν δή τις] Sic Bodl. Vat. Δ. Vind. 2. Vett. editt. ὅταν δέ τις.

pe. Istud πρὸς μὲν τό, πρός δὲ τό vulgari usu dictum pro πρὸς τὸ μέν, πρὸς τὸ δέ. v. De Rep. p. 467. D. Menex. p. 241. B. Phaedr. p. 263. B. coll. Matth. Gr. §. 288. 2. — φαντασθήσεται. apparebit. v. Creuzer. ad Plotin. de pulcritud. p. 135 sq.

B. τὰ δὲ ἄλλα πάντα — πάσχειν μηδέν] h. e. reliqua vero omnia, quae pulcra sunt, illius in communionem venire hac fere ratione, ut, quum illa oriantur atque intereant, pulcrum ipsum nullam unquam subeat vicissitudinem, nunquam crescat vel decrescat, aut aliud quid huiusmodi patiatur. Nam quae bona, pulcra, honesta sunt, ea putabat Plato bona, pulcra, honesta facta esse eo, quod referrentur ad ipsam honestatis speciem, eiusque quasi similitudinem referrent. v. Phaedon. p. 102. A. ibique annot. Ceterum de οἷον cum infinitivo constructo v. Apolog. Socrat. c. 18: ἐγὼ τυγχάνω ὢν τοιοῦτος, οἷος ὑπὸ τοῦ θεοῦ τῇ πόλει δεδόσθαι. Cf. Matth. §. 535. Buttmann. §. 137. al.

θῶς ἐπὶ τὰ ἐρωτικὰ ἰέναι ἢ ὑπ' ἄλλου ἄγεσθαι,
C ἀρχόμενον ἀπὸ τῶνδε τῶν καλῶν ἐκείνου ἕνεκα τοῦ καλοῦ ἀεὶ ἐπανιέναι, ὥςπερ ἐπαναβασμοῖς χρώμενον, ἀπὸ ἑνὸς ἐπὶ δύο καὶ ἀπὸ δυεῖν ἐπὶ πάντα τὰ καλὰ σώματα, καὶ ἀπὸ τῶν καλῶν σωμάτων ἐπὶ τὰ καλὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ ἀπὸ τῶν καλῶν ἐπιτηδευμάτων ἐπὶ τὰ καλὰ μαθήματα, ἕςτ' ἂν ἀπὸ τῶν μαθημάτων ἐπ' ἐκεῖνο τὸ μάθημα τελευτήςῃ, ὅ ἐστιν οὐκ ἄλλου ἢ αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ καλοῦ μάθημα, καὶ γνῷ αὐτὸ
D τελευτῶν ὃ ἔστι καλόν. Ἐνταῦθα τοῦ βίου, ὦ φίλε Σώκρατες, ἔφη ἡ Μαντινικὴ ξένη, εἴπερ που ἄλλοθι, βιωτὸν ἀνθρώπῳ, θεωμένῳ αὐτὸ τὸ καλόν. ὃ ἐὰν ποτε ἴδῃς, οὐ κατὰ χρυσίον τε καὶ ἐσθῆτα καὶ τοὺς

C. *ἀεὶ ἐπανιέναι*] Par. DK. Vat. p. *ἐπανιτέον*. Dein Coisl. Par. E. Vat. s. n. Ang. u. Flor. a. b. c. i *ἐπαναβασμοῖς*, quod concinit cum praecepto Phrynichi p. 324. Vulgo erat *ἐπαναβαθμοῖς*.

ἀπὸ δυεῖν] *δυοῖν* Ven. Ξ. Par. DFK. Ambr. Vat. d. n. p. r. s.

ἕςτ' ἂν ἀπὸ τῶν μαθημάτων] Pro *ἕςτ' ἄν* Bodl. Coisl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Par. DEFK. Ang. u. Vat. d. n. p. s. Flor. a. b. c. i. n. habent *καί*. Ambr. Vat. r. Flor. n. *τελευτήσει*. Quum *ἕςτ' ἄν* nusquam alibi apud Platonem legatur, codicibus ducibus scribendum suspiceris: *καὶ ἀπὸ τῶν μαθημάτων — τελευτήσει*, ut vulgatum ortum ex grammatici alicuius interpretatione existimetur. Sed huic coniecturae obstat, quod deinde infertur *καὶ γνῷ*, quod quis erit tam temerarius, ut in *γνώσεται* mutandum existimet? Facilius igitur correxeris *ἕως ἄν*, ut dudum iudicavimus, idque nuper Herm. in Teubner. sed male omisso *ἄν*, vulgavit. Sed non opus est mutatione, siquidem *ἕςτ' ἄν* dixit etiam Xenoph. An. I. 3, 9.

C. *ἀπὸ τῶνδε*] h. e. a rebus pulcris, quae sub sensus cadunt. Ad sententiam conf. Phaedr. p. 250 sqq. Deinde *τὶ* ad *σχεδὸν* pertinet, quod ne mireris particula *ἄν* interiecta ab eo seiunctum esse, ne talia quidem offensioni esse debent, quale est illud Lysid. p. 204. E: *οὐ γὰρ πάνυ, ἔφη, τι αὐτοῦ τοὔνομα λέγουσιν*, ubi *πάνυ τι* connectas. v. ad Protagor. p. 327. B.

καὶ γνῷ αὐτὸ τελευτῶν ὃ ἔστι καλόν] h. e. atque ad extremum cognoscat ipsam pulcritudinis *ἰδέαν*. Theaetet. p. 146. E: *γνῶναι ἑπιστήμην αὐτὸ ὅ τι ποτ' ἔστι*. v. Ast. ad Rempubl. p. 399. et quae notavi ad Phileb. p. 207. collat. Phaedon. p. 75. B. D De participio *τελευτῶν* v. Phaedon. p. 72. C.

D. *Ἐνταῦθα τοῦ βίου* —] Illustrantur haec verba proximis illis *θεωμένῳ αὐτὸ τὸ καλόν*, quum ipsam intuetur pulcritudinis speciem.

οὐ κατὰ χρυσίον κ. τ. λ.] non ad aurum, vestimentum al. comparandum illud iudicabis. Nam *κατὰ* in talibus similitudinem indicat. v. Apolog. Socrat. in *ὁμολογοίην ἂν ἔγωγε οὐ κατὰ τούτους εἶναι*

καλοὺς παῖδάς τε καὶ νεανίσκους δόξει σοι εἶναι, οὓς νῦν ὁρῶν ἐκπέπληξαι καὶ ἕτοιμος εἶ καὶ σὺ καὶ ἄλλοι πολλοί, ὁρῶντες τὰ παιδικὰ καὶ ξυνόντες ἀεὶ αὐτοῖς, εἴ πως οἷόν τ' ἦν, μήτε ἐσθίειν μήτε πίνειν, ἀλλὰ θεᾶσθαι μόνον καὶ ξυνεῖναι. τί δῆτα, ἔφη, οἰόμεθα, εἴ τῳ γένοιτο αὐτὸ τὸ καλὸν ἰδεῖν εἰλικρινές, E καθαρόν, ἄμικτον, ἀλλὰ μὴ ἀνάπλεων σαρκῶν τε ἀνθρωπίνων καὶ χρωμάτων καὶ ἄλλης πολλῆς φλυαρίας θνητῆς, ἀλλ' αὐτὸ τὸ θεῖον καλὸν δύναιτο μονοειδὲς κατιδεῖν; ἆρ' οἴει, ἔφη, φαῦλον βίον γίγνεσθαι ἐκεῖσε βλέποντος ἀνθρώπου καὶ ἐκεῖνο ᾧ δεῖ 212 θεωμένου καὶ ξυνόντος αὐτῷ; ἢ οὐκ ἐνθυμεῖ, ἔφη, ὅτι ἐνταῦθα αὐτῷ μοναχοῦ γενήσεται, ὁρῶντι ᾧ ὁρα-

D. ἡ *Μαντινικὴ ξένη*] Hic quoque non pauci libri habent *μαντικήν*.

ἐάν ποτε ἴδῃς] εἴδῃς Bodl. *εἰδῇς* Par. EF. Coisl. Ang. a. Vat. n. s. Flor. a. b. c. i.

ἀλλὰ θεᾶσθαι μόνον] *θεάσασθαι* Bodl. Vat. *Δ*. Vind. 2. Ang. w.

E. *ἀλλὰ μὴ ἀνάπλεων*] Frustra Astius *ἀλλὰ* delendum censuit. v. ad Protagor. p. 337. B.

P. 212. *καὶ ἐκεῖνο ᾧ δεῖ θεωμένου*] V. *ὃ δεῖ*. Sed ω vel *ᾧ* Bodl. Vat. *Δ*. et corr. Par. F. idque verissime. Bekkerus tamen de coniectura Schleiermacheri dedit: *καὶ ἐκεῖνο δὴ θεωμένου*. Habent *δὴ* pro *δεῖ* Par. K. Vat. d. n.

ἢ οὐκ ἐνθυμεῖ] Sic Ang. w. Flor. n. cum Bodl., quod teste Bastio etiam Vat. *Δ*. habet. Vulgo erat *ἐνθυμῇ*.

ῥήτωρ. Plura dabit Heindorf. ad Gorg. p. 226., Matth. Gram. T. II. p. 1154. De *τῶν παίδων et τῶν νεανίσκων* coniunctione v. Lysid. p. 206. D.

E. *ἀνάπλεων*] pollutum, contagione infectum, ut Phaedon. p. 83. E. ubi v. annot. — *καὶ ἄλλης πολλῆς φλυαρίας*. Phaedon. p. 66. C: *Ἐρώτων δὲ καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ φόβων καὶ εἰδώλων παντοδαπῶν καὶ φλυαρίας ἐμπίπλησιν ἡμᾶς πολλῆς*, ubi Olympiodorus: *φλυαρίαν καλεῖ ὁ Πλάτων πᾶν τὸ περιττόν, οὐ μόνον τὸ ἐν λόγοις, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν ἔργοις*. Gorg. p. 519. A. Reip. X. p. 581. D. Neque aliis scriptoribus hic usus vocabuli ignotus. Ceterum quod Astius *ἀλλὰ* post *ἄμικτον* delendum censuit, non recordatus est frequentem huius vocis repetitionem nihil habere insolentiae. v. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 142. = p. 63. E.

P. 212. *ὁρῶντι ᾧ ὁρατὸν τὸ καλόν*] h. e. spectanti quo pulcrum spectari potest, videlicet mente et animo, non oculis. Itaque paullo ante cum Astio scripsimus *καὶ ἐκεῖνο ᾧ δεῖ θεωμένου*, quam lectionem confirmat cod. Bodl. qui habet *ω δεῖ*. Vett. editt. *ὃ δεῖ*. Bekkerus de Schleierma-

τὸν τὸ καλόν, τίκτειν οὐκ εἴδωλα ἀρετῆς, ἅτε οὐκ εἰδώλου ἐφαπτομένῳ, ἀλλ' ἀληθῆ, ἅτε τοῦ ἀληθοῦς ἐφαπτομένῳ, τεκόντι δὲ ἀρετὴν ἀληθῆ καὶ θρεψαμένῳ ὑπάρχει θεοφιλεῖ γενέσθαι καί, εἴπερ τῳ ἄλλῳ ἀνθρώπων, ἀθανάτῳ καὶ ἐκείνῳ;

B Ταῦτα δή, ὦ Φαῖδρε τε καὶ οἱ ἄλλοι, ἔφη μὲν Διοτίμα, πέπεισμαι δ' ἐγώ· πεπεισμένος δὲ πειρῶμαι καὶ τοὺς ἄλλους πείθειν, ὅτι τούτου τοῦ κτήματος τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει συνεργὸν ἀμείνω Ἔρωτος οὐκ ἄν τις ῥᾳδίως λάβοι. διὸ δὴ ἔγωγέ φημι χρῆναι πάντα ἄνδρα τὸν Ἔρωτα τιμᾶν, καὶ αὐτὸς τιμῶ τὰ ἐρωτικὰ

θεοφιλεῖ γενέσθαι] θεοφιλῆ Bodl. Vat. A. Coisl. Vat. n. et supra versum Par. E.

εἴπερ τῳ ἄλλῳ ἀνθρώπων] V. ἀνθρώπῳ, invitis codicibus praeter Ang w. Vind. 7. et pr. Vat. r. omnibus.

B. καὶ ἀνδρείαν] V. ἀνδρίαν, quod e Bodl. Vat. r. Par. K. Flor. n. mutatum. Post καὶ articulum iterat Par. K.

C. τὸν δὲ Ἀριστοφάνη] Sic Bodl. Vat. A. Coisl. Ven. 2. Par. K. Ang. u. w. Vat. n. p. Flor. i. Vett. editt. Ἀριστοφάνην, qua forma Platonem abstinuisse supra monuimus.

cheri coniectura dedit κἀκεῖνο δὴ θεωμένου. De verbis ὁρᾶν, θεᾶσθαι, βλέπειν, ὄψις, ὄμμα ad animum translatis v. Ast. ad Polit. p. 573. et Creuzer. ad Plotin. de Pulcrit. p. 361. coll. 210.

B. τιμῶ τὰ ἐρωτικά] V. ad. p. 177. D.

C. ὅ τι καὶ ὅπῃ χ. ὀν., τοῦτο ὀνόμαζε] Frequens est loquutio ὀνομάζειν τινά τι, ὀνομάζειν τοῦτο, καλεῖν τοῦτο, v. ad Protagor. p. 358. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. v. 502. 566. Valcken. ad Phoeniss. v. 12. Schaefer. ad Long. p. 369. Conf. infra p. 218. A. Menexen. p. 138. C: καλεῖ δὲ ὁ μὲν αὐτὴν δημοκρατίαν, ὁ δὲ ἄλλο, ὃ ἂν χαίρῃ. De Republ. V. p. 463. A. Pro εἰ δέ ne quis malit εἰ δὲ μή, repetas ex superioribus βούλει. Alcibiad. I. p. 114. B: εἰ μὲν βούλει, ἐρωτῶν με· εἰ δέ, καὶ αὐτὸς ἐπὶ σαυτοῦ λόγον διεξελθε. De Rep. IV. p. 432. A. Euthyd. p. 285. C. Matthiae Gr. p. 1248.

τοὺς μέν — λέγειν τι ἐπιχειρεῖν] Intelligas ἔφη ὁ Ἀριστόδημος.

ὅτι ἐμνήσθη αὐτοῦ] Attigerat enim Socrates p. 205. D. E. Aristophanis orationem his verbis: καὶ λέγεταί μέν γέ τις, ἔφη, λόγος, ὡς οὐ ἂν τὸ ἥμισυ ἑαυτῶν ζητῶσιν κ. τ. λ,

καὶ ἐξαίφνης τὴν αὐλειον θ.] h. e. τὴν θύραν τῆς αὐλῆς, fores vestibuli, quae aulam claudunt viam versus, v. Böttiger. ad Eurip. Med. T. VI. p. 443. ed. Matth. Wyttenbach. ad Plut. Mor. Vol. II. p. 18 sq. ed. Matth. Bremi ad Lysiam. p. 9. Deinde pro vulg. κροτουμένην ex optimis codd. recepimus κρουομένην, quod verbum sollemne est de iis, qui fores pulsant, ut intromittantur. Moeris Att. p. 211: κόπτει τὴν θύραν (ὁ) ἔξωθεν· ψοφεῖ δὲ ὁ ἔνδοθεν, Ἀτ-

καὶ διαφερόντως ἀσκῶ, καὶ τοῖς ἄλλοις παρακελεύομαι, καὶ νῦν τε καὶ ἀεὶ ἐγκωμιάζω τὴν δύναμιν καὶ ἀνδρείαν τοῦ Ἔρωτος καθ' ὅσον οἷός τ' εἰμί.

Τοῦτον οὖν τὸν λόγον, ὦ Φαῖδρε, εἰ μὲν βούλει, C ὡς ἐγκώμιον εἰς Ἔρωτα νόμισον εἰρῆσθαι, εἰ δέ, ὅ τι καὶ ὅπῃ χαίρεις ὀνομάζων, τοῦτο ὀνόμαζε.

Cap. XXX. Εἰπόντος δὲ ταῦτα τοῦ Σωκράτους, τοὺς μὲν ἐπαινεῖν, τὸν δὲ Ἀριστοφάνη λέγειν τι ἐπιχειρεῖν, ὅτι ἐμνήσθη αὐτοῦ λέγων ὁ Σωκράτης περὶ τοῦ λόγου· καὶ ἐξαίφνης τὴν αὔλειον θύραν κρουομένην πολὺν ψόφον παρασχεῖν ὡς κωμαστῶν, καὶ αὐ-

τὴν αὔλειον θύραν] αὔλιον Bodl. Vat. *A.* Coisl. Par. EF. Ang. u. w. Vat. n. s. Flor. b. i., ut edidit Hermannus; de qua scriptura v. Pierson. ad Moer. p. 88. Fischer. ad Theophr. Ind. s. v. Αὔλειος, Iacobs ad Achill. Tat. p. 820. qui utramque formam probam esse volunt. De quo nos quidem dubitamus. Imo αὔλιον ex eo habet originem, quod ει in cod. per iota μακρόν scribi solitum est. Deinde κρουομένην Vat. *A.* Par. DK. Ang. w. Vat. p. r. Vind. 1. 2. 7. Flor. n. Vett. editt. κροτουμένην. Tum perperam interpungunt: παρασχεῖν, ὡς κωμαστῶν καὶ αὐλητρ. v. comment.

τικῶς· κροτεῖ δὲ Ἑλληνικῶς, ubi Valcken. κρούει legendum censuit. Verissime. Nam quod Pierson., quo tueretur vulgatam lectionem, provocavit ad hunc locum Symposii et ad epigramma Leonis Dorvillio ad Chariton. p. 31. laudatum, locus Symposii propter meliorem codicum lectionem ad firmandam eius sententiam nihil valet; illud epigramma autem parum habet auctoritatis hac in re, quandoquidem optimi quique scriptores Attici κρούειν dixisse reperiuntur, v. Muret. Var. Lectt. I. 17. et intpp. ad Xenoph. Sympos. I. 11. Proxima labem contraxerant. Neque enim haec: ὡς κωμαστῶν — — ἀκούειν apte cohaerebant cum praecedentibus, propterea quod post παρασχεῖν commate erat distinctum. Vitium sustulimus mutata interpunctione, qua probata non est quod cum Astio corrigas καὶ ὡς κωμαστῶν vel καὶ κωμαστῶν. Nunc ὡς κωμαστῶν connectendum cum πολὺν ψόφον π. hoc sensu: vestibuli ianuam pulsatam ingentem fecisse strepitum ut comissatorum, h. e. quasi comissatores eum excitarent. Deinde ad ἀκούειν intelligas αὐτούς et vertas: und man habe den Ton einer Flötenspielerin gehört. Nam φωνήν perperam intelligunt hic de voce tibicinae, quum de sono tibiae, quam illa inflavit, cogitandum sit. De κωμασταῖς noctu ad fores amicorum comitibus tibicinis aliisque id genus hominibus accedentibus et παρακλαυσίθυρα canentibus v. Demosth. T. II. p. 433. ed. Reisk. Lucian. Bis Accus. 31. Iamblich. Vit. Pythag. p. 94. Clem. Alex. Paedag. II. 4. Schol. Theocr. Id. III. I. al. coll. Schwarz diss. de commissationibus veterum Altd. a. 1744. editt. Ceterum κῶμος est

λητρίδος φωνὴν ἀκούειν. τὸν οὖν Ἀγάθωνα, Παῖδες,
D φάναι, οὐ σκέψεσθε; καὶ ἐὰν μέν τις τῶν ἐπιτηδείων ᾖ, καλεῖτε· εἰ δὲ μή, λέγετε, ὅτι οὐ πίνομεν, ἀλλὰ ἀναπαυόμεθα ἤδη. Καὶ οὐ πολὺ ὕστερον Ἀλκιβιάδου τὴν φωνὴν ἀκούειν ἐν τῇ αὐλῇ σφόδρα μεθύοντος καὶ μέγα βοῶντος, ἐρωτῶντος, ὅπου Ἀγάθων, καὶ κελεύοντος ἄγειν παρ' Ἀγάθωνα. ἄγειν οὖν αὐτὸν παρὰ σφᾶς τήν τε αὐλητρίδα ὑπολαβοῦσαν καὶ ἄλλους τινὰς τῶν ἀκολούθων, καὶ ἐπιστῆναι ἐπὶ τὰς
E θύρας ἐστεφανωμένον αὐτὸν κιττοῦ τέ τινι στεφάνῳ δασεῖ καὶ ἴωνι, καὶ ταινίας ἔχοντα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς πάνυ πολλάς, καὶ εἰπεῖν, Ἄνδρες, χαίρετε· μεθύοντα ἄνδρα πάνυ σφόδρα δέξεσθε συμπότην, ἢ ἀπίωμεν ἀναδήσαντες μόνον Ἀγάθωνα, ἐφ' ὅπερ ἤλθομεν; ἐγὼ γάρ τοι, φάναι, χθὲς μὲν οὐχ οἷός τ' ἐγενόμην

D. μέγα βοῶντος, ἐρωτῶντος] V. β. καὶ ἐρ. Sed recte καὶ codd. omnes praeter Ven. Ξ. Vat. n. Vind. 7. omittunt. Nam per ἐρωτῶντος illud μέγα βοῶντος explicatur. Hommelius tamen ἐρωτῶντος delendum censet. Scilicet hoc est criticam factitare.

E. κιττοῦ τέ τινι στ.] Hoc τε, vulgo omissum, codd. plerique omnes suppeditarunt.

δέξεσθε συμπότην] δέξεσθε Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Ang. w. et supra versum Vat. s. Vulgo erat. δέξασθε, puncto post ἤλθομεν posito. Dein ἐφ' ᾧπερ Bodl. Vat. Δ. Par. DK. Ang. w. Vat. p. probante Hermanno.

κεφαλήν, ἐὰν εἴπω οὕτωσί, ἀναδ.] Sic editt. In Par.

compotatio post coenam continuata. Varias vocabuli significationes exposuit Welcker ad Philostr. Imagg. p. 202 sq. ed. Iacobs.

D. οὐ σκέψεσθε] Cf. annot. ad c. I. — καλεῖτε, h. e. invitate, ut mox: καὶ τὸν Ἀγάθωνα καλεῖν αὐτόν.

αὐλητρίδα ὑπολαβοῦσαν] Verbum ὑπολαμβάνειν, casurum sustentare, illustravit Dorvill. ad Chariton. p. 172.

ἐπιστῆναι ἐπὶ τὰς θύρας] Intellige fores ipsius domus, in qua convivae erant, sive τὴν μέταυλον θύραν.

E. ταινίας ἔχοντα] Mos erat capita hominum vel publice bene meritorum, veluti victorum, vel amicorum et familiarium laetis diebus ac sollemnitatibus coronis, vittis, taeniis redimiendi et ornandi, v. Rhaken. ad Tim. Gloss. p. 246 sq. Paschal. de coronis IV. 8. interpp. ad Horat. Odar. IV. 11, 2. al. — De Alcibiadis vinolentia laudant Athenaeum XII. p. 534. et Spanhem. ad Iulian. Orat. I. p. 124.

ἐὰν εἴπω οὕτωσί,] Reliquimus codicum scripturam, non quo eam putaremus integram ac sinceram, est enim aperte vitiata, sed quod vitii, quo la-

ἀφικέσθαι, νῦν δὲ ἦκω ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἔχων τὰς ταινίας, ἵνα ἀπὸ τῆς ἐμῆς κεφαλῆς τὴν τοῦ σοφωτάτου καὶ καλλίστου κεφαλήν, ἐὰν εἴπω οὕτωσί, ἀναδήσω. ἆρα καταγελάσεσθέ μου ὡς μεθύοντος; ἐγὼ δέ, κἂν ὑμεῖς γελᾶτε, ὅμως εὖ οἶδ' ὅτι ἀληθῆ λέγω, ἀλλά 213
μοι λέγετε αὐτόθεν, ἐπὶ ῥητοῖς εἰσίω, ἢ μή; συμπίεσθε, ἢ οὔ; Πάντας οὖν ἀναθορυβῆσαι καὶ κελεύειν εἰσιέναι καὶ κατακλίνεσθαι, καὶ τὸν Ἀγάθωνα καλεῖν αὐτόν. καὶ τὸν ἰέναι ἀγόμενον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ περιαιρούμενον ἅμα τὰς ταινίας ὡς ἀναδήσοντα, ἐπίπροσθεν τῶν ὀφθαλμῶν ἔχοντα οὐ κατιδεῖν τὸν Σωκράτη, ἀλλὰ καθίζεσθαι παρὰ τὸν Ἀγάθωνα ἐν μέσῳ Σωκράτους τε καὶ ἐκείνου· παραχωρῆσαι γὰρ τὸν Σωκράτη ὡς ἐκεῖνον καθίζειν. παρακαθεζόμενον δὲ αὐτὸν ἀσπάζεσθαί τε τὸν Ἀγάθωνα καὶ ἀναδεῖν. B

D. Vat. n. est *οὑτωσίν*. Ambr. Vat. r. Vind. 1. Flor. n. mutato ordine: *οὑτωσὶ κεφαλὴν ἀναδήσω*. Permira est coniectura Hommelii, scribendum putantis: *ἐὰν εἶπον*, quod interpretatur: Dixi iam saepius, mitti me velle liberum a vestris manibus. Ast. coni. *ἆρα, ἐὰν εἴπω οὑτωσί, καταγελάσεσθε*, audaci transpositione facta. Orell. mavult: *ἵν' εἴπω οὑτωσί*, ut Epist. III. p. 318. D. *ἵν' οὕτως εἴπω*. Winckelm. coni. *ἐὰν ἀνείπω οὑτωσί, ἀναδήσω*. Car. Fr. Hermann. *ἀνειπὼν οὑτωσί*.

P. 213. *καὶ κελεύειν εἰσιέναι*] *κελεύει* Bodl. a pr. m. *ἐπίπροσθεν τῶν ὀφθαλμῶν*] *ἐπίπροσθε* Coisl., ut solet, cum Vat. *A*. Ang. w., quod dedit Bekker. v. ad p. 172. A.

borat, medela incerta est. Winckelmannus legendum suasit: *ἐὰν ἀνείπω οὑτωσί, ἀναδήσω*. Quae ratio maiorem nanciscetur probabilitatem, ubi post *ἀνείπω* distinxeris, *οὑτωσί* ad *ἀναδήσω* relato. Sed fateor molestum mihi accidere istud *ἐάν* coniunctivo sociatum. Quod in tali sententia vix locum habet. Quamobrem probo potius quod nuperrime dedit C. Fr. Hermannus: *καὶ καλλίστου κεφαλὴν ἀνειπών* (ubi eum victorem renunciavero) *οὑτωσὶ ἀναδήσω*. *Ἀνειπεῖν* hac in re sollemne esse constat. v. Legg. XII. p. 946. B. Schaefer. ad Demosth. Apparat. II. p. 90.

P. 213. *λέγετε αὐτόθεν*] In his *αὐτόθεν*, quod proprie est ex ipsa re praesenti, significat statim, illico. Similia vide ad Phileb. p. 170. — *ἐπὶ ῥητοῖς*, h. e. sub ea conditione, quam dixi. Comparat Wyttenbach. Plutarch. de Audit. p. 42. E. Respicit ad p. 213. E: *μεθύοντα ἀνδρα πάνυ σφόδρα δέξεσθε συμπότην, ἢ ἀπίωμεν κ. τ. λ.* Errat igitur Rückertus nullam dum conditionem memoratam esse existimans.

ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων] i. e. *ὑπὸ τῶν ἀκολούθων*, quos supra dixerat.

εἰπεῖν οὖν τὸν Ἀγάθωνα, Ὑπολύετε, παῖδες, Ἀλκιβιάδην, ἵνα ἐκ τρίτων κατακέηται. Πάνυ γε, εἰπεῖν τὸν Ἀλκιβιάδην· ἀλλὰ τίς ἡμῖν ὅδε τρίτος συμπότης; Καὶ ἅμα μεταστρεφόμενον αὐτὸν ὁρᾶν τὸν Σωκράτη, ἰδόντα δὲ ἀναπηδῆσαι καὶ εἰπεῖν Ὦ Ἡράκλεις, τουτὶ τί ἦν; Σωκράτης οὗτος; ἐλλοχῶν αὖ με ἐνταῦθα κα-
C τέκεισο, ὥςπερ εἰώθης ἐξαίφνης ἀναφαίνεσθαι ὅπου ἐγὼ ᾤμην ἥκιστά σε ἔσεσθαι. καὶ νῦν τί ἥκεις; καὶ τί αὖ ἐνταῦθα κατεκλίνης; ὡς οὐ παρὰ Ἀριστοφάνει, οὐδὲ εἴ τις ἄλλος γελοῖος ἔστι τε καὶ βούλεται· ἀλλὰ διεμηχανήσω, ὅπως παρὰ τῷ καλλίστῳ τῶν ἔνδον κατακείσει. Καὶ τὸν Σωκράτη, Ὦ Ἀγάθων, φάναι, ὅρα, εἴ μοι ἐπαμύνεις· ὡς ἐμοὶ ὁ τούτου ἔρως τοῦ

B. ὅδε τρίτος συμπότης] τρίτος ὅδε συμπότης vett. editt. repugnantibus codd., ex quibus Bodl. Vat. *A*. Par. DK. Vat. p. ὧδε scriptum habent.

τουτὶ τί ἦν] τοῦτ' εἰπεῖν vitiosissime Bodl. Vat. *A*. Par. DK. Ang. w. Vat. p. Vind. 7. et Scholiastes. In Vind. 2. haec verba desunt. Deinde post Σωκράτης οὗτος de Bekkeri sententia posui signum interrogationis.

C. ὥςπερ εἰώθης] Sic Vind. 2. et Ven. *Ξ*. Legebatur εἰώθεις, quod tenuit Hermann.

οὐδὲ εἴ τις ἄλλος γ.] V. οὔτε, quod e Bodl. Vat. *A*. Vind. 2. Par. D. Ang. w. Vat. p. emendatum.

Ὦ Ἀγάθων, φάναι] ὦ cum Bekkero ex Par. F. addidi. Habet enim haec compellatio quandam affectus significationem, ut ὦ vix recte abesse videatur. Deinde Stephanus pro ἐπαμύνεις, quod libri tuentur, correxit ἐπαμυνεῖς, idque etiam Bekkerus recepit, consentientibus Turicensibus. Sed praesens tempus defendi

B. Ὑπολύετε, παῖδες] h. e. calceos solvite. Nam calcei inter epulas deponebantur, de quo more v. Gataker. Advers. Miscell. c. 19. — ἐκ τρίτων, tertius, praeter ipsum Agathonem et Socratem. Gorg. p. 500. A: σύμψηφος ἡμῖν εἶ καὶ σὺ ἐκ τρίτων; ubi v. Heindorf.

Ὦ Ἡράκλεις, τουτὶ τί ἦν;] Mirandi formula, qua utuntur, quibus aliquid subito et praeter exspectationem accidit: unde imperfecti usus explicandus. Aristoph. Acharn. v. 767: τουτὶ τί ἦν τὸ πρᾶγμα; Lysistr. 445: τουτὶ τί ἦν; Vesp. v. 183: τουτὶ τί ἦν; Avv. 863. 1026. 1482. al. v. ad Phaedon. p. 68. C.

Σωκράτης οὗτος; ἐλλοχῶν — κατέκεισο] De hac structura v. ad cap. I. in. Singularem Socratis erga Alcibiadem amorem et amicitiam memorat Plutarch. Vita Alcibiad. c. 1. et Maxim. Tyr. XXIV. 5.

C. ὡς οὐ παρὰ Ἀρ. — βούλεται] Verba καὶ βούλεται,

ἀνθρώπου οὐ φαῦλον πρᾶγμα γέγονεν. ἀπ' ἐκείνου γὰρ τοῦ χρόνου, ἀφ' οὗ τούτου ἠράσθην, οὐκέτι ἔξεστί μοι οὔτε προσβλέψαι οὔτε διαλεχθῆναι καλῷ D οὐδενί, ἢ οὗτοσὶ ζηλοτυπῶν με καὶ φθονῶν θαυμαστὰ ἐργάζεται καὶ λοιδορεῖταί τε καὶ τὼ χεῖρε μόγις ἀπέχεται. ὅρα οὖν, μή τι καὶ νῦν ἐργάσηται, ἀλλὰ διάλλαξον ἡμᾶς, ἢ ἐὰν ἐπιχειρῇ βιάζεσθαι, ἐπάμυνε, ὡς ἐγὼ τὴν τούτου μανίαν τε καὶ φιλεραστίαν πάνυ ὀῤῥωδῶ. Ἀλλ' οὐκ ἔστι, φάναι τὸν Ἀλκιβιάδην, ἐμοὶ καὶ σοὶ διαλλαγή. ἀλλὰ τούτων μὲν εἰς αὖθίς σε τιμωρήσομαι· νῦν δέ μοι, Ἀγάθων, φάναι, μετάδος τῶν ταινιῶν, ἵνα ἀναδήσω καὶ τὴν τούτου ταυτηνὶ τὴν θαυμαστὴν κεφαλήν, καὶ μή μοι μέμφη- E

recte potest. Mox p. 214. E. ὕρα, εἰ παρίης, Gorg. p. 476. D. ὅρα, εἰ ὁμολογεῖς.

D. καλῷ οὐδενί] οὐδ' ἑνί Bodl. et Tur. Non male, v. ad p. 214. D.

D. θαυμαστὰ ἐργάζεται] V. θαυμάσια, quod e Bodl. Vat. Δ. Vind. 2. Par. D K. Ang. w. Vat. p. et pr. Ven. Ξ. mutatum. Mox ἐπάμυναι Bodl. Vat. Δ. Vind. 2. Par. D K. Ang. w. Editt. omnes ἐπάμυνε.

νῦν δέ μοι, Ἀγ., φάναι] δ' ἐμοὶ Flor. n. Dein Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. D K. Ang. w. Vat. p. ἵνα ἀναδησώμεθα. Sed recte habet ἵνα ἀναδήσω, pro quo nec cum C. Fr. Hermanno de coniectura reponam ἀναδησωμεν. Nimirum istud ἀναδησώμεθα, quod Bodl. aliique habent, unde ortum sit, luculenter apparet ex eo, quod iidem fere libri etiam καὶ exterminant. Nam proximum καὶ om. Bodl. Vat. Δ. Vind. 2. Par. D K. Vat. p. Pro αὐτὸν δὲ νικ. Florentini αὐτόν.

E. ταυτηνὶ τὴν θαυμαστὴν κ.] τὴν om. Par. K. et Ambr.

sc. γελοῖος εἶναι, reddas atque id studet. v. Hoogeveen. ad Viger. p. 226. annot. 16. extr. Ceterum ὡς est quippe, nam, ut mox in verbis: ὡς ἐμοὶ ὁ τούτου ἔρως — οὐ φαῦλον πρᾶγμα γέγονεν, et ὡς ἐγὼ τὴν τούτου μανίαν — ὀῤῥωδῶ. C. Fr. Hermannus cur reponendum censuerit: καὶ οὐ παρὰ Ἀριστ. invitis libris omnibus, haud sane intelligimus.

D. ἢ οὗτοσὶ ζ.] h. e. aut, si id facio, hicce prae aemulatione et invidia etc. De verbo ὀῤῥωδεῖν, quod proprie dicitur de animalibus prae metu caudam reducentibus, ab Atticis ita usurpato, ut omnino sit metuere, v. Pierson. ad Moer. p. 255.

E. τὴν τούτου ταυτηνὶ τὴν θαυμαστὴν κεφαλήν] Iteratio haec articuli non caret idonea ratione. Nam verba sic explicanda sunt: τὴν τούτου ταυτηνί, ἣ θαυμαστή ἐστι, κ. v. ad Hipp. mai. 281. D. Cratyl. 398. B. D. Gorg. p. 502. D. Remp. VIII. p. 565. D. III. p. 407. B.

Ἐρυξίμαχον. ἡμῖν, πρὶν σὲ εἰςελθεῖν, ἔδοξε χρῆναι ἐπὶ
C δεξιὰ ἕκαστον ἐν μέρει λόγον περὶ Ἔρωτος εἰπεῖν ὡς
δύναιτο κάλλιστον, καὶ ἐγκωμιάσαι. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι
πάντες ἡμεῖς εἰρήκαμεν· σὺ δ' ἐπειδὴ οὐκ εἴρηκας
καὶ ἐκπέπωκας, δίκαιος εἶ εἰπεῖν, εἰπὼν δ' ἐπιτάξαι
Σωκράτει ὅ τι ἂν βούλῃ, καὶ τοῦτον τῷ ἐπὶ δεξιὰ
καὶ οὕτω τοὺς ἄλλους. Ἀλλά, φάναι, ὦ Ἐρυξίμαχε,
τὸν Ἀλκιβιάδην, καλῶς μὲν λέγεις, μεθύοντα δὲ ἄν-
δρα παρὰ νηφόντων λόγους παραβάλλειν μὴ οὐκ ἐξ
ἴσου ᾖ. καὶ ἅμα, ὦ μακάριε, πείθει τί σε Σωκράτης
D ὧν ἄρτι εἶπεν; ἢ οἶσθα, ὅτι τοὐναντίον ἐστὶ πᾶν· ἢ

Coisl. Par. EF. Ang. u Vat. n. p. s. et rec. Ang. w. Quae eo magis requiritur, quia ipsius poetae integer versiculus affertur. Alia ratio est Phaedr. in., ubi poetae verba prosae admiscentur orationi. C. tamen. Fr. Herm. propter Bodl. scilicet auctoritatem veterem scripturam servandam statuit.

C. καὶ ἐκπέπωκας] Sic cum Bas. 2. scriptum habent Bodl. Coisl. Ven. Ξ. Par. K. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. p. r. Vind. 1. 2. Flor. a. b. c. i. Vitiose Bas. 1. 2. ἐμπέπτωκας. Steph. ἐμπέπωκας. In Vat. Δ. Par. DF. est ἐκπέπτωκας. Deinde εἶ om. Par. EF. Vat. s. post εἰπεῖν ponit Coisl.

τῷ ἐπὶ δεξιά] Sic Ang. u. Vat. s. ἐπιδεξιά Ang. w. ἐπιδεξια

C. καὶ τοῦτον τῷ ἐπὶ δεξιά] Accusativus ponitur ac si praecessisset δίκαιόν ἐστι. Itaque verba sic interpreteris: καὶ τοῦτον δίκαιόν ἐστιν ἐπιτάξαι τῷ ἐπὶ δεξιά. Structurae variatio nec per se ingrata est, et per sententiae rationem propemodum necessaria.

μεθύοντα δὲ ἄνδρα — παραβάλλειν] Ebrium virum componere cum sobriorum orationibus haud sane aequum fuerit, quod breviter dictum est pro: ebrium virum committere cum iis, qui sobrii loquuntur. De qua loquendi ratione v. ann. ad Protag. p. 358. D. Gorg. p. 455. D. Iam vide, quibus modis hunc locum sollicitaverint ii, qui breviloquentiae vim non assecuti sunt. Bastius enim λόγον inserendum censuit. Wolfius μεθύοντα ἄνδρα positum putavit pro λόγους μεθύοντος ἀνδρός. Astius νηφόντων λόγους accepit ita, ut hoc dictum iudicaret pro νήφοντας. Alii etiam alias rationes inierunt, quas commemorare longum est atque supervacaneum. Παραβάλλειν est obiicere, committere certaminis caussa, quod bono et malo sensu dicitur. Eadem prorsus ratione Aristoph. Avv. 333 sqq. παρέβαλέν τ' ἐμὲ παρὰ γένος ἀνόσιον. Calliditatis et fraudulentiae significationem verbo adhaerere notant Thom. M. p. 620. Hesych. T. II. p. 857.

πείθει τί σε κ. τ. λ.] h. e. πείθει σέ τι τούτων, ἃ Σωκράτης ἄρτι εἶπεν; credisne quidquam eorum, quae modo dixit Socrates? an

ὃ ἔλεγεν; οὗτος γάρ, ἐάν τινα ἐγὼ ἐπαινέσω τούτου παρόντος ἢ θεὸν ἢ ἄνθρωπον ἄλλον ἢ τοῦτον, οὐκ ἀφέξεταί μου τὼ χεῖρε. Οὐκ εὐφημήσεις; φάναι τὸν Σωκράτη. Μὰ τὸν Ποσειδῶ, εἰπεῖν τὸν Ἀλκιβιάδην, μηδὲν λέγε πρὸς ταῦτα, ὡς ἐγὼ οὐδ' ἂν ἕνα ἄλλον ἐπαινέσαιμι σοῦ παρόντος. Ἀλλ' οὕτω ποίει, φάναι τὸν Ἐρυξίμαχον, εἰ βούλει· Σωκράτη ἐπαίνεσον. Πῶς λέγεις; εἰπεῖν τὸν Ἀλκιβιάδην· δοκεῖ χρῆναι, E
ὦ Ἐρυξίμαχε; ἐπιθῶμαι τῷ ἀνδρὶ καὶ τιμωρήσωμαι ὑμῶν ἐναντίον; Οὗτος, φάναι τὸν Σωκράτη, τί ἐν νῷ ἔχεις; ἐπὶ τὰ γελοιότερά με ἐπαινέσεις; ἢ τί ποιή-

sine accentu. Vat. Δ. ἐπιδέξια Vind. 1. 7. Par. K. Ambr. Vat. p. r. Vett. editt. ἐπὶ δεξιᾷ. conf. p. 177. D. 214. B. 222. E. 223. C. et Schneiderus ad Remp. IV. p. 420. E.

παρὰ νηφόντων λόγους] Steph. coni. παρὰ τοὺς ν. λ. Sed articulo non opus.

E. με ἐπαινέσεις;] Bekk. de suo dedit ἐπαινέσαι. Noli attrectare scripturam codicum. Falluntur enim grammatici existimantes futurum verbi ἐπαινεῖν semper esse ἐπαινέσομαι, non item ἐπαινέσω. Xenoph. Anab. V. 5, 8. ἔπεμψεν — ἐπαινέσοντας — ἔπειτα δὲ καὶ συνησθησομένους. vid. Poppo ad Xenoph. Cyrop. I 4, 16. Buttmann. Gr. Ampl. §. 113. not. 9. Matth. §. 184. 1.

nosti prorsus contrarium esse verum? h. e. noli quidquam eorum credere, quae modo dixit Socrates: nam plane contrarium verum est. Dixerat autem Socrates supra c. XXX. extr. ἀπ' ἐκείνου γὰρ τοῦ χρόνου, ἀφ' οὗ τούτου ἠράσθην, οὐκέτι ἔξεστί μοι οὔτε προσβλέψαι οὔτε διαλεχθῆναι καλῶ οὐδενί κ. τ. λ, unde apparet, cur Alcibiades prorsus contrarium verum esse dicat.

D. ὡς ἐγὼ οὐδ' ἂν ἕνα ἄλλον] ne unum quidem alium, i. e. prorsus neminem alium, quem usum loquendi fuerunt qui hoc loco non perspicerent. Sic mox p. 216 E: ὥστε οὐδ' ἂν εἷς οἰηθείη. P. 222. D: καὶ μηδ' ὑφ' ἑνὸς ἄλλου, h. e. et a nemine prorsus alio. P. 177. A: μηδὲ ἕνα πώποτε — πεποιηκέναι μηδὲν ἐγκώμιον; Xenoph. Symp. III. 4: οὐδὲ καθ' ἓν συμμίγνυται. Phaed. p. 72. D. p. 100. C. Gorg. p. 512. E. 519. B. Protag. p. 435. D. De Rep. I. p 353. D. II. p 359. B. VI. p. 506. A. VIII. p. 553. D. Legg. IV. 720. A. al.

E. ἐπὶ τὰ γελοιότερά με ἐπαινέσεις;] h. e. in partem ridiculam. Sic paullo post dicit: οὗτος μὲν οὖν ἴσως οἰήσεται ἐπὶ τὰ γελοιότερα. Phileb. p. 40. C: μεμιμημέναι μέντοι τὰς ἀληθεῖς (ἡδονὰς) ἐπὶ τὰ γελοιότερα. Politic. p. 293. E: ἐπὶ τὰ αἰσχίονα μεμιμῆσθαι. Ibid. p. 297. C: τὰς μὲν ἐπὶ τὰ καλλίονα, τὰς δὲ ἐπὶ τὰ αἰσχίω μιμουμένας ταύτην. Aelian. V. H. XV. 28: μιμεῖσθαι δέ τινας ἐπὶ τὸ γελοιότερον. In talibus quae sit vis et significatio comparativi, neminem, opinor, fugiet.

σεις; Τἀληθῆ ἐρῶ. ἀλλ' ὅρα, εἰ παρίης. Ἀλλὰ μέντοι τά γε ἀληθῆ παρίημι καὶ κελεύω λέγειν. Οὐκ ἂν φθάνοιμι, εἰπεῖν τὸν Ἀλκιβιάδην. καὶ μέντοι οὕτωσὶ ποίησον. ἐάν τι μὴ ἀληθὲς λέγω, μεταξὺ ἐπιλαβοῦ, ἂν βούλῃ, καὶ εἰπέ, ὅτι τοῦτο ψεύδομαι· 215 ἑκὼν γὰρ εἶναι οὐδὲν ψεύσομαι. ἐὰν μέντοι ἀναμιμνησκόμενος ἄλλο ἄλλοθεν λέγω, μηδὲν θαυμάσῃς· οὐ γάρ τι ῥᾴδιον τὴν σὴν ἀτοπίαν ὧδ' ἔχοντι εὐπόρως καὶ ἐφεξῆς καταριθμῆσαι.

Cap. XXXII. Σωκράτη δ' ἐγὼ ἐπαινεῖν, ὦ ἄνδρες, οὕτως ἐπιχειρήσω, δι' εἰκόνων. οὗτος μὲν οὖν ἴσως οἰήσεται ἐπὶ τὰ γελοιότερα, ἔσται δ' ἡ εἰκὼν

P. 215. τοῖς Σειληνοῖς τ.] σιληνοῖς Bodl. Vat. *A*. Coisl. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. E. Ang. u. w. Vat. n. s. Flor. a. b. c. i. constanter. ἐρμογλυφίοις Par. E. Ambr. Ang. u. Vat. n. r. Flor. a. b. c. i. π. Scilicet ει olim per ι μακρὸν scribi solitum v. ann. ad 212. C. p. 216. D. 221. D. ubi perperam αὔλιον scribunt.

B. οὐδ' αὐτὸς δήπου ἀμφισβητήσαις] Hoc ἀμφισβητήσαις si verum est, aut οὐδ' ἂν αὐτός scribendum, aut interpretan-

Οὐκ ἂν φθάνοιμι] Statim initium faciam.

P. 215. οὐ γάρ τι ῥᾴδιον] nam haud sane facile est mirum ingenium tuum expedite et ordine describere, praesertim homini sic se habenti, h. e. inebriato. De v. ἀτοπία v. infra p. 221. D.

οὕτως ἐπιχειρήσω, δι' εἰκόνων] Istud δι' εἰκόνων praegresso οὕτως per epexegesin additum. P. 207. D: δύναται δὲ ταύτῃ μόνον, τῇ γενέσει. Legg. I. p. 633. D: οἶμαι μὲν οὕτω, πρὸς ταῦτα σύμπαντα. De Rep. VIII. 559. E. 551. C. IX. 596. Aristoph. Rann. v. 624: οὕτω δὲ βασάνιζ', ἀπαγαγών. Cicero De Orat. I. 23, 108. Nam ars ista definitur, ut paulo ante exposuit Antonius, ex rebus perceptis planeque cognitis, quae interpretes non recte explicare solent.

οἰήσεται ἐπὶ τ. γ.] sc. me ipsum laudaturum esse.

ὁμοιότατον αὐτὸν εἶναι τοῖς Σειληνοῖς] De similitudine Socratis cum Silenis vide locos iam ab aliis laudatos Theaetet. p. 143. E. Xenoph. Sympos. IV. 19. ibique intpp. V. 6. Iulian. Caesar. c. IX. ed. Heusing. coll. Davis. ad Ciceron. de fato. c. 5. ad Max. Tyr. VII. 9. Wernsdorf. ad Himer. p. 464. Bergler. ad Arist. Nubb. v. 223. Creuzer. Studior. T. II. p. 231. p. 271 sqq. et 290 sqq. Winckelmann. Histor. Artt. Vol. II. p. 75 sqq. ed. Dresd. Hermann Ulrich von Singen in kleine Deutsche Schriften. Wittenberg, 1730. 8. T. I. p. 77 sqq. Solebant autem operum artifices officinas suas ornare grandioribus capsulis Silenorum formam referentibus, in quibus simulacra pulcerrima, quae elaborassent, reconderent. Itaque Alcibiades eleganter hac utitur comparatione, Socratem significaturus plus in se habere reconditum

τοῦ ἀληθοῦς ἕνεκα, οὐ τοῦ γελοίου. φημὶ γὰρ δὴ ὁμοιότατον αὐτὸν εἶναι τοῖς Σειληνοῖς τούτοις τοῖς ἐν τοῖς ἑρμογλυφείοις καθημένοις, οὕστινας ἐργάζονται οἱ δημιουργοὶ σύριγγας ἢ αὐλοὺς ἔχοντας· οἷ διχάδε διοιχθέντες φαίνονται ἔνδοθεν ἀγάλματα ἔχοντες θεῶν. καί φημι αὖ ἐοικέναι αὐτὸν τῷ Σατύρῳ τῷ Μαρσύᾳ. ὅτι μὲν οὖν τό γε εἶδος ὅμοιος εἶ τούτοις, ὦ Σώκρατες, οὐδ' αὐτὸς δήπου ἀμφισβητήσαις· ὡς δὲ καὶ τἆλλα ἔοικας, μετὰ τοῦτο ἄκουε. ὑβριστὴς εἶ· ἢ οὔ; ἐὰν γὰρ μὴ ὁμολογῇς, μάρτυρας παρέξομαι. ἀλλ' οὐκ αὐλητής; πολύ γε θαυμασιώτερος ἐκείνου· ὁ μέν γε δι' ὀργάνων ἐκήλει τοὺς ἀνθρώπους τῇ ἀπὸ τοῦ

B.

C.

dum: ne ipse quidem dubitare volueris. v. Reisig. De ἄν particula p. 131. Hermann. De Part. ἄν p. 159 sqq. Bekkerus ἀμφισβητήσεις ex Par. K. et corr. Vat. p. dedit; recte fortasse.

ἀλλ' οὐκ αὐλητής] Recte post αὐλητὴς interpungunt Bodl. Vat. Δ. Coisl. Ven. Ξ. Vind. 1. 2. Par. F. Flor. a. b. i. n. Bas. 1. Steph. Nam vulgo post ἐκείνου interrogandi signum interponitur.

quam fronte promittat. Quae quidem similitudo eo est elegantior, quod Socrates etiam nasum aduncum, ludibrii et protervitatis signum, atque ridendi iocandique consuetudinem cum Silenis habebat communem. Aperiri autem poterant illae statuae Silenorum ab utraque parte (διχάδε), ita ut utrinque patefactae ostenderent opera in iis recondita in clara luce collocata. vid. Boettiger. Musei Attic. T. I. p. 355. Amaltheae Vol. III. p. 168 — 87. Quae quum ita sint, equidem reiiciendam censeo Stephani coniecturam qui δίχα reponendum putabat, Astio comprobante. Nec scrupulum inicit, quod Iulianus Orat. VI. p. 184. A., ubi hunc locum manifesta expressit imitatione, haec habet: φημὶ γὰρ δὴ τὴν κυνικὴν φιλοσοφίαν ὁμοιοτάτην εἶναι τοῖς Σειληνοῖς τούτοις τοῖς ἐν τοῖς ἑρμογλυφείοις καθημένοις, οὕστινας ἐργάζονται οἱ δημιουργοὶ σύριγγας ἢ αὐλοὺς ἔχοντας, οἱ δὲ διοιχθέντες ἔνδον φαίνονται ἀγάλματα ἔχοντες θεῶν.

B. τῷ Σατύρῳ τῷ Μαρσύᾳ] De Marsya Phrygio, Bacchi comite, v. docte disserentem Boettigerum l. c. p. 279 sqq. et Klopferum Lexic. Mytholog. s. v. Huius discipulus atque παιδικά fuisse perhibetur Olympus, de quo v. Aristot. Polit. VIII. 5. p. 326. ed. Schneid. auctor. Minois p. 318. B. Legg. III. p. 677. E. Plutarch. de Musica p. 1133. Plura dabit Moser. ad Nonn. p. 244.

ἐὰν γὰρ μὴ ὁμολ.] Particula γάρ referenda est ad sententiam ex reliqua oratione facile supplendam: εἰ μὲν οὖν. Quod monendum videbatur propterea, quod pusilla res non animadversa magni erroris causa exstitit.

C. ὁ μέν γε δι' ὀργάνων ἐκ.] Exspectabas ὁ μὲν γάρ. Sed vide annot. ad p. 180. D. cap. VIII.

στόματος δυνάμει, καὶ ἔτι νυνὶ ὃς ἂν τὰ ἐκείνου αὐλῇ. ἃ γὰρ Ὄλυμπος ηὔλει, Μαρσύου λέγω, τούτου διδάξαντος. τὰ οὖν ἐκείνου ἐάν τε ἀγαθὸς αὐλητὴς αὐλῇ ἐάν τε φαύλη αὐλητρίς, μόνα κατέχεσθαι ποιεῖ καὶ δηλοῖ τοὺς τῶν θεῶν τε καὶ τελετῶν δεομένους διὰ τὸ θεῖα εἶναι. σὺ δ' ἐκείνου τοσοῦτον μόνον διαφέρεις, ὅτι ἄνευ ὀργάνων ψιλοῖς λόγοις ταὐτὸν τοῦτο
D ποιεῖς. ἡμεῖς γοῦν ὅταν μέν του ἄλλου ἀκούωμεν λέγοντος καὶ πάνυ ἀγαθοῦ ῥήτορος ἄλλους λόγους, οὐδὲν μέλει, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδενί· ἐπειδὰν δὲ σοῦ τις ἀκούῃ ἢ τῶν σῶν λόγων, ἄλλου λέγοντος, κἂν πάνυ φαῦλος ᾖ ὁ λέγων, ἐάν τε γυνὴ ἀκούῃ ἐάν τε ἀνὴρ ἐάν τε μειράκιον, ἐκπεπληγμένοι ἐσμὲν καὶ κατεχόμεθα. ἐγὼ γοῦν, ὦ ἄνδρες, εἰ μὴ ἔμελλον κομιδῇ δόξειν μεθύειν, εἶπον ὀμόσας ἂν ὑμῖν οἷα δὴ πέπονθα αὐτὸς ὑπὸ τῶν τούτου λόγων καὶ πάσχω ἔτι

D. ἐγὼ γοῦν, ὦ ἄνδρες] Recte γοῦν Ambr. Ang. w. Vat. r. Vind. 1. 2. Vulgo erat ἔγωγ' οὖν.

ἔτι καὶ νυνί] Sic Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. D K. Ang. w. Vat. p. Vett. editt. νῦν.

E. ὑπὸ τῶν λόγων τῶν τούτου] Secundum τῶν abest a Bodl. Vat. Δ. Vind. 2. Ang. w.

τὰ ἐκείνου αὐλῇ] Pertinent huc quae monuit Boeckh. in Mia. p. 26. „Olympi harmonias, inquit, etiam recentiore aetate superstites fuisse passim tradunt, v. Aristoph. Eqq. v. 9. et Schol. ib. Eurip. Iphig. Aul. v. 576. Aristot. Polit. VIII. 5. Plutarch. de Mus. p. 1133. C sqq. coll. p. 1143. B. Neque enim aliae sunt quam notae illae Phrygiae, ἐνθουσιασμόν procreantes."

μόνα κατέχεσθαι ποιεῖ] In his μόνα est eximie. Infra c. XXXVII: πρῶτον μὲν νοῦν ἔχοντας ἔνδον μόνους εὑρήσει τῶν λόγων. Legg. IV. 705. E. Xenoph. Hist. Gr. I. 4. 13: καὶ μόνος ἀπελογήθη, ὡς οὐ δικαίως φύγοι. Lysias advers. Alcibiad. p. 127. ed. Brem. μόνος αὐτὸς τῶν πολιτῶν ἔνοχος. Lucian. Alexandr. p. 53. ed. Iacob.: Ἐπικούρῳ, ἀνδρὶ τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων καθεωρακότι καὶ μόνῳ τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν εἰδότι. Aristoph. Lysistr. 145: ὦ φιλτάτη σὺ καὶ μόνη τούτων γυνή. Plura dabit Iacobs. Additament. Animadverss. in Athen. p. 131. Frustra Orellius μόνους coniiciebat. Minus etiam placet coniectura Winckelmanni Praefat. ad Spur. Diall. Plat. p. X. ed. Tur. min. θείᾳ μοίρᾳ vel μανίᾳ κατέχεσθαι legendum putantis. Proxima: καὶ δηλοῖ τοὺς τῶν θεῶν κ. τ. λ. sic intelligenda: et manifestos reddit eos, qui deorum et initiationum sentiunt

καὶ νυνί. ὅταν γὰρ ἀκούω, πολύ μοι μᾶλλον ἢ τῶν E
κορυβαντιώντων ἥ τε καρδία πηδᾷ καὶ δάκρυα ἐκχεῖται ὑπὸ τῶν λόγων τῶν τούτου. ὁρῶ δὲ καὶ ἄλλους παμπόλλους τὰ αὐτὰ πάσχοντας. Περικλέους δὲ ἀκούων καὶ ἄλλων ἀγαθῶν ῥητόρων εὖ μὲν ἡγούμην λέγειν, τοιοῦτον δ' οὐδὲν ἔπασχον, οὐδὲ τεθορύβητό μου ἡ ψυχὴ, οὐδ' ἠγανάκτει, ὡς ἀνδραποδωδῶς διακειμένου. ἀλλ' ὑπὸ τουτουὶ τοῦ Μαρσύου πολλάκις δὴ οὕτω διετέθην, ὥστε μοι δόξαι μὴ βιωτὸν εἶναι ἔχοντι ὡς 216
ἔχω. καὶ ταῦτα, Σώκρατες, οὐκ ἐρεῖς ὡς οὐκ ἀληθῆ. καὶ ἔτι γε νῦν ξύνοιδ' ἐμαυτῷ, ὅτι, εἰ ἐθέλοιμι παρέχειν τὰ ὦτα, οὐκ ἂν καρτερήσαιμι, ἀλλὰ ταὐτὰ ἂν πάσχοιμι. ἀναγκάζει γάρ με ὁμολογεῖν, ὅτι πολλοῦ ἐνδεὴς ὢν αὐτὸς ἔτι ἐμαυτοῦ μὲν ἀμελῶ, τὰ δ' Ἀθηναίων πράττω. βίᾳ οὖν ὥςπερ ἀπὸ τῶν Σειρήνων ἐπισχόμενος τὰ ὦτα οἴχομαι φεύγων, ἵνα μὴ αὐ-

οὐδὲ τεθορύβητο] Sic Coisl. Par. E F. Ambr. Ang. Vat. n, r. s. Flor. a. b. c. i. n. Vett. editt. ἐτεθορύβητο.

P. 216. καὶ ταῦτα, Σώκρατες] ὦ vulgo interpositum abest a Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. D K. Ang. w. Vat. p.

ταὐτὰ ἂν πάσχοιμι] ταῦτα Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Par. D K. male.

βίᾳ οὖν ὥςπερ ἀπὸ τ. Σ.] V. commentar.

desiderium, propterea quod divina sunt ideoque divino furore agitant audientium pectora. Itaque nescio, qua agitatus intemperie Hommel. scribendum putaverit δηλοῖ θνητοὺς τῶν θεῶν.

ψιλοῖς λόγοις] solo sermone tuo, non accedentibus harmoniae illecebris. v. Dorvill. ad Charit. p. 450. ed. Lips.

E. ἢ τῶν κορυβαντιώντων] Vide annot. ad Criton. p. 54. D. init. Loquutionem ἡ καρδία πηδᾷ illustravit Boisson. ad Eunap. p. 258. conf. Ion. p. 535. C.

P. 216. βίᾳ οὖν — φεύγων] „Abreschius Lectt. Aristaen. p. 147. pro βίᾳ, e quo nullus elici sensus posset, reponi iubebat βύων, hoc modo: βύων οὖν, ὥςπερ — τὰ ὦτα, οἴχομαι φεύγων· credebatque sumtam esse ex hoc loco Platonis glossam apud Hesychium hanc: βύων τὰ ὦτα· ἐπιφράττων. Non assentior. Nam primo ex altera lectione sensus commodissimus nascitur; nam βίᾳ cohaeret cum verbis οἴχομαι φεύγων, et simpliciter dictum est pro βίᾳ μου, ut sit: invitus fugio eius consuetudinem; deinde accusativus τὰ ὦτα cohaeret cum participio ἐπισχόμενος, ut glossa βύων τὰ ὦτα nullo modo possit ex hoc loco sumta esse; denique si Plato βύων scripsisset, dixisset haud dubie βύων οὖν τὰ

τοῦ καθήμενος παρὰ τούτῳ καταγηράσω. πέπονθα
B δὲ πρὸς τοῦτον μόνον ἀνθρώπων, ὃ οὐκ ἄν τις οἴ-
οιτο ἐν ἐμοὶ ἐνεῖναι, τὸ αἰσχύνεσθαι ὁντινοῦν. ἐγὼ
δὲ τοῦτον μόνον αἰσχύνομαι. ξύνοιδα γὰρ ἐμαυτῷ ἀν-
τιλέγειν μὲν οὐ δυναμένῳ, ὡς οὐ δεῖ ποιεῖν ἃ οὗτος
κελεύει, ἐπειδὰν δὲ ἀπέλθω, ἡττημένῳ τῆς τιμῆς τῆς
ὑπὸ τῶν πολλῶν. δραπετεύω οὖν αὐτὸν καὶ φεύγω,
καὶ ὅταν ἴδω, αἰσχύνομαι τὰ ὡμολογημένα. καὶ πολ-
C λάκις μὲν ἡδέως ἂν ἴδοιμι αὐτὸν μὴ ὄντα ἐν ἀνθρώ-
ποις· εἰ δ' αὖ τοῦτο γένοιτο, εὖ οἶδ', ὅτι πολὺ μεῖ-

C. οὐκ ἔχω ὅ τι χρήσομαι] Bekk. χρήσωμαι correxit. v. ann.

ἄλλα δέ μου ἀκούσατε] V. ἀλλὰ δὴ ἐμοῦ. Sed Coisl. Vat. A. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ambr. Ang. w. Vat. p. r. δέ μου. Bodl. Ang. u. Vat. n. Flor. a. b. c. i. n. δὲ ἐμοῦ, quod ob unum Bodl. non debebat recipere Hermannus. Pro ἀλλά codd. plurimi recte ἄλλα.

οἷς ἐγὼ εἶπα] οἷος cum. vett. editt. tenent Par. E. Ang. u. Vat. n. Flor. i. Ceteri recte cum Bas. 2. οἷς. Praeterea Fische-

ῶτα, ὥςπερ ἀπὸ Σειρήνων, οἴχ. φ., neque eandem sententiam bis expressisset diversis verbis, contra leges elegantiae orationis. Quis enim ferat ita loquentem: Obstruens aures, tanquam ab Sirenum cantu cohibens aures, fugio virum. Ceterum de re ipsa, ad quam respexit Alcibiades, vid. Homerus Odyss. μ' v. 47 sqq." Fischerus.

B. ἡττημένῳ τῆς τιμῆς τῆς ὑπὸ τῶν πολλῶν] h. e. quum vero discesserim, me honori, quo me ornet populi multitudo, succumbere et quasi victas manus dare, ambitione nimirum et gloriae cupiditate animum denuo occupante. De ὑπό cum τιμή coniuncto v. Xenoph. Cyrop. III. 3, 2. ἥδεσθαι τῇ ὑπὸ πάντων τιμῇ. Plura dedi ad Remp. II. 359. A.

C. οὐκ ἔχω ὅ τι χρήσομαι] Tenui nunc librorum scripturam, pro qua olim cum Bekkero censebam reponendum esse χρήσωμαι. At vero utrumque recte dicitur, licet aliquo sensus discrimine. Futurum ponitur ubi non de unius alicuius iam praesentis rei dubitatione agitur, sed res in universum cum certa voluntatis aut opinionis significatione indicatur et de futuri temporis perpetuitate cogitari debet. conf. Phileb. 61. A. ἵνα δευτερεῖα ὅτῳ δώσομεν ἔχωμεν. Gorg. p. 521. C. 465. C. Legg. VIII. p. 835. D. Coniunctivus deliberantis est de eo, quod pro praesenti rerum conditione fieri debeat. Quod si durare cogitatur, coniunctivus praesentis temporis adhibetur; sin vel brevi absolvitur vel semel tantum peragitur, opus est aoristo. v. supra ad p. 194. D. et ad Euthydem. p. 287. C. Loquutionem χρῆσθαί τινί τι illustravi ad Criton. c. IV.

Καὶ ὑπὸ μὲν δὴ τ. αὐλ. — ὑπὸ τοῦδε τοῦ Σατύρου]

ζον ἂν ἀχθοίμην, ὥστε οὐκ ἔχω ὅ τι χρήσομαι τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ.

Cap. XXXIII. Καὶ ὑπὸ μὲν δὴ τῶν αὐλημάτων καὶ ἐγὼ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τοιαῦτα πεπόνθασιν ὑπὸ τοῦδε τοῦ Σατύρου· ἄλλα δέ μου ἀκούσατε, ὡς ὅμοιός τέ ἐστιν οἷς ἐγὼ εἴκασα αὐτόν, καὶ τὴν δύναμιν ὡς θαυμασίαν ἔχει. εὖ γὰρ ἴστε, ὅτι οὐδεὶς ὑμῶν τοῦτον γιγνώσκει· ἀλλὰ ἐγὼ δηλώσω, ἐπείπερ D ἠρξάμην. ὁρᾶτε γάρ, ὅτι Σωκράτης ἐρωτικῶς διάκειται τῶν καλῶν καὶ ἀεὶ περὶ τούτους ἐστὶ καὶ ἐκπέπληκται, καὶ αὖ ἀγνοεῖ πάντα καὶ οὐδὲν οἶδεν, ὡς

rus ad Weller. T. II. p. 279. malebat ἦκασα. Idem fere censebat Ruhnk. ad Tim. p. 95., qui librarios Platonis putabat ἦκασα in usitatiorem formam εἴκασα mutavisse. Nec tamen librorum lectionem sollicitabunt qui inspexerint Valcken. ad Eurip. Phoen. v. 165. Buttmann. Grammat. ampl. T. I. p. 328. §. 84. Matthiae Gr. ampl. §. 167. 5.

D. καὶ αὖ ἀγνοεῖ] αὖ om. Coisl. Par. EF. Ambr. Ang. u. Vat. d. n. r. s. Florentini. iniuria.

et modis quidem et ego et alii multi ita affecti sunt ab hoc Satyro. Τὰ αὐλήματα intelligit Alcibiades sermones Socratis, quorum antea mentionem fecerat.

καὶ τὴν δύναμιν ὡς θαυμασίαν ἔχει] i. e. καὶ ὡς θαυμασία ἡ δύναμίς ἐστιν, ἣν ἔχει.

ἀλλὰ ἐγὼ δηλώσω] sc. οἷός ἐστιν.

D. ἐρωτικῶς διάκειται τ. κ.] h. e. ἐρᾷ. cf. Matthiae Gr. §. 340. p. 648.

καὶ αὖ ἀγνοεῖ πάντα —] Locus admodum salebrosus, cuius tamen difficultates omnes nunc puto sublatas esse interpunctione a Schleiermachero et Bekkero emendata. Vulgo enim legebatur: καὶ οὐδὲν οἶδεν, ὡς τὸ σχῆμα αὐτοῦ τοῦτο οὐ σειληνῶδες σφόδρα γε, quod Stephanus ita corrigebat, ut pro οὐ σειληνῶδες scriberet ὃν σειληνῶδες. Videlicet ὡς τὸ σχῆμα αὐτοῦ significat: quemadmodum eius forma et habitus est, h. e. quemadmodum ipsa eius forma et habitus declarat. Nam Socratis forma, qualis describitur a Platone, quum proclivitatem ad amorem, tum inscitiam quandam et stupiditatem prodebat. Itaque haec commode referri possunt ad τὸ ἐρωτικῶς διακεῖσθαι et τὸ πάντα ἀγνοεῖν καὶ οὐδὲν εἰδέναι. In hoc ipso autem Socrates similis erat Satyris atque Silenis, quorum faciem constat cum libidinis et protervitatis, tum stupiditatis speciem prae se tulisse. Aliter haec expedire conati sunt Bastius l. c. et Creuzerus Studior. T. II. p. 231. et p. 290. aliter etiam Hommelius, qui legendum putat: καὶ οὐδὲ οἶδεν ὡς τὸ σχῆμα αὐτοῦ, quod commemorasse ad coarguendum satis est. Redit autem deinceps Alcibiades ad illam comparationem, qua antea usus erat, atque docet longe aliud quid intus in Socrate

τὸ σχῆμα αὐτοῦ. τοῦτο οὐ σειληνῶδες; σφόδρα γε. τοῦτο γὰρ οὕτος ἔξωθεν περιβέβληται, ὥσπερ ὁ γεγλυμμένος Σειληνός· ἔνδοθεν δὲ ἀνοιχθεὶς πόσης, οἴεσθε, γέμει, ὦ ἄνδρες συμπόται, σωφροσύνης; ἴστε, ὅτι οὔτ', εἴ τις καλός ἐστι, μέλει αὐτῷ οὐδέν, ἀλλὰ καταφρο-
E νεῖ τοσοῦτον, ὅσον οὐδ' ἂν εἷς οἰηθείη, οὔτ' εἴ τις πλούσιος, οὔτ' εἰ ἄλλην τινὰ τιμὴν ἔχων τῶν ὑπὸ πλήθους μακαριζομένων. ἡγεῖται δὲ πάντα ταῦτα τὰ κτήματα οὐδενὸς ἄξια καὶ ἡμᾶς οὐδὲν εἶναι, εἰρω-

τοῦτο οὐ σειληνῶδες] Pro οὐ Steph. errore ὂν habet. Bernhardy Syntax. p. 285. interpungi iubet: ὡς τὸ σχῆμα αὐτοῦ τοῦτο. οὐ σειληνῶδες; quod sequuti sunt Turicc. Non opus. Ceterum hic quoque plerique libri cum Bodl. Vat. Coisl. Ven. Ξ. habent σιληνῶδες et mox σιληνός. v. ad p. 215. A.

γεγλυμμένος Σειληνός] V. γεγλυμμένος cum Bodl. aliis, Coisl. Vind. 1. 2. 7. Par. DK. Ambr. Vat. d. p. r. Flor. n. ἐγγεγλυμμένος Vat. Δ. Ang. w. ἐγλυμμένος.

E. ἡμᾶς οὐδὲν εἶναι] ὑμᾶς Par. DK. Ambr. Vat. p. s. Heusdius Specim. crit. p. 17. τιμὰς pro ἡμᾶς coniecit. Dein εἶναι λέγω ὑμῖν. εἰρωνευόμ. Bodl. Vat. Δ. Coisl. Par. EF. Ambr. Ang. u. w. Vat. d. n. r. s. Vind. 1. 7. Flor. a. b. c. i. n. et Bas. 2. εἶναι λέγω ὑμῖν· εἰρων. Par. DK. Vat. p. Ficinus: sed ea cuncta supra quam

esse reconditum, quippe qui et diviniori amori deditus sit quam qui cum Silenorum libidine possit conferri, et sapientia ornatus prorsus singulari. In quo loco prorsus egregium est et venustatis plenissimum, quod dicit τοῦτο γὰρ — περιβέβληται, nam externam hanc formam et speciem ille quasi superimposuit internis animi virtutibus, quemadmodum Silenorum statuae contegunt et reconditas in se habent imagines deorum.

πόσης, οἴεσθε, γέμει] Notandum est hoc οἴεσθε orationis animandae causa interiectum, ut Crat. p. 438. C. Hipp. mai. p. 298. A. De Rep. VII. p. 520. D. Lucian. Necyom. c. 14: καὶ ταῦτα πῶς οἴει βαρεῖς ὄντες; ubi Hemsterhusius praeter hunc locum contulit Oenom. ap. Euseb. Praep. Evang. p. 214. B: ἐγὼ οὖν ὡς ἤκουσα, πῶς οἴει ἠγανάκτησα; Plura collegit Heindorf. ad Theaetet. p. 147. A. §. 12. Valcken. ad Hipp. p. 215.

E. ὅσον οὐδ' ἂν εἷς οἰηθείη] quantopere nemo quisquam crediderit, v. ad p. 214. D.

εἰ ἄλλην τινὰ τ.] aut praeterea honore aliquo ornatus. De hoc ἄλλην vid. ad Apolog. Socrat. p. 36. B. atque Indic. — De ἔχων praecedenti ἐστὶ ita subiecto, ut ἔχων ἐστὶν idem sit quod ἔχει, cf. Phaedon. p. 100. D: διότι καλόν ἐστιν ὁτιοῦν, ἢ ὅτι χρῶμα εὐανθὲς ἔχον ἢ σχῆμα κ. τ. λ., ubi v. annot. Politic. p. 297. E: τοῦτ' ἔστιν ὀρθότατα καὶ κάλλιστ' ἔχον. Legg. IV. 713. B. VII. 798. X. 896. A.

καὶ ἡμᾶς οὐδὲν εἶναι] h. e. atque nos, qui talia magni faciamus, nullo in

νευόμενος δὲ καὶ παίζων πάντα τὸν βίον πρὸς τοὺς ἀνθρώπους διατελεῖ. σπουδάσαντος δὲ αὐτοῦ καὶ ἀνοιχθέντος οὐκ οἶδα εἴ τις ἑώρακε τὰ ἐντὸς ἀγάλματα, ἀλλ' ἐγὼ ἤδη ποτ' εἶδον, καί μοι ἔδοξεν οὕτω θεῖα καὶ χρυσᾶ εἶναι καὶ πάγκαλα καὶ θαυμαστά, ὥστε 217
ποιητέον εἶναι ἐν βραχεῖ ὅ τι κελεύοι Σωκράτης. ἡγούμενος δὲ αὐτὸν ἐσπουδακέναι ἐπὶ τῇ ἐμῇ ὥρᾳ ἕρμαιον ἡγησάμην εἶναι καὶ εὐτύχημα ἐμὸν θαυμαστόν, ὡς ὑπάρχον μοι χαρισαμένῳ Σωκράτει πάντ' ἀκοῦ-

existimari potest, longe spernit ac pro nihilo ducit; quocirca nullius nos esse apud eum vobis assero? fingit tamen ironicus aliter. Vereor tamen, ut codicum scriptura incorrupta sit. Quocirca donec quis verum repererit, vulgatam lectionem tenebimus. Winckelmannus Praef. ad Hipp. mai. ed. Tur. min. p. VII sq. corr. *οὐδὲν εἶναι λέγων ὦ 'φήμεροι, εἰρωνευόμενος*, κ. τ. λ. Hermannus autem non modo coniecit sed edidit adeo: *οὐδὲν εἶναι, λέγων μὲν οὔ, εἰρωνευόμενος δέ*, κ. τ. λ. Neutrum nobis satisfacit.

καί μοι ἔδοξεν] *καὶ ἐμοὶ* Vat. *A*. Vind. 2. Par. DK. Ang. w., quod dedit Bekker.

P. 217. *ὅ τι κελεύοι*] Sic Bodl. Coisl. Vat. *A*. Ambr. Ang. u. w. Vat. d. r. Flor. a. c. Legebatur *κελεύει*.

numero habendos censet. De Rep. VIII. p. 556. D: *ἄνδρες ἡμέτεροι εἰσὶν οὐδέν*. Ibid. 562. D: *ἀφελοφούλους καὶ οὐδὲν ὄντας*. Aristoph. Eccles. 144: *σὺ μὲν βάδιζε καὶ κάθησο· οὐδὲν γάρ εἶ*. Itaque plane supervacanea est coniectura Heusdii Specim. Crit. p. 17. pro *ἡμᾶς* legendum putantis *τιμάς*. Accedit, quod haec, iudice etiam Creuzero Studior. T. II. p. 291., composita videntur ad imitationem eorum, quae Silenus apud Pindarum Fragment. III. p. 149. ed. Heyn. ad Olympum: *ὦ τάλας ἐφήμερε, νήπιε, βάζεις μοι χρήματα διακομπέων*, ad quae itidem respexit Aristophanes Nubb. v. 223., ut iam Scholiasta notavit.

εἴ τις ἑώρακε τὰ ἐντὸς ἀγάλματα] Quum *ἄγαλμα* proprie dicatur quodcunque grata sui specie oculos delectat, ut docuit Ruhnken. ad Tim. p. 5., transtulerunt hoc nomen philosophi etiam ad speciem quasi et formam pulcritudinis atque virtutis in animis nitentem. Itaque hic *τὰ ἐντὸς ἀγάλματα* intelliguntur species illae virtutis et pulcritudinis in animo Socratis conspicuae. Imitati sunt hunc locum Clemens Alex. Strom. VII. 5. p. 846. ed. Potter. Eusebius adv. Hierocl. c. 6. Nec inepte comparaveris Ciceron. Legg. I. 22: qui se ipse norit, aliquid sentiet se habere divinum ingeniumque in se suum sicut simulacrum aliquod dedicatum putabit. Genus loquendi praeter Ruhnkenium l. c. illustravit Creuzerus, vir doctissimus et humanissimus, ad Plotin. de Pulcrit. p. 369 sqq.

P. 217. *ἕρμαιον ἡγησάμην*] Vide annot. ad c. IV. p. 26.

σαι, ὅσαπερ οὗτος ἤδει· ἐφρόνουν γὰρ δὴ ἐπὶ τῇ ὥρᾳ θαυμάσιον ὅσον. ταῦτα οὖν διανοηθείς, πρὸ τοῦ οὐκ εἰωθὼς ἄνευ ἀκολούθου μόνος μετ' αὐτοῦ γίγνεσθαι, τότε ἀποπέμπων τὸν ἀκόλουθον μόνος συνεγιγνόμην. δεῖ γὰρ πρὸς ὑμᾶς πάντα τἀληθῆ εἰπεῖν· ἀλλὰ προσέχετε τὸν νοῦν, καὶ εἰ ψεύδομαι, Σώκρατες, ἐξέλεγχε. συνεγιγνόμην γάρ, ὦ ἄνδρες, μόνος μόνῳ, καὶ ᾤμην αὐτίκα διαλέξεσθαι αὐτόν μοι ἅπερ ἂν ἐραστὴς παιδικοῖς ἐν ἐρημίᾳ διαλεχθείη, καὶ ἔχαιρον. τούτων δ' οὐ μάλα ἐγίγνετο οὐδέν, ἀλλ' ὥςπερ εἰώθει διαλεχθεὶς ἄλλοι καὶ συνημερεύσας ᾤχετο ἀπιών. μετὰ ταῦτα συγγυμνάζεσθαι προὐκαλούμην αὐτὸν καὶ συνεγυμναζόμην, ὡς τι ἐνταῦθα περανῶν.

ἐφρόνουν γὰρ δὴ ἐπὶ τ.] δή, scilicet, pro ἤδη revocatum e Bodl. Vat. A Ven. Ξ. Vind. 2.

B. ὥςπερ εἰώθει] Par. F. εἰώθη, v. Buttm. Gr. Mar. §. 97. 16, unde disces hanc tertiae personae formam a grammaticis recentiori Atticismo assignari. conf. Matth. Gr. §. 198. 4. Post διαλεχθεὶς Vind. 7. Par. K. Ambr. Vat. p. ἂν omittunt, quod Astius in ἄττ' mutandum censet.

C. ταύτῃ ἥνυτον] ἤνυττον Par. F., conf. Dorvill. ad Charit. p. 543. ed. Lips. Mox τἀνδρὶ Par. D K. Vat. p., quod dedit Bekker.

B. ἀλλ' ὥςπερ εἰώθει διαλεχθεὶς ἄν μοι] Pertinet ἄν ad ᾤχετο, ita ut indicet actionem pro rerum conditione identidem repetitam: solebat identidem discedere, de quo loquendi genere optime disseruit Rost. §. 120. 5. c. Itaque non est quod cum Astio corrigamus διαλεχθεὶς ἄττα μοι, aut cum uno cod. Vindob. ἄν deleamus. Delevit tamen Hommelius.

C. οὐδὲν γάρ μοι πλέον ἦν] nihil enim proficiebam. Infra p. 222. D: μηδὲν πλέον αὐτῷ γένηται. Ibid. E: οὐδὲν οὖν πλέον αὐτῷ ἔσται.

ἀλλὰ ἑστέον ἤδη, τί ἐστι τὸ πρᾶγμα] Wyttenbach. Bibl. Crit. Vol. I. Part. I. p. 50. et Vol. III. P. XII. p. 12. legendum censuit: ἀλλ' ἑτέον ἤδη ἐπὶ τὸ πρᾶγμα, sed iam ad ipsam rem aggrediendum est: quae locutio Platoni maxime frequentata est. Atqui rem ipsam Alcibiades iam antea aggressus est explicare, nec nunc demum ad eam illustrandam accedit. Docuit enim adhuc omnes artes, quibus Socratem ad sui amorem pellicere speravisset, in irritum cecidisse. Si autem haec verba referas ad proxime praecedentia, quorsum sane referenda sunt, vereor, ne haec transitionis formula gravior sit quam pro sententiae ratione, praesertim quum pars rei exposita sit. Accedit, quod codices mss. constanter tuentur veterem lectionem, et quod haec ipsa lectio, modo subtiliter explicetur, egregie convenit ipsi orationis argumento. Etenim declaratu-

συνεγυμνάζετο οὖν μοι καὶ προεπάλαιε πολλάκις οὐδενὸς παρόντος. καὶ τί δεῖ λέγειν; οὐδὲν γάρ μοι πλέον ἦν. ἐπειδὴ δὲ οὐδαμῇ ταύτῃ ἤνυτον, ἔδοξέ μοι ἐπιθετέον εἶναι τἀνδρὶ κατὰ τὸ καρτερὸν καὶ οὐκ ἀνετέον, ἐπειδήπερ ἐγκεχειρήκη, ἀλλὰ ἰστέον ἤδη, τί ἐστι τὸ πρᾶγμα. προκαλοῦμαι δὴ αὐτὸν πρὸς τὸ συνδειπνεῖν, ἀτεχνῶς ὥσπερ ἐραστὴς παιδικοῖς ἐπιβουλεύων. καί μοι οὐδὲ τοῦτο ταχὺ ὑπήκουσεν, ὅμως δ' D οὖν χρόνῳ ἐπείσθη. ἐπειδὴ δὲ ἀφίκετο τὸ πρῶτον, δειπνήσας ἀπιέναι ἐβούλετο. καὶ τότε μὲν αἰσχυνόμενος ἀφῆκα αὐτόν· αὖθις δὲ ἐπιβουλεύσας, ἐπειδὴ ἐδεδειπνήκει, διελεγόμην πόῤῥω τῶν νυκτῶν, καὶ ἐπειδὴ ἐβούλετο ἀπιέναι, σκηπτόμενος, ὅτι ὀψὲ εἴη, προσηνάγκασα

ἐπειδήπερ ἐγκεχειρήκη] Sic Bodl. Vat. *A.* et pr. Coisl. Vulgo erat ἐγκεχειρήκειν. Ang. w Vat. n. r. Flor. a. b. i. et pr. Vat. n. ἐγκεχειρήκει, quod ipsum valet ad tuendam receptam scripturam.

D. δειπνήσας ἀπιέναι] συνδειπνήσας vett. editt. quod solus tenet Ven. Ξ.

διελεγόμην πόῤῥω τῶν νυκτῶν] Grammaticus in Bekkeri Anecdot. I. p. 346. scribit: πόῤῥω ἀεὶ τῶν νυκτῶν. bene, si codices addicerent. v. Kusterum ad Aristoph. Lysistr. v. 1157. et Astium ad Legg. p. 374.

rus Alcibiades, quid sit quod antea dixerat: ἔδοξέ μοι ἐπιθετέον εἶναι τἀνδρὶ κατὰ τὸ καρτερὸν καὶ οὐκ ἀνετέον, addit haec: ἀλλὰ ἰστέον — τὸ πρᾶγμα, sed explorandum et videndum esse, quid hoc rei esset, atque deinceps narrat, quid praeterea fecerit ad Socratis in se amorem excitandum eiusque mentem et animum tentandum. Videtur autem Wyttenbachium in fraudem induxisse, quod ἰστέον retulit ad εἰδέναι, ita ut illud interpretaretur sciendum est, nec reputavit interdum idem ab ἰδεῖν derivatum significare videndum est, exploraudum est, veluti Theaet. p. 202. E: δοκεῖ λέγεσθαι κομψότατα —. Theaet. οὐκοῦν ὀρθῶς; Socr. Ἰστέον δή, ubi Heindorfius hunc locum comparavit. Tenendum tamen quod Buttmannus Gramm. ampl. Vol. II. p. 116. observavit, hanc formam nusquam de sensu videndi proprie dicto usurpatam reperiri, sed ubique ad animum referri.

D. χρόνῳ ἐπείσθη] mit der Zeit, i. e. *tandem* sibi persuaderi passus est, v. Valcken. ad Phoen. p. 108. et Fischer. ad Weller. Gr. III. p. 222.

πόῤῥω τῶν νυκτῶν] usque ad multam noctem, tief in die Nacht hinein, ut Protagor. p. 310. C. In hac similibusque formulis νύκτες significat horas nocturnas v. ad Phileb. p. 158. Ast. ad Protagor. p. 20.

σκηπτόμενος, ὅτι —] Ti-

αὐτὸν μένειν. ἀνεπαύετο οὖν ἐν τῇ ἐχομένῃ ἐμοῦ κλίνῃ, ἐν ᾗπερ ἐδείπνει, καὶ οὐδεὶς ἐν τῷ οἰκήματι ἄλλος
E καθηῦδεν ἢ ἡμεῖς. μέχρι μὲν οὖν δὴ δεῦρο τοῦ λόγου καλῶς ἂν ἔχοι καὶ πρὸς ὀντινοῦν λέγειν· τὸ δ' ἐντεῦθεν οὐκ ἄν μου ἠκούσατε λέγοντος, εἰ μὴ πρῶτον μέν, τὸ λεγόμενον, οἶνος ἄνευ τε παίδων καὶ μετὰ παίδων ἦν ἀληθής, ἔπειτα ἀφανίσαι Σωκράτους ἔργον ὑπερήφανον εἰς ἔπαινον ἐλθόντα ἄδικόν μοι φαίνεται. ἔτι δὲ τὸ τοῦ δηχθέντος ὑπὸ τοῦ ἔχεως πάθος κἀμὲ ἔχει. φασὶ γάρ πού τινα τοῦτο παθόντα

ἄλλος καθηῦδεν] καθεῦδεν Coisl. Par. D. Vat. p.

E. κἀμὲ ἔχει] κἄμ' ἔχει Vat. A. Ang. w. Vat. r. et sic scripsit Bekk.

P. 218. ὑπὸ ἀλγεινοτέρου] Steph. coniecit ἀλγεινοτάτου,

maeus Gloss. σκηπτόμενος· προφασιζόμενος: cuius significationis exempla collegit Ruhnken. p. 232.

ἐν τῇ ἐχομένῃ ἐμοῦ κλ.] in lecto mihi (i. e. meo lectulo) proximo. Nam ἔχεσθαί τινος est cum aliquo cohaerere, proxime sequi. v. Ast. ad Legg. p. 366.

E. πρῶτον μέν, τὸ λεγόμενον, οἶνος —] Phaedon. c. XI. in. ὥςτε, τὸ λεγόμενον, ὡς ἀληθῶς τῷ ὄντι ὑπ' αὐτοῦ οὐδὲ φρονῆσαι ἡμῖν ἐγγίγνεται, ubi v. annot. Respicitur proverbium οἶνος καὶ ἀλήθεια, quod explicat Schol. Alcibiadis mentem aperit Photius Lexic. Οἶνος ἄνευ παιδευτῶν (corr. παίδων), qui δύο, inquit, παροιμίαι· ἡ μὲν, οἶνος καὶ ἀλήθεια, ἡ δὲ, οἶνος καὶ παῖδες ἀληθεῖς. λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἁπλοϊζομένων καὶ τὴν ἀλήθειαν λεγόντων. Hoc non intelligens Hommelius misere de toto loco nugatus est. Praeterea advertes aoristi usum in his: οὐκ ἄν μου ἠκούσατε λέγοντος, pro quo quis est qui non exspectaverit ἠκούετε? At enim recte utitur aoristo hoc dicens: quod autem deinceps dicam, id non sic statim a me audiretis.

ἔπειτα ἀφανίσαι — φαίνεται] Haec adduntur nulla amplius habita conditionis ratione, cursu orationis nonnihil mutato.

τὸ τοῦ δηχθέντος —] Hunc locum docte interpretatus est Petitus Miscell. Obss. II. 15. Quum enim qui viperae morsu vulnerati erant superstitione ducti solerent confugere ad usum eorum remediorum, quae prudentioribus risum moverent ideoque aliis indicari et narrari non facile possent, eleganter Alcibiades se comparat cum eiusmodi hominibus, qui ut vipereos dolores lenirent, omnia tentabant, aitque se, quantopere Socratis sermones ipsius animum momorderint et pupugerint, convivis narraturum propterea, quod et ipsi tale quiddam experti esse videantur.

P. 218. ἐγὼ οὖν δεδηγμένος —] Anacoluthia prorsus egregia et rei ipsi accommodata, quippe quae loquentis im-

οὐκ ἐθέλειν λέγειν οἷόν ἦν πλὴν τοῖς δεδηγμένοις, ὡς μόνοις γνωσομένοις τε καὶ συγγνωσομένοις, εἰ πᾶν 218
ἐτόλμα δρᾶν τε καὶ λέγειν ὑπὸ τῆς ὀδύνης. ἐγὼ οὖν δεδηγμένος τε ὑπὸ ἀλγεινοτέρου καὶ τὸ ἀλγεινότατον ὧν ἄν τις δηχθείη — τὴν καρδίαν γὰρ ἢ ψυχὴν ἢ ὅ τι δεῖ αὐτὸ ὀνομάσαι πληγείς τε καὶ δηχθεὶς ὑπὸ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων, οἳ ἔχόνται ἐχίδνης ἀγριώτερον, νέου ψυχῆς μὴ ἀφυοῦς ὅταν λάβωνται, καὶ ποιοῦσι δρᾶν τε καὶ λέγειν ὁτιοῦν — καὶ ὁρῶν αὖ Φαίδρους, Ἀγάθωνας, Ἐρυξιμάχους, Παυσανίας, Ἀρι- B

adversante Wolfio. Pro *ἀλγεινότατον* Par. F. a pr. m. et Vat. s. a m. sec. *ἀλγεινότερον*.

νέου ψυχῆς μὴ ἀφυοῦς] Vett. editt. *καὶ* ante *μὴ* inferciunt, quod recte omittunt Bodl. Vat. *Δ*. Ven. *Ξ*. Par. DK. Ambr. Vat. d. p. r. Vind. 1. 2. 7. Flor. n. et pr. Ven. *Ξ*.

petum animique commotionem, qua de illo dolore loquitur, plane exprimat et veluti imagine aliqua repraesentet. Etenim participia *δεδηγμένος* et *ὁρῶν* carent verbo cum ipsis cohaerente oratione propter interposita membra aliorsum inflexa. — *ὑπὸ ἀλγεινοτέρου* i. e. *ὑπὸ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων*, qui vehementiores sunt etiam morsu vipereo. Male Stephanus coni. *ἀλγεινοτάτου*. — *τὸ ἀλγεινότατον*, eam mei partem, quae dolores vehementissime sentit, videl. *τὴν καρδίαν κ. τ. λ.* — *ἢ ὅ τι δεῖ αὐτὸ ὀνομάσαι*, v. ad p. 212. C. — *πληγείς τε κ. δ.* Frequens est verbum *δάκνειν* ad animum sic translatum. Aristoph Acharn. 1: *δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν*, ubi v. Kuster. conf. Valck. ad Hippol. p. 305 = 347. ed. Lips. Neque rari usus est *πλήττεσθαι* et *βάλλεσθαι* de sermonibus dictum, quibus quis quasi feritur et percutitur. Euthydem. p. 302. E: *ὥςπερ πληγεὶς ὑπὸ τοῦ λόγου ἄφωνος ἐκείμην*. v. Wyttenbach. ad Plutarch. de Ser. Num. Vind. p. 5 sqq. — *μὴ ἀφυοῦς*, i. e. *εὐφυοῦς*, praeditae sensu veritatis et virtutis, *ᾗ τι ἐν τῇ φύσει φιλοσοφίᾳ συγγενές*, ut loquitur Lucian. Nigrin. p. 42. Ceterum Rostius, ne *ἔχονται* genitivo careret suo, in prima editione nostra commate ante *νέου* sublato post *ἀφυοῦς* distinxit. Quod ideo maxime displicet, quia ita istud *ὅταν λάβωνται* valde langueret. *Ἔχεσθαι* sic sine genitivo positum habes etiam Gorg. p. 494. E. Legg. VII. 13, ubi v. Ast.

καὶ ὁρῶν αὖ Φαίδρ. —] Orationis structura haec esse debebat: *καὶ ὁρῶν αὖ ὑμᾶς, Φαίδρους — καὶ τοὺς ἄλλους πάντας ὑπὸ τῶν αὐτῶν δεδηγμένους κ. κεκοινωνηκότας τῆς φιλοσόφου μανίας τε καὶ βακχείας, τὸ ἐμὸν πάθος οἷον ἦν πᾶσιν ὑμῖν ἐθέλω λέγειν. συγγνώσεσθε γὰρ κ. τ. λ.* De nominibus propriis in numero plurali positis nota omnia. v. ann. ad Menex. p. 245. D. Valcken. ad Theocrit. Adon. p. 413. C. intpp. ad Aristoph. Avv. v. 561 sqq. Locella ad Xenoph. Ephes. p. 192.

στοδήμους τε καὶ Ἀριστοφάνας· Σωκράτη δὲ αὐτὸν τί δεῖ καὶ λέγειν καὶ ὅσοι ἄλλοι; πάντες γὰρ κεκοινωνήκατε τῆς φιλοσόφου μανίας τε καὶ βακχείας· διὸ πάντες ἀκούσεσθε· συγγνώσεσθε γὰρ τοῖς τε τότε πραχθεῖσι καὶ τοῖς νῦν λεγομένοις. οἱ δὲ οἰκέται, καὶ εἴ τις ἄλλος ἐστὶ βέβηλός τε καὶ ἄγροικος, πύλας πάνυ μεγάλας τοῖς ὠσὶν ἐπίθεσθε.

Cap. XXXIV. Ἐπειδὴ γὰρ οὖν, ὦ ἄνδρες, ὅ τε λύχνος ἀπεσβήκει καὶ οἱ παῖδες ἔξω ἦσαν, ἔδοξέ μοι χρῆναι μηδὲν ποικίλλειν πρὸς αὐτόν, ἀλλ' ἐλευθέρως εἰπεῖν ἃ μοι ἐδόκει. καὶ εἶπον κινήσας αὐτόν, Σώκρατες, καθεύδεις; Οὐ δῆτα, ἦ δ' ὅς. Οἶσθα οὖν ἃ μοι δέδοκται; Τί μάλιστα; ἔφη. Σὺ ἐμοὶ

B. καὶ Ἀριστοφάνας] Sic Bodl. Coisl. Vat. *A.* pro vulg. Ἀριστοφάνεις. Grammaticus in Bekkeri Anecdot. T. III. p. 1191: δεῖ δὲ καὶ τοῦτο γινώσκειν, ὅτι οἱ Ἀττικοὶ ἐπὶ τῶν εἰς ης, εἰς ους ἐχόντων τὴν γενικήν, καὶ ἐπὶ τῶν παρὰ τὸ ἦθος διὰ τοῦ α ποιοῦσι τὴν αἰτιατικὴν τῶν πληθυντικῶν, οἷον ὁ Δημοσθένης τοῦ Δημοσθένους τοὺς Δημοσθένας, ὁ Ἀριστοφάνης τοῦ Ἀριστοφάνους τοὺς Ἀριστοφάνας, κ. τ. λ.

τί δεῖ καὶ λέγειν] καὶ om. Bodl. Vat. *A.* Coisl. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ambr. Ang. u. w. Vat. d. n. p. r. Flor. b. i. n. Extruserunt Turr. Sed noli horum librorum auctoritati ipsius voculae elegantiam concedere, quae sane tanta est, ut bonos librarios credibile sit hic oscitavisse.

πάντες γὰρ κεκοινωνήκατε] γὰρ om. Par. EF. Vat. s.

τοῖς τε τότε πραχθεῖσι] τε additum est e Vat. *A.* Vind. 1. 2. 7. Par. DK. Ang. w. Ambr.

καὶ ἄγροικος] Sic Vat. *A.* Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ambr. Ang. w. Vat. p. Legebatur ante Bekkerum ἀγροῖκος.

C. φαίνει οἰκνεῖν] V. φαίνῃ, quod mutatum ex Ang. w. itemque Bodl. et Vat. *A.*, de quibus Bekker. immerito silet.

B. βέβηλός τε καὶ ἄγροικος, π. π. μ.] Respicit ad versum Orphicum p. 447. ed. Herm. Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί· θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι, de quo vid. Ruhnken. ad Tim. p. 60. Wesseling. ap. Valcken. De Aristobulo Iud. p. 199 sqq et Creuzer. ad Plotin. de Pulcrit. p. 332. Loquutio ceteroquin satis usitata. Herod. III. 78: φέλων αὐτοῦ προσθεῖναι τὰς θύρας. Lys. de caede Eratosth. p. 87: ἀπιοῦσα προστίθησι τὴν θύραν.

C. μηδὲν ποικίλλειν πρὸς αὐτόν] h. e. non obscure s. ambigue loqui. Apte Wyttenbachius comparavit Aristaen. Epist. II. 7: ἔφη πρὸς ἐκεῖνον ἁπλῶς, μηδὲν ποικίλλουσα. v. annot. ad cap. IX. med.

ἐγὼ δὲ οὑτωσὶ ἔχω· πάνυ ἀν.] Quae inserviunt explicandis verbis οὑτωσὶ ἔχω, ea de

δοκεῖς, ἦν δ' ἐγώ, ἐμοῦ ἐραστὴς ἄξιος γεγονέναι μόνος, καί μοι φαίνει ὀκνεῖν μνησθῆναι πρός με. ἐγὼ δὲ οὑτωσὶ ἔχω· πάνυ ἀνόητον ἡγοῦμαι εἶναί σοι μὴ οὐ καὶ τοῦτο χαρίζεσθαι καὶ εἴ τι ἄλλο ἢ τῆς οὐσίας τῆς ἐμῆς δέοιο ἢ τῶν φίλων τῶν ἐμῶν. ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐδέν ἐστι πρεσβύτερον τοῦ ὡς ὅ τι βέλτιστον ἐμὲ γενέσθαι, τούτου δ' οἶμαί μοι συλλήπτορα οὐδένα κυριώτερον εἶναι σοῦ. ἐγὼ δὴ τοιούτῳ ἀνδρὶ πολὺ μᾶλλον ἂν μὴ χαριζόμενος αἰσχυνοίμην τοὺς φρονίμους ἢ χαριζόμενος τούς τε πολλοὺς καὶ ἄφρονας. Καὶ οὗτος ἀκούσας μάλα εἰρωνικῶς καὶ σφόδρα ἑαυτῷ εἰωθότως ἔλεξεν, Ὦ φίλε Ἀλκιβιάδη, κινδυνεύεις τῷ ὄντι οὐ φαῦλος εἶναι, εἴπερ ἀληθῆ τυγχά- D

ἐγὼ δ' οὑτωσὶ ἔχω· πάνυ ἀν.] Sic primus dedit Bekk. e Bodl. Vind. 1. 2. 7. Par. DK. Vat. p. Scribebatur ἔχων πάνυ ἀν.

D. ὡς ὅ τι βέλτιστον ἐμὲ γενέσθαι] ὅσῳ τι Vat. Δ. Par. D. ὅς ωι τι Bodl. ὅσῳ Par. P. Vat. p. In Flor. c. ὡς omissum. Vides librarios in ὡς ὅ τι ita coniuncto offendisse eamque ob causam in varios incidisse errores. Quod ne aliis quoque accidat, in commentariis infra positis provisum.

μοι συλλήπτορα] μου Bodl. Coisl. Vat. Δ. Par. EF. Ang. u. w. Ambr. Vat. n. r. s. Flor. a. b. c. i. n. Sed συλλήπτορα εἶναί τινος πράγματός τινος Graecis non videtur in usu fuisse.

ἑαυτῷ εἰωθότως] ἑαυτοῦ τε καὶ εἰωθότως Bodl. Vat. Δ. Coisl. Par. DEFK. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. p. r. s. Flor. a. b. c. i. n. Illud τε natum videtur ex iota pronomini non subscripto, sed adscripto. Quo exorto reliqui errores facile potuerunt nasci. Defendit tamen librorum scripturam consentiente C. Fr. Hermanno Winckelmannus ad Euthydem. p. 45., qui ἔλεξεν ἑαυτοῦ ait esse: dixit suo ingenio convenienter. Quod si Graecum videretur, continuo amplecterer; nunc quae viri docti attulerunt ad hanc loquendi formam vindicandam, ea omnia alius sunt generis.

more ἀσυνδέτως adduntur. v. Gorg. p. 450. A. 459. B. al. Quam loquendi rationem quum non tenerent grammatici, pro ἔχω scripserunt ἔχων, quod in vett. editt. migravit.

D. οὐδέν ἐστι πρεσβύτερον] Eodem modo Latini dicunt: mihi enim nihil antiquius est, v. ad Criton. p. 46. B. Deinde ὡς ὅ τι ante superlativum ne mireris, ita Plato saepius, ut Legg. V. p. 731. B 743. D. VI. 758. A. 759. C. 783. D. X. p. 908. A: ὅπῃπερ ἂν ἔρημός τε καὶ ὡς ὅ τι μάλιστα ἀγρωτατος ᾖ ὁ τόπος. Latini item dicunt: ut quam maxime. v. Viger. c. VIII. Sect. 10.

οἶμαί μοι συλλήπτορα ο. κ.] i. e. adiutorem. Xenoph. Mem. II. 2, 12: ἵνα — ἀγαθοῦ σοι γίγνηται συλλήπτωρ. Ibid. II. 1, 32: ἀγαθὴ συλλήπτρια τῶν ἐν εἰρήνῃ πόνων.

E νει ὄντα ἃ λέγεις περὶ ἐμοῦ, καί τις ἔστ' ἐν ἐμοὶ δύναμις, δι' ἧς ἂν σὺ γένοιο ἀμείνων· ἀμήχανόν τοι κάλλος ὁρᾷς ἂν ἐν ἐμοὶ καὶ τῆς παρὰ σοὶ εὐμορφίας πάμπολυ διαφέρον. εἰ δὴ καθορῶν αὐτὸ κοινώσασθαί τέ μοι ἐπιχειρεῖς καὶ ἀλλάξασθαι κάλλος ἀντὶ κάλλους, οὐκ ὀλίγῳ μου πλεονεκτεῖν διανοεῖ, ἀλλ' ἀντὶ δόξης
219 ἀληθειαν καλῶν κτᾶσθαι ἐπιχειρεῖς καὶ τῷ ὄντι χρύσεα χαλκείων διαμείβεσθαι νοεῖς. ἀλλ', ὦ μακάριε, ἄμεινον σκόπει, μή σε λανθάνω οὐδὲν ὤν. ἥ τοι τῆς διανοίας ὄψις ἄρχεται ὀξὺ βλέπειν, ὅταν ἡ τῶν ὀμμάτων τῆς ἀκμῆς λήγειν ἐπιχειρῇ· σὺ δὲ τούτων ἔτι πόρρω. Κἀγὼ ἀκούσας, Τὰ μὲν παρ' ἐμοῦ, ἔφην,

E. ἀμήχανόν τοι κάλλος] τοι dudum pro vulg. τε dedi e Bodl. Vind. 1. probante etiam C. Fr. Hermanno. Ceteri libri cum Ald. Bas. 1. 2. exhibent τι.

πλεονεκτεῖν διανοεῖ] V. διανοῇ, quod e Bodl. Vat. Δ. et marg. Flor. F. mutavimus. Nam Bodlei. et Vat., de quibus silet Bekkerus, ita scriptum habere Bastius et Gaisfordius testantur. Dein καλὸν Par. D K. Vat. p. Idem χρύσεια.

P. 219. ἥ τοι τῆς διανοίας] ἤτοι codd. plerique omnes. Τὰ μὲν παρ' ἐμοῦ] ἐμοὶ Vat. Δ. Bodl. Vind. 2. et pr. Ven. Ξ. καὶ ἐμοὶ ἡγεῖ] V. ἡγῇ, quod rursus non e solo Ang. w., ut

E. καί τις ἔστ' ἐν ἐμοὶ δύναμις] Locus, si quis alius, sanus et incorruptus dici non potest quantum molestiae interpretibus creaverit. Sed missis variis istis opinionum commentis quid nobis verum videatur, paucis exponere conabimur. Est igitur sententia verborum haec: Videris profecto non contemnendus esse, siquidem vera sunt quae de me dicis ac si revera in me vis quaedam inest, qua tu fias melior. Nam hoc ita si sit, immensam profecto conspicias in me pulcritudinem formositate tua multo praestantiorem. Sed postremis, quae cum gravi asseveratione reliquis subiunguntur, non additur diserte conditio, quippe quae sponte intelligitur. Germanice dixeris: „wahrlich eine wunderbare Schönheit würdest du dann in mir erblicken, welche die Wohlgestalt an dir weit übertrifft." Ceterum asyndeton in gravi hac asseveratione ceteris verbis subiecta neminem morabitur.

ἀντὶ δόξης ἀληθειαν καλῶν κτ.] h. e. ἀντὶ καλῶν ἃ δοκεῖ καλὰ εἶναι κτᾶσθαι ἐπιχειρεῖς καλὰ ἃ ἔστιν ὡς ἀληθῶς. In proximis alludit ad locum Homeri Iliad. VI, v. 234 sqq. ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς, ὃς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε' ἄμειβε, χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

P. 219. ἥ τοι τῆς διανοίας ὄψις —] Solet τοι in sententiis afferendis sic poni, ut confirmandi habeat vim et significationem. Nos voculis ja, ja

ταῦτ' ἐστίν, ὧν οὐδὲν ἄλλως εἴρηται ἢ ὡς διανουῦμαι· σὺ δὲ αὐτὸς οὕτω βουλεύου, ὅ τι σοί τε ἄριστον καὶ ἐμοὶ ἡγεῖ. Ἀλλ', ἔφη, τοῦτό γε εὖ λέγεις· ἐν γὰρ τῷ ἐπιόντι χρόνῳ βουλευόμενοι πράξομεν ὃ ἂν φαίνηται νῷν περί τε τούτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων B ἄριστον. Ἐγὼ μὲν δὴ ταῦτα ἀκούσας τε καὶ εἰπὼν καὶ ἀφεὶς ὥςπερ βέλη τετρῶσθαι αὐτὸν ᾤμην· καὶ ἀναστάς γε, οὐδὲ ἐπιτρέψας τούτῳ εἰπεῖν οὐδὲν ἔτι, ἀμφιέσας τὸ ἱμάτιον τὸ ἐμαυτοῦ τοῦτον — καὶ γὰρ ἦν χειμών —, ὑπὸ τὸν τρίβωνα κατακλινεὶς τὸν τουτουί, περιβαλὼν τῷ χείρε τούτῳ τῷ δαιμονίῳ ὡς ἀληθῶς καὶ θαυμαστῷ, κατεκείμην τὴν νύκτα ὅλην. C

Bekk. scribit, sed etiam e Bodl. et Vat. *Δ.* fuit mutandum.

B. *ὥςπερ βέλη*] Sic Bodl. Vat. *Δ.* Par. D K. Vat. p. Vind. 7. et supra versum Ambr. Vett. editt. *βέλει*. Correxit Abresch. Lectt. Aristaen. p. 207.

τούτῳ εἰπεῖν] *τοῦτο* Bodl. Vat. *Δ.* Ang. w. *αὐτῷ* Ambr.

τὸ ἐμαυτοῦ τοῦτον] Unus Steph. *τοῦτο*, quod frustra fuit qui tueretur. Nimirum statuit Hommelius Alcibiadem haec narrantem etiamtunc eodem pallio usum esse.

καταχλινεὶς τὸν τουτουί] *τούτου* Bodl. Vat. *Δ.* Ven. Z. Vind. 2. Par. D K. Ang. w. Vat. p. In Flor. n. legitur *τουτονί*.

doch eodem modo solemus uti: es fängt ja das Auge des Geistes erst an scharf zu sehen, wann die Schärfe der Augen aufzuhören beginnt. Pindar. Olymp. IV. 29: *οὐ ψεύδεῖ τέγξω λόγον. διάπειρά τοι βροτῶν ἔλεγχος.* Eurip. Hecub. v. 232: *σοφόν τοι κἀν κακοῖς ἃ δεῖ φρονεῖν.* Heraclid. v. 589: *μέμνησθε τὴν σώτειραν ὡς θάψαι χρεών. κάλλιστά τοι δίκαιον.* Iphigen. Aul. v 312. Sed apud poetas tragicos nihil hoc usu frequentius. Eundem vero etiam solutae orationis scriptoribus frequentatum esse discet exemplis ab Heindorfio ad Protagor. p. 346. C. et a nobis ad Remp. X. p. 595. C. allatis.

B *καὶ ἀφεὶς ὥςπερ βέλη*] Intell. *τοὺς λόγους*. Solent enim quae vel acute vel acerbe in aliquem dicuntur, cum telis comparari. vid. Wyttenbach. ad Plutarch. de Ser. Num. Vind. p. 56 sq. et mea ad Phileb. p. 56 sq. Similiter Latini dicunt verba iaculari, vibrare, torquere, al. de quibus formulis elegantur disputat Muret. Varr. Lectt. VIII. 21. Ceterum quod metaphoricum dicendi genus in unum conflatum est cum verbis propriis, nihil hac ratione frequentius. Prorsus ut hoc loco Phileb. p. 23. B: *βέλη ἔχειν ἕτερα τῶν ἔμπροσθεν λόγων.*

ἀμφιέσας τ. ἱμ. — τοῦτον] De verbo *ἀμφιεννύναι* cum duplici accusativo constructo v. Matthiae §. 418. g. — *ὑπὸ τ. τρίβωνα*, h. e. pallium longo usu detritum, quale solebant gestare philosophi. v. Wyttenbach. ad Plutarch. De Discrim. Am. et Adul. p. 52. C. 440. ed. Ox.

μόνον ἐμοῦ περιῆν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. ὁπότε γοῦν ἀναγκασθείημεν ἀπολειφθέντες που, οἷα
220 δὴ ἐπὶ στρατείας, ἀσιτεῖν, οὐδὲν ἦσαν οἱ ἄλλοι πρὸς τὸ καρτερεῖν. ἔν τ' αὖ ταῖς εὐωχίαις μόνος ἀπολαύειν οἷός τ' ἦν τά τ' ἄλλα, καὶ πίνειν οὐκ ἐθέλων, ὁπότ' ἀναγκασθείη, πάντας ἐκράτει, καὶ ὃ πάντων θαυμαστότατον, Σωκράτη μεθύοντα οὐδεὶς πώποτε ἑωράκει ἀνθρώπων. τούτου μὲν οὖν μοι δοκεῖ καὶ αὐτίκα ὁ ἔλεγχος ἔσεσθαι. πρὸς δὲ αὖ τὰς τοῦ χειμῶ-

ὁπότε γοῦν ἀναγκ.] V. ὁπόταν, quod ex Ambr. Ang. u. Vat. d. n. r. s. Flor. a. b. c. i. n. mutavimus. Istud γοῦν om. Bodl. Coisl. Vat. A. Par D E F K. Ambr. Ang. u. Vat. d. n. r. s. Flor. a. b. c. i. n., in quibus vides ex ὁπότε γοῦν depravatione quadam ὁπόταν exstitisse. Male igitur Turr. et Herm. ὁπότ' ἀναγκασθ. In Par. F. rec. legitur ὁπόταν δ' ἀν.

ἀπολειφθέντες] Sic Astius correxit ad interp. German. p. 361 sq. Libri ἀπολειφθέντες. Heusdius Specim. p. 17. coni. ἀπολειφθέντες σίτου. Ficinus: si quo in loco, ut accidere solet in bello, commeatus deficeret. Hommelius librorum scripturam ita defendit, ut ad ἀπολειφθέντες ex sequenti ἀσιτεῖν facile σίτου assumi posse statuat. Et sic locum intellexit etiam Dorvill. ad Chariton. p. 378. ed. Lips.

ὁπότε γοῦν ἀναγκ.] Confirmat γοῦν, ut Lat. certe quidem, antecedentia cum aliqua restrictione, hoc est ita ut indicet hoc certe, quod nunc commemoretur, veritatem eorum, quae antea dicta sint, satis testari; sed alia etiam posse afferri, quae tamen nunc reticenda videantur, v. ad c. VIII. C. Cuius quidem significationis exempla quum innumera reperiantur, tamen haud scio, an ii, qui voculam hoc loco omiserunt, ejus vim non satis perceperint. Alioquin enim non maluissent hoc ἀσύνδετον tolerare, quam vocem sanequam eleganter positam codicum quorundam auctoritate extrudere. Nimirum etsi haec addita sunt ita, ut praecedenti sententiae illustrandae inserviant, tamen non ubique in talibus commode abesse possunt coniunctiones. Ὁπόταν autem cum optativo iunctum hic quidem ferendum non putamus, quum nulla locum habeat rectae orationis in obliquam conversio. Quod cur ita dicamus, perspicuum erit ex disputatione Hermanni De Part. ἄν p. 147 sqq. Ceterum illi πρῶτον μέν in proximis respondent verba πρὸς δὲ αὖ τὰς τοῦ χειμ. κ. τ. λ., ita ut δὲ αὖ idem sit quod ἔπειτα.

ἀπολειφθέντες που] alicubi a commeatu intercepti et prohibiti, v. Hemsterhus. ad Arist. Plut. v. 935. et ad Phaedon. p. 58. C.

P. 220. τά τ' ἄλλα καὶ πίνειν οὐκ ἐθέλων — ἐκράτει] Dici poterat hoc modo: τά τε ἄλλα, καὶ δὴ καὶ τοῦτο, ὅτι πίνειν — πάντας ἐκράτει. Sed eadem breviloquentia paullo post: θαυμάσια εἰργάζετο τά τε ἄλλα, καί ποτε — ἐξήει ἔχων ἱμάτιον κ. τ. λ. Et sic Graeci

νος καρτερήσεις — δεινοὶ γὰρ αὐτόθι χειμῶνες — θαυμάσια εἰργάζετο τά τε ἄλλα, καὶ ποτε ὄντος πάγου οἵου δεινοτάτου, καὶ πάντων ἢ οὐκ ἐξιόντων ἔνδοθεν, ἤ, εἴ τις ἐξίοι, ἠμφιεσμένων τε θαυμαστὰ δὴ ὅσα καὶ ὑποδεδεμένων καὶ ἐνειλιγμένων τοὺς πόδας εἰς πίλους καὶ ἀρναχίδας, οὗτος δ' ἐν τούτοις ἐξῄει ἔχων ἱμάτιον μὲν τοιοῦτον, οἷόνπερ καὶ πρότερον εἰώθει φορεῖν, ἀνυπόδητος δὲ διὰ τοῦ κρυστάλλου ῥᾷον ἐπορεύετο ἢ οἱ ἄλλοι ὑποδεδεμένοι. οἱ δὲ στρατιῶται ὑπέβλεπον αὐτὸν ὡς καταφρονοῦντα σφῶν. B

P. 220. ὃ πάντων θαυμαστότατον] Pro ὃ πάντων Bodl. Vat. Δ. Par. DK. Vat. p. ὁπόταν, errore manifesto. Vind. 2. θαυμασιώτατον.

ἐωράκει ἀνθρώπων] Sic Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Vat. p. Vett. editt. et Herm. ἑώρακεν. Sed narrat Alcibiades quae tum apud Potidaeam in Socrate visa fuerint admirabilia.

πρὸς δὲ αὖ τὰς τ. χ.] αὖ, quod vulgo aderat, cum Bodl. Vat. Δ. Coisl. Ven. Ξ. longe plurimi suppeditarunt.

B. ὄντος πάγου οἵου] V. ὄντος τοῦ πάγου οἷου. Articulum om. Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ang. w. Vat. p. Dein ἤ ante οὐκ om. Coisl. Par. DE. Vind. 1. 7. FK. Ambr. Ang. u. w. Vat. d. n. p. r. s. Flor. a. b. c. i. n.

fere constanti usu locuti esse reperiuntur; conf. Apol. p. 36. A. Crit. p. 52. C. Phaedr. p. 257. A. Men. p. 94. C. al.

τούτου μὲν οὖν μοι δοκεῖ —] et huius quidem rei (quod nunquam temulentus fieri solet) statim, opinor, argumentum habebitis: neque enim Socrates ab hoc convivio discedet ebrius.

δεινοὶ γὰρ αὐτόθι χ.] Fuit enim Potidaea urbs Thraciae, ad mare Aegaeum sita.

B. ὄντος πάγου οἵου δεινοτάτου] Xenoph. Hist. Gr. II. 3, 25: ἡμεῖς δὲ γνόντες μὲν τοῖς οἵοις ἡμῖν τε καὶ ὑμῖν χαλεπὴν πολιτείαν εἶναι δημοκρατίαν κ. τ. λ. Bene hanc constructionem illustravit Matthiae §. 473. annot 2. p. 885. Eodem modo ἡλίκος construitur apud Aristoph. Eccl. v. 465: ἐκεῖνο δεινὸν τοῖσιν ἡλίκοισι νῶν.

εἰς πίλους καὶ ἀρναχίδας] Πίλοι sunt pedum involucra, impilia: alibi sunt capitis tegumenta: quod Pollux annotavit VII. 172. Plura si qui scire cupiant, ii adeant Graevium ad Hesiod. Ἔργ. καὶ Ἡμ. v. 542. et Iacobs. ad Anthol. Gr. V. II. P. II. p. 428. — ἀρναχίδες Hesychio interprete sunt ἀρνῶν κῶδια. Suidas: ἀρναχίς· τὸ τοῦ ἀρνὸς κῶδιον, τὸ μετὰ τῶν ἐρίων δέρμα. Deinde in principio apodosis post οὗτος infertur δέ, quo gravius indicetur, quanta fuerit Socratis hac in re patientia et constantia. De hoc usu vocalae post demonstrativa sic illatae v. Schaefer. Melett. p. 30. et 135. Hermann. ad Viger. p. 803.

ὑπέβλεπον αὐτὸν ὡς τ.] limis oculis eum intuebantur, quum eos suae

C Cap. XXXVI. *Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα· οἷον δ' αὖ τόδ' ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνὴρ ἐκεῖ ποτε ἐπὶ στρατείας, ἄξιον ἀκοῦσαι. ξυννοήσας γὰρ αὐτόθι ἑωθέν τι εἱστήκει σκοπῶν, καὶ ἐπειδὴ οὐ προύχώρει αὐτῷ, οὐκ ἀνίει, ἀλλὰ εἱστήκει ζητῶν. καὶ ἤδη ἦν μεσημβρία, καὶ ἄνθρωποι ἠσθάνοντο, καὶ θαυμάζοντες ἄλλος ἄλλῳ ἔλεγεν, ὅτι Σωκράτης ἐξ ἑωθινοῦ φροντίζων τι ἕστηκε. τελευτῶντες δέ τι-*
D *νες τῶν Ἰώνων, ἐπειδὴ ἑσπέρα ἦν, δειπνήσαντες, καὶ γὰρ θέρος τότε γε ἦν, χαμεύνια ἐξενεγκάμενοι ἅμα*

